Heu prima salus
causa mortalibus aegris,
Naturae nascitur [illegible]xi.
filius Italiae.

R. P. JACOBI

PLATELIJ

è SOCIETATE JESU

SS. Theolog. in Universitate Duacena Professoris

SYNOPSIS

TOTIUS CURSUS THEOLOGICI

accuratissima,

Omnem Theologiæ Speculativæ, Practicæ, Moralis & Polemicæ, nova convincendi arte ac methodo, miraque addiscendi, & retinendi facilitate Nucleum subministrans:

Ac præter Tractatum de Legibus, Jure & Justitia, Theologis ac Jurisperitis æquè necessarium & perutilem.

Alia ejusdem Synopsios ad expeditiorem utentium commoditatem breviori Synopsi, vel Compendio locupletata, & plurimorum desiderio expetita.

PARS PRIMA.

COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Apud SEBASTIANUM KETTELER 1694

Sumptibus Andreæ Poleti.

CUM PRIVILEGIO.

8-27-17-37

PRÆFATIO

AD LECTOREM,

Theologiæ addiſcendæ, aut in memoriam revocandæ cupidum.

EN Tibi, ſtudioſe Lector, Synopſim curſus mei Theologici, quam à compluribus annis, unà cum certamine ſuo Theologico laureæ ſuæ Doctoralis adeptioni in Scholis publicis præmiſſo, Regio Nomini inſcriptam edi curavit Eximius D. Henricus de Cerf. Quæ cùm videatur non paucis arriſiſſe, & etiamnum à variis paſſim expetatur; ut vel ex altera Burdegalenſi editione, me inſcio; peracta pronum eſt conjectare: eam nunc locupletiorem ac triplici volumine, commodiore forma, diſtinctam in tuos uſus rurſum publicamus. In tanta prodeuntium in dies Summarum, & Curſuum Theologicorum farragine? Inquies, fateor hoc erudito ſæculo quàm plurima confertim pullulare hujus argumenti Vo-

lumina, è quibus profundioris indaginis Doctores, ac Magistri abdita sacræ Doctrinæ mysteria copiosè hauriunt, inexpletam sitim diuturnæ lectionis, ac eruditionis abundè levaturi, deficiente nunquam in tanta rerum varietate ac multiplicitate materia.

At aliud hic agimus: nempe Tyrones Theologiæ studioso, aut illius jam longiori studio imbibitæ in memoriam brevi negotio revocandæ avidos, instruere animus fuit; iisque obsecundare, quos juvat methodus in quotidianis nostris Universitatis Duacenæ Academicis lectionibus adhiberi solita, quam hæc Synopsis, per ordinarias quæstiones digesta breviter, ac, ni fallor, dilucidè complectitur. Quare à commemorandis uberiùs ac subindè confutandis DD. sententiis, eorumque verbis copiosè referendis prudens abstinui: fusiorem enim istorum tractationem refugit Synopsi præscripta brevitas. Eandem ob causam Scholasticorum, quos pro, aut contra profero, loca non indico; ne scriptionem superfluis onerem: cùm facile ipsos fontes consulere liceat, si quis longioris operæ sit cupidus aut patiens. Usitatam disputationum, dubitationum, articulorum &c. seriem compendii studio prætermissam supplebunt numeri, ac notæ tum fronti, tum margini foliorum adjun-

c

adjunctæ: quarum ope majori, ut opinor, commodo, materiæ paginis explicatæ ſponte oculos incurrent. Cæterum, ſi præſtitutum mihi ſcopum attigi, brevitatem ſcilicet & perſpicuitatem; his utere, benigne Lector, ad perfectiorem Dei cognitionem, & ardentiorem illius amorem tibi aliiſque in hoc mortali curriculo comparandam; donec metam aſſecutus, quæ olim per ſpeciem in ænigmate ſuſpexeras, reducto tamen ſipario, in ipſius increatæ Sapientiæ ſinu æternùm beatus clarè contempleris. Vale mi Lector, & ora pro tuo

J. PLATELLIO.

APPRO-

APPROBATIO

Magnifici, ac Eximii Domini, D. Nicolai Derrez, S. Th. Doct. ac linguæ Sacræ Professoris Regii, necnon Universitatis Duacenæ pro tempore Rectoris.

HÆc prima Theologiæ pars, à R. P. Jacobo Platelio Societatis JESU, S. Theologiæ Professore dudum emerito, composita, nihil Fidei, bonisve moribus contrarium continet; sed præter religiosam, ac Theologicam Authoris sui modestiam, doctrinæ soliditatem cum summa claritate conjunctam ita exhibet, ut non solùm Sacræ Theologiæ tyronibus, sed & ejusdem Doctoribus ac Magistris plurimum utilitas, atque commodi allaturam, adeoque prælo dignissimam esse judicem.

Datum Duaci 18. Febr. 1678.

APPROBATIO

Amplissimi, ac Eximii Domini Matthiæ Gortman. S. Th. Doct. ac Profess. Regii, & Primarii; Insignis Ecclesiæ S. Amati Præpositi, necnon Universitatis Duacenæ Cancellarii, ac librorum Censoris.

PArs ista prima Synopsis cursus Theologici R. P. Jacobi Platelij è Societate JESU, S. Theol. Professoris, magnis incrementis aucta; nihil nisi Catholicum, seu Fidei orthodoxæ, bonisque moribus consentaneum sonat, & implexos gravissimarum difficultatum nodos non minùs solidè, quam dilucidè explicat. Quare eam omnibus S. Theol. studiosis perutilem & prælo dignissimam censeo.

Duaci 7. Septembris. 1676.

AP-

APPROBATIO

Eximii Domini Jacobi Randour Sacræ Theologiæ Doctoris ac Professoris Regii, & Ordinarii, necnon Seminarii Episcoporum Præsidis.

COmpendio multa complectitur primæ hujus Theologiæ partis Author Reverendus Pater Jacobus Platelius Sacræ Theologiæ Professor dudum emeritus; eaque tanta claritate, ac soliditate exponit, ut nullus sit, qui ejus doctrinam omnibus perutilem esse meritò negare possit. Quare ut hæc omnibus communis fiat, prælo dandam esse judicio.

Datum Duaci 14. Martij 1678.

APPROBATIO

Amplissimi, ac Eximii Domini Petri de Lalaing. S. Theol. Doct. ac Profess. Regii, & Ordinarii, Insignis Ecclesiæ S. Petri Præpositi, necnon Universitatis Duacenæ Cancellarii.

PArs ista Prima Synopsis cursus Theologici, à Reverendo Patre Jacobo Platelio è Societate JESU, S. Theologiæ in Universitate Duacensi Professore, maturo & limatiori studio composita, nihil continet quod extra Fidei, ac bonorum morum orbitam exerret, sed secretiora S. Theologiæ mysteria, aptissima methodo proponit, & tam doctè, ac nervosè, tam dilucida, & grata brevitate exponit, ut ob oculos lectoris ponat. Quocirca magno rei litterariæ compendio typis evulgandam censeo.

Duaci 12. Martii 1678.

APPRO-

APPROBATIO

Eximii Dom. Henrici de Cerf, S. Theol. Doct. ac Professor. Regii, necnon Insignis Ecclesiæ Collegiatæ S. Petri Decani.

SI laudabile ſit Magiſtrum laudari à diſcipulo, non poſſum non ſummis exornare laudibus primam hanc Theol. partem, à Reverendo, ac plurimùm colendo Patre & Magiſtro meo P. Jacobo Platelio, Societatis JESU, S. Theol. Profeſſ. dudùm emerito, ac nunc ſtudiorum generalium apud ſuos præfecto digniſſimo elaboratam: tùm quòd in ea reperire ſit limpidiſſimum ſolidæ, ac ſanæ fontem doctrinæ, non minùs dilucidè, quàm ſuccinctè explicatæ; tum quod in ſumma ſententiarum varietate, ſuam Author ita ubique ſtabiliat, ut nemo contrariæ opinionis meritò offendi poſſit; ſed religioſam ejus modeſtiam revereri debeat. Quare quicumque ad hunc ſanæ doctrinæ fontem ſæpè recurrere non dedignabitur, inveniet indubiè quod hauriat cum guſtu, & imitetur cum fructu. Ita ſentio Duaci hac 9. Februarii 1678.

THEO-

THEOLOGIÆ

PARS PRIMA,

DE DEO, VNO, TRINO, ET ANGELIS.

PROOEMIVM.

Theologiæ Natura, Principia, Objectum.

1 THEOLOGIA juxta August. 14. de Trin. cap. 1. *Sapientia qua Fides saluberrima gignitur, defenditur, roboratur*, rectè definitur: *Rerum divinarum ex ijs, quæ revelata sunt, sacra doctrina.* Theologia rerum divinarum ex revelatu doctrina.

Est (ut rectè S. Th. 1. p. q. 1. a. 20. & alij communissimè contra Dur.) verè, & absolutè scientia; cum sit cognitio certa, & æquiualenter evidens, per discursum virtualiter demonstrativum comparata: non tamen strictè ad mentem Aristotelis, qui, cùm principia certa alia non agnoverit, quàm evidentia, videtur l. 1. Post. c. 1. & 2. ad scientiam requisivisse evidentiam formalem, quæ consistit in ea proportione veritatis cum intellectu, ut ipsum debitè apprehensa ad assensum certum, & infallibilem se sola determinet, talis est evidentia harum veritatum, *quodlibet est vel non est: unum & duo sunt tria*; hujusmodi formalem evidentiam certò non habet Theologia, quippe quæ altero saltem principio obscurè revelato nititur; sed solùm virtualem sitam in summa principiorum revelatorum infallibilitate, ex quibus certitudinem trahit majorem, quam possit ulla principiorum per se notorum evidentia generare. Vnde fit, vt alias omnes scientias naturales, quan- Est verè scientia, non tamen strictè; nec formaliter evidens.

tumvis evidentes, certitudine (saltem quandò infertur ex duabus de Fide) quoad firmitatem apretiativam multum excedat. Cùm verò infertur ex una de Fide, & altera lumine naturæ nota, licet non sit certior sua præmissa naturali, & judicio de bonitate consequentiæ, à quibus suam certitudinem partialiter accipit; est tamen certior, quàm foret, si loco præmissæ Fidei substitueretur altera quantumvis evidenter nota. Ex his.

Ratione summæ certitudinis. Principiorum eius reuelatorum evidentiæ æqivalentis.

COLLIGES 1. Evidenciam virtualem, quam in conclusione Theologica agnoscimus, sitam esse in summa illius, ejusque principiorum certitudine ratione cujus, in ordine ad assecurandum intellectum de objecti sui veritate, æquivalet scientiæ quantùmlibet evidenti, & deductæ ex præmissis per se notis: unde etiam ejus principia, quamvis, saltem ex parte obscura, rectè dicuntur demonstrativa.

Vnde evidentia non est de essentia Scientiæ in genere & latius acceptæ.

COLL. 2. Dici posse evidentiam formalem non esse de essentia scientiæ in genere, sed solius purè naturalis, cui aliundè convenire nequit certitudo, quæ est præcipua scientiæ perfectio, quàm ex evidentia principiorum, quæ juxta varios, non tam ratione sui, quàm ratione certitudinis ad scientiam requiritur.

Hinc alij dicunt Theol. esse scientiam alij negant.

COLL. 3. Facilè conciliari posse Authores apud Vasq. Tan. Fasol. & alios quoad modum loquendi in hac materia valdè discrepantes: si nempè dicantur loqui de scientia strictè formaliter evidenti, quandò cum Vasq. absolutè negant esse scientiam, aut cum Cajet. docent esse quidem scientiam secundùm se; cùm ejus principia secundùm se sint evidentia, & per se nota lumine beato, non tamen prout est in nobis viatoribus: contra verò, si intelligantur de scientia in latiori acceptione, quandò cum Ban. absolutè asserunt esse scientiam propriè dictam.

Est necessaria Ecclesiæ contra infideles.

2. SVMPTA pro peritia explicandi, & aduersùs Hæreticos aliosque Infideles defendendi veritates Fidei, est necessaria, saltem moraliter, toti cœtui Ecclesiæ, non cuilibet in particulari: sumpta verò

verò prout, juxta methodum, qua, Petro Lumbardo ante annos 500. primo inventore, magis ordinate & didactice traditur, scholastica dici solet, non est absolute necessaria Ecclesiæ, quippe quæ sine illa multis sæculis floruit: est tamen valdè utilis, & percommoda, tum ut facilius à discentibus capiatur, ac memoria teneatur, tum ut Hæreticorum errores apertius detegantur, & refellantur efficaciùs, Vnde eam immerito calumniatur Lutherus, quòd *aliud nihil sit quàm ignorantia veritatis*, Calvin. *quòd rationem in homine Dominam constituat loco Spiritus Sancti*. Et Ians. Ipren. dum to. 2. l. proem. c. 8. ejus argumenta vocat *depuratas Aristotelicæ metaphisicæ eliquationes*. To. 2. l. de grat. primi hom. c. vlt. *philosophicas tricas, & ineptias, è classibus dialecticorum petitas* Et l. proem. sup. c. 8. dicit scholasticos *limites rerum verò divinarum transeundo, non semel in chymericas abstractiones incidisse*, & c. 28. *Babylonicam quandam confusionem, cymeriasque tenebras in Theologiæ moralis quasi faciem, nimium ratiocinationibus indulgendo intulisse*. Quibus, & alijs ejusmodi proterve dictis notabiliter excessit limites Christianæ modestiæ, ac reverentiæ debitæ D. Thomæ. D. Bonav. alijsque Sanctissimis ac doctissimis Theologiæ scholasticæ Magistris.

Vtilis cuilibet.

Immeritò reprehenditur à Luth. Cal. Ian.

3. Principia Theologiæ objectiva sunt, saltem ex parte, & mediatè, veritates divinitus revelatæ, ideò enim pertinet ad doctrinam sacram, pro qua stabilienda præcipua argumenta desumuntur è Scriptura, traditione Ecclesiæ, Pontificum & CC. definitione, ac PP. sensu.

Principia Theol. objectiva sunt veritates revelatæ.

Dixi 1. *Saltem ex parte*: quia ad conclusionem Theologicam sufficit ut saltem una præmissarum sit revelata, aut ex revelatis deducta, & altera lumine naturali evidens. Quod patet in hac demonstratione Theologica: *Omnis homo est risibilis, Christus est homo*. Ergo *Christus est risibilis*. Vbi sola minor est revelata 2. *Saltem mediatè*: quia ut conclusio sit Theologica non est opus ut immediate inferatur ex vna vel altera de fide, sed sufficit quod

 ulti-

ultimatè in talem resolvatur. Sicut ad conclusionem scientia naturalis sufficit, quod deducatur ex primo veris mediatè, vt patet ex Philosopho 1. Topic. c. 1. ad scientiam requirente, ut deducatur vel *ex primò veris, vel ex ijs quæ per aliqua prima & vera suæ cognitionis principium sumpserunt*.

Saltem ex parte & mediatè.

4. Principia ejus formalia sunt supernaturales fidei assensus saltem ex parte & mediatè. Est S. Th. hic q. 1. a. 5. ad 2. & communis cont. Vasq. docentem assensum Theologicum non dependere essentialiter ab ullo assensu supernaturali; sed sufficere, quod procedat ex articulis reipsa revelatis assensu firmo, quamvis solùm naturali, v. g. ob humanam Ecclesiæ authoritatem admissis. Cont. quem, Prob. 1. quia qui principio scientifico non assentitur assenssu illi proportionato, hoc est certo & evidenti, sed solùm formidoloso, & inevidenti, non habet veram demonstrationem, nec conclusionem scientificam. Ergo similiter qui non assentitur articulis fidei assensu eis proportionato, hoc est super omnia certo, sed incerto, aut saltem solùm certo certitudine naturali, non potest ex illis inferre conclusionem propriè, & perfectè Theologicam, quæ (ut mox dicetur) debet esse certior qualibet scientia purè naturali; sed solùm opinatiuam, aut saltem nullo modo pertingentem ad perfectionem scientiæ Theologicæ: sed solùm ad illam reductivè spectantem ratione materiæ 2. Quia certum est posse conclusiones Theologicas inferri ex revelatis ut fide supernaturali creditis. Igitur, cùm Theologia cæteris scientijs præstet, adeoque cæteris præstantiora exigat principia, dicendum est illius principia esse, saltem ex parte, & mediatè articulos ut fide divina creditos, Est itaque Theologia doctrina sacra ex parte sui principij tam formalis, quam objectivi. Hinc.

Formalia sunt supernaturales fidei assensus, saltem partialiter, & mediatè.

Alioqui non esset doctrina sacra cæteris præstantior.

5. COLL. 1. Conclusionem Theologicam, quà talem, essentialiter præsupponere assensum fidei, ac proinde esse essentialiter obscuram, quandoquidem deducatur, saltem mediatè ex una, alte-

Conclusio Theol. essentialiter præsupponit assensum fidei, adeoque est per se obscuro.

alteravе præmiſſa per fidem obſcurè cognita, & concluſio quoad certitudinem & evidentiam ſequatur debiliorem partem antecedentis.

Dixi *quà talem*, quia, cùm probabiliter poſſit concluſio Theologica inferri ex præmiſſa revelata ſimul obſcurè per fidem, & ſimul clarè per lumen naturale cognita, v. g. ex majore hujus ſyllogiſmi revelata, & naturaliter evidenti, *quidquid Deus dicit eſt verum: atqui verum dicenti credendum eſt. Ergo Deo eſt credendum*. Poteſt materialiter eſſe evidens, non tamen formaliter, quia non eſt Theologica, quatenus deducitur ex præmiſſa fidei ut cognita evidenter, ſed ut cognita obſcurè per fidem. Poteſt eſſe materialiter evidens.

COLL. 2. Veram Theologiam, ſaltem actualem, reperiri non poſſe in formali hæretico; cùm aſſenſus Theologicus eſſentialiter dependeat à vero aſſenſu Fidei divinæ, qualem elicere non poteſt Hæreticus, ut oſtenditur 2. p. c. 5. §. 5. Dixi *actualem* quia de habituali minus conſtat; ſi enim habitus Theologiæ ſit naturalis in ſubſtantia, non apparet cur non poſſit, ſaltem aliquamdiu remanere in Theologo in Hæreſim lapſo: ſi verò ſit ſupernaturalis, verius eſt non poſſe, quia in ea hypotheſi vel eſt indiſtinctus ab habitu fidei, quem certum eſt non manere in Hæretico; vel ſaltem ab eo, & charitate habituali per ſe pendet, ſicut cæteri habitus ſupernaturales. Quare facilitas diſcurrendi in materijs theologicis, quam Theologus in Hæreſim lapſus non minorem experitur poſt lapſum, quàm ante lapſum, non procedit ab habitu propriè theologico, ſed ab habitibus purè naturalibus comparatis per actus purè naturales, qui à Theologis, etiam fidelibus, ſæpe eliciuntur circa objecta (ſaltem materialia.) Fidei & Theologiæ, & quidem probabiliter, etiam ſimul cum actibus Fidei, & Theologiæ ſupernaturalibus. Adde ex Con. l. 1. de actibus ſupernaturalibus diſp. 7. c. 3. etiam per actus ſupernaturales fidei, & conſequenter Theologiæ probabiliter generari habitum naturalem

Theol. actualis nequit eſſe in Hæretico.

Nec habitualis ſupernaturalis.

Facilitas diſcurrendi Theologicè oritur ex habitibus natural.

elicitivum actuum naturalium, qui habeant idem objectum materiale, & formale cum supernaturalibus.

Assensus Theologicus viæ non remanet in patria.

6. Coll. 3. Assensum theologicum, qui habetur in via, non posse in patria remanere eundem numero aut specie: quia in via est necessario obscurus, saltem regulariter, in patria clarus: obscuritas autem & claritas, vt certitudo & incertitudo actus essentialiter diversificant; cùm sint modi tendendi actibus maximè essentiales, & intrinseci, utpotè orti ex ratione formali assentiendi, ejusve propositione, a quibus specificatur assensus. Idem dicendum est de habitu theologico, posito quod non distinguatur ab habitu fidei, quem non remanere in patria probamus p. 2. c. 5. §. 3. & 5. Imò etiam quamvis distinguatur: quia cùm habitus theologicus in via acquiratur per actus inevidentes, verius videtur quòd ex natura sua sit determinatus ad objectum formale per fidem obscure propositum, seu ad conclusiones deductas ex revelatis obscurè cognitis. Vnde cum Hyeron. ad Paulinam ait *discamus in terris quorum scientiam nobiscum perseverat in Cœlis*. Intelligendus est de scientia in Cœlis eadem, non actuali, aut habituali, sed objectiva.

Nec habitus ab habitu fidei probabiliter indistinctus.

Dabilis est assensus Theol. clarus.

Possunt tamen dari assensus theologici clari & evidentes, nempe deducti ex scientia per se infusa subinde viatoribus concessa, qui cum suis habitibus possint iidem specie, & numero remanere in Cœlis. Vnde sup. dictum est *saltem regulariter*: quia nempe cum scientia per se infusa viatoribus rarò communicetur, viatores ordinarie non habent assensus theologicos nisi obscuros.

Est supernaturalis præsuppositivè: non semper entitativè.

7. ASSENSVS STRICTE THEOLOGICVS, hoc est illatus ex altera saltem præmissa ut credita fide divina, est supernaturalis in modo, & præsuppositive, non tamen necessario in substantia, & entitative; cum posito assensu præmissarum theologicarum entitative supernaturali, possit intellectus solis naturæ viribus elicere assensum conclusionis adhæsivè firmissimum, ac proportionatum

tum certitudini præmissarum, in substantia naturalem: imò ad id necessitetur casu, quo Deus ei solum præbeat concursum naturalem. Ratio est quod ejusmodi assensus ex nullo capite superet naturalem intellectus nostri virtutem.

Neque his obstat quod assensus conclusionis, ex multorum sententia, attingat objectum præmissarum non solum extrinsece, & ut quo, sed etiam intrinsece, & vt quod, ei indirecte assentiendo: potest enim actus entitative naturalis niti eodem objecto formali, quo entitative supernaturalis, vt cum Con. tuemur. 2. p. c. 5. §. 4. *Naturalis potest attingere objectum formale supernaturale.*

Adde quod sit probabile, imò forte probabilius non esse de ratione assensus conclusionis attingere præmissas objectivas intrinsece: cum hoc non requiratur ut sit illatus, hoc est ex determinatione præmissarum præjudicatarum elicitus, neque appareat cur intellectus stante directo præmissarum assensu, quo ad conclusionem determinatur, debeat huic assentiendo indirecte, assensum præmissarum repetere. Cui bono enim ista repetitio? *Quod non est necessarium.*

8. Possunt tamen dari, & de facto subinde dantur assensus Theologici entitative supernaturales Primò, quia possunt dari, & de facto dantur plurimi assensus theologici immediate excitatiui affectuum vitæ æternæ meritoriorum, ac supernaturalium; cùm divinæ meditationes, ad pietatem plurimum conducentes, præcipuè constent discursibus theologicis, quibus intellectus conuincitur, & voluntas accenditur ad bonum: actus autem intellectus immediate directivi affectuum supernaturalium, sunt entitative supernaturales; ut patet ex Arausic. Can. 7. Trid. Can. 1. 2, 3. dicentibus cum Apostolo 2. ad Cor. 3. *non quod sufficientes simus cogitare aliquid* (nempe, *sicut oportet*) *à nobis quasi ex nobis sed sufficientia nostra ex Deo est*. 2. Quia potest fieri, & de facto sæpe fit, ut assensus theologicus (quamvis hoc non sit essentiale, & necessarium) intrinsece attingat præmissas, eisque indirecte assentiatur, *Subinde est supernaturalis in entitate.* *Cùm nempe excitat affectus supernaturales.*

ac proinde formaliter in se contineat verum fidei assensum, qui cùm procedat ab intellectu instructo auxilio gratiæ, per quod eodem instanti assentitur præmissæ revelatæ assensu supernaturali, non apparet cur esse non possit in entitate supernaturalis. Vnde cum Deus ad ostium cordis stans, & pulsans, data boni occasione, pro sua misericordia nobis nunquam desit, dicendum est quod subindè talis sit, & quidem totaliter, cum enim sit spiritualis, adeoque realiter indivisibilis, non potest sibi identificare unam tendentiam absolutè excedentem naturæ vires, quin eius entitas tota realiter sit supernaturalis, quamvis supernaturalitatem non participet ratione omnis tendentiæ, quam dicit v. g. ad præmissam, & consequentiam solo lumine naturali notam.

Supernaturalitas oritur à princ. effectivo ad eam sufficit una tendentia supra naturæ vires.

Simile est in plerisque actibus fidei qui ex parte subiecti, aut prædicati, imò & totius enuntiabilis varia attingunt objecta solis naturæ viribus attingibilia, ut actus, quo credimus hominem habere animam immortalem. Deinde supernaturalitas actuum nostrorum non est petenda ex parte objecti aut motivi, cum eodem planè objecto & motivo constare possint actus naturales, & supernaturales; sed ex parte solius principij effectivi, ut monstramus p. 2. c. 7. §. 4.

Ex naturali inferri potest concl. supernaturalis.

9. Ex dictis 1. Potest assensus conclusionis esse supernaturalis in substantia, licèt alter, imò etiam uterque assensus præmissarum sit entitativè naturalis, & contrà. Cùm possit Deus ad assensum conclusionis præbere concursum supernaturalem, & non ad assensum præmissarum, & contrà. Vnde hoc axioma, *conclusio sequitur debiliorem partem antecedentis*, solum procedit in ijs, quæ se tenent ex parte objecti, & conclusioni conveniunt propter connexionem, quam habet cum antecedente, qualia sunt necessitas, Contingentia, Evidentia, Certitudo &c. non verò in ijs, quæ pendent à speciali influxu principij effectivi, ut naturalitas & supernaturalitas. Hinc, ut rectè VeKenus, non est magis mirum conclusionem

nem posse esse supernaturalem, quamvis una ex præmissis sit naturalis, quàm in syllogismo scripto conclusionem esse auream, & præmissas argenteas aut atras.

2. Etiam opinio theologica illata ex una de fide, & altera probabili, modò vera sit, potest esse supernaturalis in substantia. Quia etiam judicativè attingit, aut saltem attingere potest præmissam fidei, & esse immediatè directiva alicujus actus meritorii. Eo autem casu simul niteretur motivo fidei & opinionis, adeoque esset diverso respectu simul fides, & opinio. Sunt qui putant etiam conclusionem theologicam falsam, nempè deductam ex una de fide, & altera falsa posse esse supernaturalem in substantia: quia non apparet cur non possit Deus ex determinatione concausæ creatæ, ut hic contingeret, præbere concursum supernaturalem ad actum ut verum, quamvis alio respectu, absque ulla hominis culpa, falsum. Quia tamen hoc communius reijcitur, & videtur repugnare cognitioni supernaturali, quæ eo ipso, quo supernaturalis potentiam elevat & perficit supra suam conditionem, ut simul sit supernaturalis, & falsa, seu error, qui est maximum vitium intellectus. Ideò suprà diximus, *modò sit certa, vera*. Hinc cognitio supernaturalis non potest suapte natura esse subjecta falsitat, quantum est ex parte sui principij effectivi, secus quantum est ex parte sui objecti, quod potest esse mutabile, & non necessarium.

Opinio Th. potest esse supernaturalis.

3. Assensus deductus ex una præmissa de fide, & altera evidenti scientiæ per se infusæ, est verè theologicus; non tamen deductus ex duabus scientiæ infusæ, aut una scientiæ infusæ, & altera lumine naturæ nota. Ratio est quod hujusmodi assensus careat obscuritate essentiali Theologiæ prout de facto datur, qua non caret in priori casu.

Assensus ex una de fide, & altera sciẽtiæ infusæ est Theologicus.

10. Habitus theologicus complete sumptus est partim naturalis, partim supernaturalis in substantia, non solum quatenus comparatur ad varios actus quorum aliqui sunt entitative naturales

alij

alij supernaturales, sed etiam respectu ejusdem actus in substantia supernaturalis, ad quem vna cum habitu supernaturali concurrit habitus, tum Logicæ, facilitans ad consequentiæ bonitatem clarè discernendam, tum Metaphysicæ aut alterius scientiæ, cujus principiis utitur Theologia: Vnde, vti ipsa potentia, ita & habitus in sua entitate naturalis potest producere actum entitative supernaturalem, non quidem se solo, sed cum consortio habitus, alteriusve auxilii supernaturalis cætera comprincipia ad effectum communem supernaturalem elevantis. Similiter juxta Lugo & alios species naturales concurrunt ad actum fidei divinæ supernaturalem. Hinc habitus Theologiæ per se infunditur qua parte est supernaturalis; acquiritur verò, & augetur studio ac exercitio, qua parte importat varias facultates seu habitus naturales integrantes ad æquatum habituale principium assensus, theologici, & ad illius exercitium sensibiliter facilitantes, pro quibus omnibus, & non pro solo principio supernaturali, dante tantùm posse, supponit Theologia simpliciter. Vnde etiam ab iisdem omnibus oritur denominatio: Theologi, & ideò infantes & iusti quilibet etiam ignari non possunt dici Theologi, quamvis habitum Theologiæ, qua parte supernaturalis est, in justificatione acceperint. Similiter quilibet justificati non possunt simpliciter dici prudentes temperantes &c. Licet habeant supernaturalem prudentiæ, & temperantiæ habitum sibi in justificatione infusum: quia nempe denominatio prudentis, temperantis &c. non oritur à solo habitu infuso; sed ab omnibus requisitis ad istarum virtutum actus facile, ac prompte exercendos, inter quæ sunt varij habitus naturales indirecte facilitantes ad actus supernaturales, tum removendo actuum contrariorum impedimenta: tum efficiendo ut actuum supernaturalium objecta melius apprehendantur, ac potentiæ auxilio supernaturali instructæ proponantur, qua ratione certum est specierum naturalium vivacitatem & rectam coordina-

Habitus Theologicus est partim supernaturalis, partim naturalis concurrens ad actum, supernaturalem.

Non est simpliciter Theologus qui habet solos habitus supernaturales Theol. sine naturalibus.

A quibus partialiter oritur denominatio Theologi.

na-

nationem plurimum conferre ad exercitium virtutum intellectualium, etiamsupernaturalium.

11. Habitus Thologiæ, qua parte est supernaturalis non distinguitur ab habitu fidei. Ita Sylvest. VeKen. cont. Gill. Fasol. & alios. Ratio est quod non sint distinguendi, & multiplicandi habitus supernaturales (uti nec miracula) sine necessitate, hìc autem nulla apparet distinctionis necessitas. Licet enim habitus fidei se solo, & qua talis non sit discursivus, potest tamen cum consortio luminis naturalis, variorumque habituum naturalium concurrere ad eliciendum actum fidei, qui materialiter sit illatus, aut certe (si assensus conclusionis non attingat judicative objectum præmissarum) qui non sit fidei, sed solum ex fide deductus. Quidni enim posset supernaturalis habitus fidei cum habitibus scientiarum naturalium concurrere ad supernaturalem assensum ex fide deductum, ad ipsius supernaturalitatem intellectum, & cæteras concausas elevando.

Habitus Th. supernaturalis non differt à fide.

Possunt itaque habitus scientiarum naturalium non quidem se solis, & per se, sed per accidens, & cum consortio habitus fidei ferri extra latitudinem sui objecti naturalis, producendo actum, quo attingant objectum formale Theologiæ aut fidei. Sicut possunt diversi habitus virtutum moralium concurrere ad unum & eundem actum elicitum ex motivo variarum virtutum, & sic earum objecta formalia attingere. Ex his.

Quæ potest habitus naturales elevare extra latitudinem eorum obiecti.

12. Colliges 1. Theologiam habitualem differre quidem essentialiter à Fide, non tamen realiter adæquate, sed solum inadæquate sicut includens ab incluso, quia nempe præter supernaturalem fidei habitum essentialiter importat varios habitus seu facultates ad scientiam aut experientiam naturalem spectantes.

Theol. habitualis differt à fide essentialiter, non realiter adæquate.

Coll. 2. Philosophos recenter conversos non esse Theologos, etsi cum fide habeant scientias naturales: quia illas non habent cum speciebus rerum theologicarum debite applicatas, & dispositas,

vt

vt scientifice possint de rebus Theologicis discurrere : hujusmodi enim debita applicatio, & dispositio acquirenda est exercitio , & studio theologico.

Non datur habitus Th. supernaturalis, qui non sit infusus.

Coll. 3. Nullam esse necessitatem admittendi cum Fasolo, Gillio & aliis, Habitum Theologiæ distinctum ab habitu fidei supernaturalem in substantia, & naturalem in modo, hoc est non infusum, sed instar habituum naturalium, per actus theologicos acquisitum, non dantem simpliciter posse, sed solum facilius posse. Cum enim facilitas actuum theologicorum exercitio acquisita refundi possit (ut patet ex nu. 5. 9. 10.) in habitus mere naturales , frustra admitteretur habitus supernaturalis acquisitus, sine quo (juxta ejus assertores) intellectus fidei lumine confortatus potest quidem actus theologicos elicere , sed non facilè.

Prudentia supernatur. non differt à fide.

Coll. 4. Etiam Habitum prudentiæ supernaturalis non distingui ab habitu fidei . Quia , ut recte Rainaud. VeKen. & alii , habitus fidei , qui cum habitibus aut speciebus naturalibus sufficit ad eliciendos assensus theologicos , in quavis materia, cum iisdem applicatis ad particularia sufficit ad quoslibet actus prudentiæ, quippe, qui cum debeant niti principiis revelatis fide divina creditis , non sunt aliud quam practici assensus theologici, per variarum circumstantiarum experientiam ad particularia determinati, ut patet in hoc actu prudentiæ : *bonum est & meritorium hic & nunc propter Deum dare eleemosynam huic homini , quantum apparet , indigenti :* illato ex hac maiore fidei : *dare eleemosynam ei , qui apparet & prudenter creditur indigens , est bonum ac meritorium* , & ex hac minore experimentali : *atqui hic homo apparet & prudenter creditur indigens* , Ergo &c.

Illius actus sunt practici assensus Theologici.

Refertur ad virtutes morales.

Hinc Prudentia refertur ad virtutes morales non ratione sui adæquate, sed ratione virtutum & specierum naturalium, quas fidei superaddit. Differt autem à Theologia solum connotato & tan-

tanquam inclusum ab includente, inquantum Prudentia solum se extendit ad practica, & particularia, Theologia verò etiam ad universalia & speculativa.

13. Materiale objectum Theologiæ incomplexum, principale, & attributionis est Deus, non quatenus Salvator, ut vult Dur. neque quatenus Glorificator, ut Greg. sed secundùm se, ut docent S. Th. hìc, Richar. alijque communissime. Et vero multa, ut consideranti patet per se tractantur in Theologia, quæ conueniunt Deo secundum se, & non per ordinem ad aliquem ejus effectum, ut quæ pertinent ad ejus naturam, & attributa. Theol. objectum principale est Deus secundum se.

Objectum materiale complexum simpliciter adæquatum, est omnis veritas aliquo modo ad Deum pertinens, & deducibilis ex revelatis. Complexum veritas ad Deum pertinens, deducibilis ex revelatis.

Dico, *ex revelatis aliquo modo ad Deum pertinens*, quia Theologia in stricta, & vsitata acceptione sumi solet pro scientia ordinata ad notitiam Dei, & eorum, quæ ad ipsum spectant; sive tanquam ad illum ducentia, ut merita, sive tanquam ab eo abducentia, ut demerita. Vnde varia sunt ex revelatis probabiliter, aut certò deducibilia, ut distinctio quantitatis à materia ex Mysterio Eucharistiæ; quod canis Tobiæ haberet caudam ex illo Tobiæ 11. *Blandimento sua cauda gaudebat*. Quæ tamen non censentur propriè ad Theologiam pertinere,

Objectum formale propter quod, seu ratio assentiendi est aggregatum ex veritate præmissarum objectivarum, & consequentiæ. Ratio formalis sub qua tenens se ex parte modi tendendi, est deducibilitas ex revelatis. Ratio formalis tenens se ex parte objecti cogniti, est Deitatis: non quidem hoc sensu, quod omnia de Deo cognoscibilia ratione Deitatis ad Theologiam pertineant, sed hoc sensu, quod ad eam pertineant varia Deo convenientia secundum se absque ordine ad Creaturas, quatenus sunt deducibilia ex reuelatis. Hinc Theologia distinguitur à fide in Formale quo connexio cum revelatis. Formale subquo, deducibilitas ex revelatis.

eo,

eo, quod fides pro objecto materiali habeat veritates revelatas qua tales, pro formali vero ipsam Dei revelationem, Theologia autem veritates connexas cum revelatis, & pro formali ipsam connexionem.

CAPUT I.

Dei Existentia, Essentia, Attributa.

§. I.

Existentia Dei ut à nobis cognoscibilis.

Deum esse, est per se notum hoc sensu, improprio, quod terminis bene penetratis possit movere ad assensum.

14 HÆc propositio, *Deus est*, dicitur per se nota secundum se, hoc sensu quod, cùm sit essentialis, adeoque immediata, & indemonstrabilis à priori, & natura sua talis sit, ut si debite apprehendantur, ac penetrentur ejus termini, intellectum possit immediate absque ullo discursu aut motivo a se distincto ad assensum determinare; quamvis fortasse de facto id non præstet, eo quod ejus termini non satis percipiantur & penetrentur, ut ex sola eorum apprehensione clare deprehendatur necessaria illorum connexio inter se, seu prædicatum necessario inesse subjecto. Verum hæc acceptio per se noti est valdè impropria; quia juxta illam, quævis mysteria quantumlibet abscondita, & omnem intellectus creati vim infinite superantia, *ut Deum esse Trinum; Filium esse Genitum, non vero Spiritum Sanctum*; & similia, uti & omnia enuntiabilia, in quibus possibilitas prædicatur de subjecto vere possibili, essent per se nota; quod dici nequit, nisi cum magna improprietate.

Etsi defectu penetrationis id non præstet.

Quidam volunt contingentia sensibus percepta, ut, *Solem moveri*, posse eodem sensu dici per se nota, sed male, cum enim, posita quantumlibet perfecta terminorum apprehensione, non sint nata seipsis intellectum movere ad assensum, sed solum mediante sensus operatione, non possunt ulla ratione dici per se nota ipsi intellectui: V. Fasol. 1. p. q. 2. a. 1. d. 2.

15. Dicta propoſitio *Deus eſt* non eſt per ſe nota ſimpliciter, & quoad nos. Ita S. Thom: Scot. Ariag. & alii communius cont. Albert. Ægid. & alios, quibus valde favet Anſel. inf. n.16.

Non eſt tamen per ſe notum ſimpliciter.

Prob. 1. Quia, juxta Ariſtotelem 1. poſteriorum, D. Th. 4. Metaph. lec. 5. & alios paſſim, illa ſola propoſitio ſimpliciter dicitur per ſe nota, cujus veritas cum noſtro intellectu eam habet proportionem, ut poſita terminorum debita apprehenſione, ac perceptione, qualis ab omnibus, vel mediocriter ſapientibus formari ſolet, intellectum ſeipſa immediate, abſque ulteriori motivo ad aſſenſum determinet ut hæc, *unum & duo ſunt tria;* quod huic propoſitioni, *Deus eſt*, non convenit, ut patet experientia non ſolum in rudibus & atheis, aliiſque infidelibus; ſed etiam in viris doctis, ac probis, qui in illa obſcuritatem, difficultatem, & varios ſubinde motus dubitationis involuntarios experiuntur. Prob. 2. Quia hæc propoſitio, *Deus eſt*, quamvis ſit neceſſaria, & eſſentialis ex parte rei ſignificatæ; ex parte tamen modi ſignificandi imitatur contingentes, inter quas & eſſentiales de *eſt tertio adjacente* (id eſt in quibus ly. *eſt*, pure habens rationem copulæ adjacet alteri prædicato principali) eſt iſtud diſcrimen, quod nimirum, hæ non importent exiſtentiam rei ut exercitam: ſed ſolum neceſſariam connexionem prædicati cum ſubjecto, ita ut faciant ſenſum virtualiter hypotheticum v. g. hæc, *homo eſt animal*, facit hunc ſenſum, ſi homo eſt, animal eſt; contingentes autem importent prædicatum de facto exerceri circa ſubjectum, ſicut non ſint veræ niſi de facto exiſtat ſubjectum cum tali prædicato v.g. hæc, *Petrus currit*, non ſit vera, niſi reipſa Petrus currat: cum enim non ſit verum; ſi Petrus eſt. currit: non eſt vera in ſenſu virtualiter hypothetico. Iam vero quod hæc, *Deus eſt*, in iſto ſignificandi modo contingentes imitetur, patet; quia, cum ſit de *eſt ſecundo adiacente* (id eſt in illa ly *eſt* non ſolum habeat rationem copulæ, ſed ſimul

1. Quid non ex ſola terminorũ apprehenſione.

2. Quia prædicatio exiſtentia de Deo contingentes imitatur.

Non enim facit ſenſum virtualiter hypoteticum.

simul prædicati) non tantum significat, quod existentia sit de conceptu Dei, ut facit hæc de *est tertio adjacente*, essentialis etiam in modo significandi, *Deus est ens necessariò existens*, sed affirmat ipsam existentiam de facto exerceri circa Deum, quod non est nobis notum ex terminis: cùm enim conceptus, quem in via possumus, saltem naturaliter, habere de Deo solùm includat existentiam signatam, ex qua inferri nequit exercita, hæc non potest nobis esse nota ex terminis, sed solùm à posteriori per effectus.

Sed absolutum de existentia exercita solum nota à posteriori.

16. CUM Nazianz. Chrysost. Damasc. Hieron. alijsque PP. apud Vasq. Gill. Recupit. docent cognitionem Dei nobis à natura esse insitam; solùm volunt, eam adeo esse obviam, ut solo lumine naturali, per discursum ex creaturis maximè obvium, & ferè imperceptibilem à quolibet facilè acquiri possit absque Doctore, & magno studio ita ut, qui Deum negant, sint, saltem ordinariè, inexcusabiles.

Dicitur naturaliter, nota quia ex creatura facilè cognoscitur.

ADDE ex S. Thom. l. 1. cont. gent. c. 11. ea posse dici naturaliter nota, quæ à prima pueritia didicimus, & velut cum lacte & natura accepimus à Parentibus, ac proinde etiam hoc sensu intelligi posse Patrum locutiones de Dei notitia nobis congenita.

Et à pueritia fidelibus innotescit.

DICES Anselm. manifestè plus voluit prosologij c. 2. usque ad 6. hoc præcipuè usus argumento illa propositio est per se nota; cujus oppositum nè cogitari quidem potest; atqui id convenit huic propositioni, *Deus est*, ergo &c. Prob. mi. Quia Deus, ex communi, & per se noto omnium sapientum conceptu, est ens quo melius & perfectius cogitari non potest. Eg. non potest intelligi Deus, & cogitari non esse à parte rei: alioqui enim eo ipso repræsentaretur posse aliquid eo melius cogitari, nempe esse non solùm in intellectu, sed etiam in re, quod apertè melius est, quam habens esse in solo intellectu: atque ita Deus repræsentaretur, ut supponitur, & non repræsentaretur: quia non repræsentaretur id quod

Non potest cogitari Deus non esse, supposita eius realitate. Secus ea non supposita.

ex

ex ſapientum conſenſu eſt evidenter verus & definitivus Dei conceptus. Atqui hoc repugnat, ergo.

R. 1. Vaſq. & alios explicare Anſel. eodem ſenſu, quo ſupra explicuimus Nazian. Chryſ. &c. Recupitum verò concedere Anſel. quidem probaſſe Dei exiſtentiam eſſe per ſe notam, at non abſolute ſed ſuppoſita ejus realitate. Ariagam tamen & plures cum D. Th. q. 12. de verit. a. 12. ingenue fateri Anſel fuiſſe in oppoſita ſententia; quod mihi verius videtur, non ideo tamen recedendum eſt à S. Th. & communiſſima aliorum ſententia. Vnde R. 2. ad argum. Nego min. ad cujus probationem diſtinguo Conſeq. non poteſt cogitari Deus, ſupponendo ejus realitatem, & cogitari non eſſe C. non ſupponendo ejus realitatem, de qua ſpectatis terminis hujus propoſitionis, *Deus eſt*, merito dubitari poteſt N. Poteſt enim quis putare conceptum entis, quo melius cogitari, non poteſt, quem ſignificat vox, *Deus*, non ſupponere pro vlla realitate, ſeu non eſſe quid verum & poſſibile, ſed chymericum, ſicut conceptus chymeræ à ſe neceſſario exiſtentis, vel ſpatii imaginarii realis, improducti neceſſarii, & ſimilium, quæ poſſunt cogitari, imo & affirmari de facto non exiſtere, quamuis in ſuo conceptu objectivo eſſentialiter includant exiſtentiam: adeoq; ſimiliter in caſu objecto. (Iſto ſenſu explic. Anſelm. vel cum adverſarijs.)

Ad ulteriorem probationem diſt. Aſſ. eo ipſo cogitaretur, aut poſſet cogitari aliquid melius, quam Deus in actu ſignato ſeu in ſuo conceptu definitivo N. poſſet cogitari aliquid melius quam Deus in actu exercito, ſeu quam ſit de facto aut eſſe affirmetur reipſa à parte rei C. in quo non eſt plus repugnantiæ quam in exemplo chymeræ, aut ſpatii imaginarii à ſe: cum inde non ſequatur non eſſe de conceptu definitivo Dei includere omnem perfectionem excogitabilem, ſic vt eo nihil poſſit melius cogitari. (Poteſt cogitari aliquid melius Deo in actu exercito, non in actu ſignato.)

17. Hinc 1. Poteſt aliquid repræſentari in actu exercito cum contradictorio ejus quod eſſentialiter includit in actu ſignato.

2. Per ſe notum eſt, Deum eſſe colendum ſignate & hypothetice, non exercite, & abſolute, ſeu non ſuppoſita ejus realitate. (Eſſe ſignatè, & non exercitè, non ſunt contradictoria.)

3. Non potest demonstrari Dei impossibilitas, nec ideò per se nota est ejus possibilitas, alioqui esset per se nota Trinitatis possiilitas, & consequenter etiam realitas, cum teste Philosopho, in æternis & necessariis posse & esse idem sint.

Est per se notum, Deũ esse vel non esse; non verò Deum esse licet sit æquè necessarium.

4. Hæc Propositio: *Deus est vel non est*: non est magis necessaria quàm hæc: *Deus est*: cùm enim hæc sit essentialis est necessaria necessitate essentiæ, qua major fingi nequit; illa tamen est per se nota, non hæc, quia illa non supponit Dei realitatem, quæ nobis non est perspecta, hæc autem illam supponit, estq; virtualiter & implicite hypothetica, sic vt faciat hunc sensum, si id, pro quo supponit ly *Deus*, sit quid reale & non fictum, est necessariò existens: vnde hæc solum est per se nota in actu signato, seu in esse intentionali, quatenus existere est de essentia entis à se, quod significatur hac voce, *Deus*. sic vt proinde non possit intelligi vnũ sine alio simul intellecto; illa verò etiã in actu exercito, & in esse reali.

Esse à se includit in suo conceptu existens, ideòq; inter illa est necessaria connexio in mente.

5. In hac enim statim apparet connexio absolute necessaria inter ejus terminos, quamvis cognitione solum imperfecta, & non quidditativa propositos. termini hujus propositionis, *totum est majus sua parte*, sunt evidenter perspecti, non solum vt sunt intentionaliter connexi, sed etiam vt sunt reales & non ficti, & ideò faciunt propositionem simpliciter per se notam, non verò ly, *Deus est*, quia solum sunt evidenter perspecti quatenus sunt intentionaliter connexi ratione essentialis inclusionis prædicati in conceptu subjecti, non autem vt reales & non ficti.

Hæc propositio, Deus est, dici potest per se nota late.

6 Hæc propositio, *Deus est*, dici potest (quod forte solum vult Ansel.) per se nota secundum quid seu late, & improprie, quia ratione connexionis intentionalis, & congruentiæ terminorum inter se; supposita realitate terminorum ex fide, aut tacita quadam, & fere imperceptibili demonstratione, intellectus bene dispositus, facillime & firmissime ei assensum præbet, saltem probabilem, sic vt dici possit per se probabilis, sicut hæc, *omnis Mater diligit Filium*. Quod defectu ejusmodi congruentiæ terminorum, dici nequit de hac propositione, *Deus est trinus*.

7. Quod

7. Quod dicitur de ſubjecto complexo non eſt magis notum [inquit Scot. in 1. diſt. 2. q. 2.] quam notum ſit partes ſubjecti inter ſe vniri. Patet in hac propoſitione, *Petrus doctus ac probus dignus eſt beneficio Eccleſiaſtico*, in qua non poteſt eſſe notius prædicatum re ipſa convenire ſubjecto, quam notum ſit Petro ineſſe doctrinam & probitatem. Vnde, ſi de hoc dubitetur, totius prædicationis veritas abſoluta eſt dubia, & ſola Veritas hypothetica manet certa, quod nempe Petrus dignus ſit beneficio ſi habeat doctrinam & ſcientiam. Idem dicendum de pleriſque propoſitionibus hic objici ſolitis: pleræque enim conſtant ſubjectis complexis, his videlicet aut ſimilibus: ens neceſſarium, ens à ſe ens infinitum in omni genere, actus purus &c. neceſſario exiſtit, ac proinde non habent veritatem abſolutam certam & evidentem; ſed ſolum hypotheticam ſub hac conditione, ſi ens à ſe ſit quid verum & non fictum, de quo non conſtat ex ſola apprehenſione terminorum.

Ens à ſe neceſſariò exiſtit, eſt prædicatio de ſubjecto complexo, non per ſe noto.

Ideò non eſt evidens abſolutè; ſed ſolùm hypotheticè.

8 Viatori non eſſet per ſe nota hæc propoſitio, *Deus eſt*, quamuis haberet abſtractivam Dei notitiam perfecte quidditativam, quia vi talis notitiæ in ordine ad propoſitum, aliud non cognoſceret, ſaltem formaliter, quam exiſtentiam eſſe de conceptu quidditativo & definitivo Dei, ac proinde iſta notitia non excluderet dubitationem de ejus realitate. Poſſet tamen dici plus cognoſcere vi illius cauſaliter: quia ejuſmodi notio Dei per diſcurſum imperceptibilem facillime determinaret intellectum ad aſſentiendum exiſtentiæ ejus exercitæ. Vnde hæc propoſitio, *Deus eſt*, tali viatori dici poſſet per ſe nota late, quatenus ei ſtatim appareret ejus veritas abſq; ratione aliunde petita.

Quidditativa cognitio Dei abſtractiva manifeſtat exiſtentiam convenire Deo ſignatè non exercitè.

18. Poteſt in adultis, ſecundum curſum naturæ ſibi relictæ, dari, ſaltem ad breve tempus, invincibilis ignorantia Dei negativa, ſita in quadam inculpabili incogitantia, & inadvertentia Dei; quia *Deum eſſe* non eſt per ſe notum, ſed ſolum per diſcurſum ex effectis, quem, in re à ſenſibus adeo remota, non poſſunt adulti ſtatim formare in primo vſu rationis: imo nec poſt diuturnum ejus vſum, ſi ſint

Dari poteſt inculpabilis ignorantia Dei negativa, quia ejus notitia ex creaturis, eſt obſcura.

valde hebetes, & barbari, omni instructore destituti.

Non tamen positiva.

Probabilius dari nequit invincibilis ignorantia Dei positiva sita in judicio erroneo, quo quis inculpabiliter judicet non esse Deum: cum non videatur quis posse ad id judicandum mentem applicare, quin statim ei occurrant rationes dubitandi de opposito, quo fiat vt ejus error sit culpabilis. Hinc Recupit. Docet non posse Dari inculpabilem dubitationem de existentia Dei: quia eo ipso quo quis positivè de eo dubitat, tenetur applicare animum ad inquirendum, an sit Deus, quem lumen rationis dictat practicè colendum, posito quod sit. Posita autem seria applicatione animi ab omni pravo affectu expediti, est moraliter impossibile vt lumen rationis non veniat in notitiam Dei, quem esse clamant omnes creaturæ.

Quia rationes eius existentiam suadentes eam reddunt culpabilem.

Existentia Dei est indemonstrabilis à priori, defectu causæ etiam virtualis, Aseitas enim non est ejus radix, sed modus.

19. Dei existentia non potest demonstrari à priori, quia nulla datur causa divinæ existentiæ, nequidem virtualis, seu quæ secundum rationem sit illius radix: si quidem existentia non solùm est de essentia Dei à parte rei, vt omnia attributa, sed est de primo ejus conceptu: cùm Deus ex primo & directo suo conceptu sit actus purus actualissimus, adeoque ipsum esse independens; sic vt aseitas, seu necessitas essendi non debeat nec possit, cum vllo fundamento in re, concipi vt radix, ex qua resultet esse divinum, sed potius vt quidam modus ipsius esse divini. Hinc probatio divinæ existentiæ ex eo quod Deus sit ens à se, aut actus purus, non est à priori, seu à causa virtuali, sed potius ab includente ad inclusum, sicut hæc, Petrus est homo; ergo animal.

Est Demonstrabilis a posteriore per creaturas collectivè sumptas. Vt sic enim habent evidentem connexionem cum causa improducta.

Demonstrari potest à posteriori per creaturas, non quidem per singulas distributivè: quia licet etiam sic sumptæ dicant essentialem habitudinem ad Deum; cùm tamen earum essentiam non penetremus intuitivè, vt faciunt Angeli, non possumus per singulas seorsim devenire in certam Dei notitiam; sed solùm per omnes collectivè, quatenus tota earum collectio habet necessariam connexionem, à nobis lumine naturali evidenter cognoscibilem,

cum

cum aliqua causa prima improducta, necessaria in essendo, omnibus contingentibus pro suo arbitratu existentiam determinante, quam vocamus Deum.

Est nunc omnium, & certa, non solùm ex Apost. ad Rom. 1. *Invisibilia Dei per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur*; sed etiam hac ratione demonstrativa saltem physicè: vel enim res omnes, quæ sunt & unquam fuerunt in universo, sunt productæ, vel aliqua earum est improducta: si postremum, habemus intentum, illa enim est Deus, si primum; vel tota earum collectio est producta ab aliqua existente extra numerum earum, quæ productæ sunt, vel ab aliqua existente intra illarum numerum: posterius dici nequit; quia si aliquid, quod est pars totius collectionis, totam collectionem produxisset, sequeretur rem aliquam produxisse seipsam, saltem mediatè per mutuam causalitatem cum aliqua re à se producta, quod repugnat. Restat ergo totam rerum productarum seriem productam esse ab aliqua re extra numerum rerum productarum existente, quæ proinde sit causa prima, improducta, & consequenter Deus.

Quia ut sic non possunt esse producta à re producta, nisi idem causarit se.

20. Nec obstat quod à sensu distributivo ad collectivum nulla sit consequentia, ac proinde non videatur rectè inferri totam collectionem rerum productarũ esse ab alio, ex eo quod singulæ sint ab alio; licet enim in prædicatis aliquo modo importantibus quantitatem, qua sola totum à sui parte necessariò differt, à distributivo ad collectivum non valeat argumentum; valet tamen in prædicatis essentialibus quantitatem nullo modo importantibus, quale est ly *esse ab alio*, sive, ut Recupit. in ijs quæ non conveniunt parti ut pars est, sed ut entitas est.

Valet à sensu distributivo ad collectiuum in non quantis.

Dices demonstratio fit ex necessariis, creaturæ sunt contingentes, erg. ex illis non potest demonstrari existentia Dei. R. Quamvis sint contingentes in sua existentia, sunt tamen necessariæ in sua contingentia essentiali & in sua essentiali dependentia ab alio, ex quibus demonstratur existentia Dei sub ratione causæ necessariæ in essendo, & consequenter

Creaturarum essentialis contingentia infert necessariam existentiam causæ improductæ & quidem hujus determinatæ,

a se & illimitatæ. Vnde inferuntur cætera dei attributa nobis naturaliter nota.

In hac demonstratione speciale est & mirabile quod ex contingenti inferatur necessarium, & ex possibili existens: siquidem ex contingentia omnium productorum collective certo infertur existentia alicujus causæ necessariæ in essendo, per quam contingentia determinentur ad existendum potius, quam ad non existendum, & ex possibilitate creaturarum actualis existentia causæ primæ, à qua manat earum possibilitas, & ex eo quod sint effectus alicuius causæ vagè & indeterminate, existentia determinate hujus causæ primæ, unicæ & in essendo necessariæ.

Demonstrationes divinę existentia solùm sunt evidentes Physicè, sicut experientia sensuum.

Demonstrationes de existentia Dei petitæ ab existentia creaturarum, regulatissimo solis motu, & perfectissimo universi ordine non habent evidentiam mathematicam convincentem quemlibet intellectum, sed solum physicam sufficientem ad convincendos non protervos, qualem habent demonstrationes physicæ de materia prima, forma substantiali &c. Earum certitudini non obstat, quod resolvantur in contingentem creaturarum existentiam: hoc enim commune est omni demonstrationi à posteriori; cum enim omnis nostra cognitio ortum ducat à sensibus, semper resolvitur in aliquod singulare contingens. Vnde evidentia & certitudo physica nostrarum scientiarum non potest esse major evidentia & certitudine scientiæ experimentalis fundatæ in operatione & experientia sensuum.

§. II.

Dei Essentia Attributa in genere.

Essentia Dei complete est aggregatum omnium perfectionum simplicite r.

21. ESsentia Dei sumpta physice & complete prout est à parte rei, & prout conciperetur ab eo, qui haberet perfectam notitiam divinæ quidditatis ut in se est, consistit in complexo omnium perfectionum simpliciter, ita Ruiz, Tan. ex S. Leo Epist. 93. c. 5. *Quidquid digne de Deo utcumque sentitur, non qualitas est, sed essentia*: Cyril. Alex. lib. 13. Thes. cap. 4. docente sanctitatem esse Deo essentialem; aliisque PP. idem significantibus: favetque ratio; quia

quia essentia Dei est actus infinitus, & actualissimus in omni genere perfectionis, seu ut post Nazian. loquitur Damasc. lib. 1. de fide c. 12. *Immensum essentiæ pelagus universum, quod est, suo complexu continens.*

Hinc physica Dei essentia continet formaliter hoc est secundum eandem rationem omnes creaturarum perfectiones puras, seu simpliciter simplices hoc est quæ nullam important imperfectionem, sive, ut explicat Ansel. monolog. c. 14. *quarum unaquaque*, in quouis ente ut ens est, *melior est ipsa quam non ipsa;* ubi ly, *non*, sumitur contrarie pro perfectione opposita aut incompossibili, non contradictorie seu pro mera negatione, alioqui enim quævis perfectio esset simpliciter simplex; cum nulla sit quæ non sit melior sui negatione. Ejusmodi perfectiones sunt vivere, intelligere, esse justum sanctum &c.

Vnaquæque enti ut sic melior est ipsa, quam non ipsa.

Quamvis enim non vivere melius sit lapidi ut sic, quam vivere, quod ejus naturæ repugnat; lapidi tamen ut ens est, melius est vivere, quam non vivere: quia absolute melius est vivere; quam esse lapidem aut quodlibet aliud cui repugnat vivere, ens enim contractum per vivens semper est aut constat quid melius & perfectius, quam contractu per non vivens.

Perfectiones creaturarum mixtas imperfectione, quæ non sunt perfectiones simpliciter, sed secundum quid non continet formaliter seu in perfectione ejusdem rationis & definitionis, sed virtualiter seu in virtute earum effectiva, æquiualentér, hoc est in simili perfectione paria aut similia munia & effecta excellentius præstante, & eminenter, hoc est in perfectione altioris ordinis.

Perfectiones creaturarum mixtas continet virtualiter.

22. Essentia Dei sumpta metaphysice & incomplete consistit in prædicatis, quæ ex nostro imperfecto concipiendi modo, per analogiam ad creaturas habentur prima & substantialia; qualia sunt, quæ in substantiis creatis sunt essentialia, ut substantia, spiritualis vivens, &c. Vnde non male explicatur Dei essentia hac descriptione.

Sumpta incomplete est constitutum ex prædicatis substantialibus.

Deus est substantia spiritualis, intellectualis à se.

Recte describitur substantia spiritualis intellectualis à se.

Colligitur hæc doctrina ex PP. passim in Deo agnoscentibus aliqua prædicata, quæ juxta nostrum imperfectum concipiendi modum, naturam constituunt, & aliqua, quæ circa naturam sunt, seu ei insunt tanquam proprietates.

Juxta PP. justitia sapientia &c. insunt Deo ut accidentia.

Hoc sensu Damasc. l. 1. de fide c. 4. ait. *nam si bonum, si iustum, si sapientem dixeris; non naturam dicis Dei, sed ea quæ natura insunt.* Quibus similia habent Basil. Nyssen. Athan & alii apud Fasol. ac præcipue Cyril. Alexand. l. 1. Thesauri, ubi fuse probat multa in essentia Dei quasi accidentia conspici. Vnde concludit: *non omnia ergo, quæ in Deo sunt & de Deo dicuntur, substantiam significant: reliquum est igitur ut voce modoque dicendi accidentia esse dicamus, quoniam modo accidentium ea intelligimus.*

Conf. quia essentia divina concepta per analogiam ad creaturas, & per species ab iis acceptas tanquam fundamentum & radix attributorum, debet pro essentialibus habere prædicata iis similia, quæ in creatis substantialia sunt & prima; pro attributis autem, prædicata iis similia, quæ in creatis sunt proprietates & accidentia: alioqui enim non repræsentaretur per analogiam ad creaturas. Igitur prædicata Divinæ naturæ sustantialia recte dicuntur ens, substantia, spiritus à se existens, hæc enim juxta imperfectum nostrum concipiendi modum constituunt divinam essentiam in esse radicis attributorum, de cujus primo conceptu est etiam ipsa existentia, saltem ex communiori DD. sensu.

Prædicata Dei substantialia sunt ens, substantia spiritus &c.

23. Attributa divina late sunt omnia, quæ dicuntur de Deo: at vero sumpta stricte, juxta communem Theologorum vsum, sunt perfectiones totales in suo genere, Deo, qua Deus est, intrinsecæ & necessariæ, quæ ex imperfecto nostro concipiendi modo non sunt de prima ejus constitutione, sed illi tribuuntur tanquam proprietates, seu perfectiones secundariæ, ut justum, bonum &c. quæ justa Athanas. in epist. de decretis synodi Nicenæ. Nazian. Oratione 38. Nyss l. de S. Trin. non significant naturam, sed *ea quæ circa naturam sunt.*

Attributa sunt perfectiones quæ non de primo Dei Conceptu;

Alia

Alia sunt affirmativa, quæ Deo aliquid tribuunt, ut esse justũ, sapientem &c. Alia negativa, quæ Deo aliquid negant, ut esse increatum, incomprehensibilem &c. quæ licet formaliter, prout dicunt negationem, non sint perfectiones, adeoque nec proprie attributa; fundamentaliter tamen & in radice sunt perfectiones simpliciter, adeoque vera attributa. Attributa negativa sũt perfectiones fundamentaliter.

Potentia Dei præcise ut effectiva leonis non est attributum, cum non sit perfectio totalis in genere suo sed pars attributalis. actus necessarii intelligendi & volendi in Deo sunt attributa; secus liberi qua tales. Prædicata, quæ dicuntur de Deo relative ad creaturas ut esse Dominum, finem ultimum, sunt attributa, si sumantur in actu 1. secus si sumantur in actu 2. Actus intelligendi necessarius est attributum.

24. Attributa non distinguuntur ab invicem & ab essentia divina ullo modo realiter physice, ut voluit Gualterus; aut modaliter, ut docui Iacobus de Viterbio; neque formaliter ex natura rei ad mentem Scotistarum, inter illa agnoscentium quamdam distinctionem actualem independenter ab operatione intellectus mediam inter realem & rationis, quam vocant formalem ex natura rei. Attributa non distinguuntur realiter, neque formaliter ex natura rei.

Prima pars est de fide ex Lateran. Cap. firmiter *de sum. Trin.* ubi definitur quod in Deo sint *tres quidem personæ, sed una essentia, substantia seu natura simplex omninò.* Primum fides docet secundum suadentem ratione PP. & CC.

Secunda, Clare colligitur ex C. Rhem. cont. Gilbert. definiente, quod in Deo non sit aliqua ratio quæ inter naturam & personas dividat: Floren. sess. 18. 10. non definiente quidem, sed in ipsa professione fidei ab Eugenio Græcis oblata; ex PP. Latinorum & Græcorum sensu asserente *essentiam ab hypostasibus non re, sed ratione tantum & actu intelligendi differre,* ex quo à fortiori sequitur, idem dicendum de attributis. Item ex PP. Dyonis. de divin. nom. lib. 2. ubi ait esse *in Deo simplicitatem superlatè*, id est supremam, *omnem duplicitatem excludere* Niss. apud Petav. dicente, *omnem circa essentiam diversitatem reijcit divina simplex natura*: August. 15. de Trin. C. 6. *non est aliud sapientia eius, aliud essentia, cui hoc est esse quod sapientem esse*. serm. 40. de temp. *hoc est in* Dyonis. aliique PP. agnoscunt in Deo summam simplicitatem.

eo Virtus quod Iustitia: quidquid de illo dixeris hoc idem dicis Sapientia enim Dei (ut habet l. de tripl. habitaculo) *non magis sapientia quam veritas est*.

Deus, non esset summè simplex, si constaret attributis ex natura rei distinctis.

Et Ratio est, quod Deus ex later. sup. sit *substantia omnino simplex*, talis autem non esset, si attributa distinguerentur ex natura rei, quia constaret adeoque componeretur pluribus distinctis à parte rei, ubi enim reperitur pluralitas actualiter distinctorum, à parte rei constituentium aliquid unum, necessario habetur proportionata compositio actualis seu plurium actu distinctorum simul positio ad unius constitutionem. Hinc Anselm. in Monolog. c. 16. recte infert negationem pluralitatis in natura divina ex negatione compositionis, His verbis: *Cum illa summa natura nullo modo composita sit, & tamen omni modo tot illa bona sit, necesse est ut illa omnia non plura, sed unum sint.* Et ex ejus mente & ex rei veritate, si illa aliquo modo essent plura; natura esset aliquo modo composita ac proinde si in Deo detur perfectionum distinctio formalis ex natura rei, etiam dabitur compositio formalis ex natura rei.

Compositio est plurium unio ad unũ unde in Deo recte infertur negatio pluralitatis ex negatione compositionis; & contra.

Quod enim dicunt nihil componere cum seipso, adeoque attributa naturæ & inter se realiter identificata non posse ullam compositionem facere, solum eatenus verum est, quatenus verum est nihil facere multitudinem cum se ipso hoc sensu Bern. lib. 5. de Consid. lib. 13. ait *unum & simplex in re ipsa idem esse ac propterea Deum esse simplicissimum, quia unissimus est*.

Personæ in Deo non cõponunt quia inter se non faciunt quid unum.

Neque his obstat quod pluralitas personarum in Deo nullam adferat compositionem, nec ulla ratione officiat ejus simplicitati; disparitas enim est quod personalitates simul sumptæ non constituant quid unum, ut faciunt attributa & essentia nec ingrediantur constitutionem naturæ adeoque ejus simplicitati nihil officiant, sed singulæ cum natura ab illis à parte rei indistincta constituant unam personam simplicem ab aliis realiter distinctam sic ut Deus quamvis in natura simplicissimus, sit tamen in personis triplex seu trinus. Deinde hoc argumento æque probaretur, etiam realẽ attributorũ distinctionẽ nihil officere divinæ simplicitati quod aperte falsũ est.

25. 1. Quia

25. 1. Quia alioqui natura divina diceret potentialitatem, non enim esset per se ipsam summe actuata, quia non esset sapiens, potens Clemens &c. Formaliter per se ipsam; sed per sapientiam, potentiam. Clementiam &c. Formaliter ex natura rei distinctam. Si attrib. distinguerentur, natura non actuaretur seipsa.

2. Vna formalitas attributalis quatenus, juxta Scotistas, ex natura rei non est alia, est à parte rei extra nihil; alioqui enim non posset per eam aliqua perfectio Divina explicari, constitui, distingui &c. Er. est res aliqua, er. alia & alia formalitas est res & res, er. distinguntur realiter seu ut res à re. In ea esset res & res.

Neque his satisfaciunt adversarii dicentes formalitates illas ut ab invicem distinctas, non esse res stricte, sed solum late, eo quod non possint ab invicem separari, & sint idem realiter cum uno tertio: inde enim sequeretur personas divinas non esse res stricte, cum etiam sint inseparabiles & idem cum uno tertio. Non esset tam simplex quam singula attributa.

3. Manifestum est attributa singula (posito quod distinguantur formaliter ex natura rei) esse à parte rei simpliciora quam tota eorum collectio er. Deus in illa hypothesi, non est omnino simplex; cum non sit tam simplex quam quodlibet attributum secundum se. Distingueretur, entia sine necessitate.

4. Denique quia uti non sunt multiplicanda entia sine necessitate, ita nec distinguenda, cum non possit esse distinctio sine multiplicatione: atqui hic nulla est necessitas distinctionis majoris, quam rationis ut patebit ex solutione objectionum er. &c.

26. Notanda pro explicatione & solutione contradictoriorum hic obijci solitorum. Diversitas connotatorum solvat contradictoria.

1. Sufficit diversitas connotatorum ex parte subiecti per se diversa respicientis aut per intellectum nostrum in ordine ad diversa repræsentati ut de eodem verificari possint prædicata contradictoria absque ulla contradictione in ipsis propositionibus, sive formalibus, sive objectiuis, ad quam requiritur affirmatio & negatio ejusdem de eodem secundum eādem rationem & acceptionē, aliquo enim ex illis variato non affirmatur & negatur eadem realitas per

pro-

propositiones quibus contradictoria tribuuntur subjecto eidem materialiter. Vt patet in his: secunda persona in divinis est Filius, nempe respectu Patris, & non est Filius, sc. respectu Spiritus Sancti. Vbi de 2. persona affirmatur & negatur Filiatio, sed non respectu ejusdem, adeoque non eadem Filiatio, sed diversa pro diversitate terminorum, quos respicit: unde per priorem affirmatur Filiatio vera, quæ habet pro termino patrem; per secundam vero negatur chymerica, quæ habet Spiritum sanctum pro termino: item per primam affirmatur generatio vera à patre, & negatur chymærica è Spiritu sancto.

2. Personæ est vere filius & non filius diuerso respectu.

Ad eundem effectum verificationis prædicatorum contradictoriorum sine contradictione in ipsis propositionibus sufficit mutatio acceptionis v. g. sensus distributivi in collectivum, ut in hac propositione partes sunt causa compositi, vera in sensu distributiuo, falsa in collectivo; quia hoc sensu significatur omnes partes simul sumptas distingui realiter inadæquate à toto. quod non significatur in sensu distributivo, sed solum singulas partes distingui à toto.

Diversitas acceptionis, connotationis, & conceptus, facit ut non sit affirmatio & negatio ejusdem de eodem.

Similiter sufficit diversitas conceptuum, quibus res indivisibiliter eadem diversimodè, seu cum diversis connotatis repræsentatur, ut in his propositionibus, in Deo Iustitia punit, misericordia non punit, ubi idem affirmatur & negatur, sed non de eodem adæquate: qui justitia formaliter qua talis est entitas divina ut repræsentata conceptu Iustitiæ præscindendo à misericordia, & ut connotans via causalitatis actus puniendi. Misericordia vero est eadem entitas Dei ut repræsentata conceptu misericordiæ præscindente à justitia, & ut connotans actus miserendi, qua ratione justitia & misericordia non sunt idem adæquate ut patet, ac proinde possunt de se invicem negari & suscipere prædicata contradictoria sine contradictione aut implicantia in ipsis propositionibus & in re per illas significata.

Attributa ut substantia sic diversificati non sunt idem realiter adæquatè.

2 Etiam sufficit diversus modus connotandi, ut patet in actione & passione, quæ licet sint realiter idem, & habeant eadem connotata, nempe agens, pas-

sum

& terminum: quia tamen illa diversimode notant, sic nempe ut actio dicat in recto, quod io importat in obliquo & contra; sicut via A-is Thebas & Thebis Athenas, possunt in sensu nali de se invicem negari, prędicatis contradicto-subiici; imò & tribuere denominationes realiter rsas, agere enim, quod est ab actione, non est iter idem ac pati, quod oritur à passione, sicut Athenis Thebas non est realiter idem ac ire The-Athenas.

7. 3. Connotatio hic fit per viam causalitatis, endentiæ in objectum, vel æquivalentiæ cum ectionibus creatis realiter distinctis. Possunt ita attributa divina considerari ut connotant seu ut æsentantur connotando aliquid extra Deum; it effectum, vel ut Objectum, vel ut perfectio-cui æquivalent, spectata autem ut connotant rsa, distinguuntur ab invicem realiter inadæ-e: siquidem complexum ex hoc connotante & connotato non est idem realiter adæquate cum plexo ex eodem connotante & altero connota-ed solum inadæquate. Vnde sic spectata possunt invicem vere negari; Nam entitas Dei ut repræ-ita conceptu justitiæ, & ut connotans via alitatis actiones puniendi, non est entitas Dei præsentata conceptu misericordiæ, & ut con-ns actiones miserendi: quia nempe conceptus tiæ & actiones puniendi non sunt idem cum eptu misericordiæ & actionibus miserendi. In-quitur quòd possint vere subjici variis prædica-ontradictoriis; non tamen his simpliciter sum-*Est*, *non est*, quia cum existentia sit actus rei om-intimus & maxime intrinsecus, ac velut prima x cæterorum prædicatorum, existere appellat & minat realitatem secundùm se prout est à par-i, non ut subest conceptibus aut connotatis di-s: est enim prædicatum omnino absolutum à ctu ad conceptus & connotata. Hinc prædica-s quibus existere affirmatur & negatur de su-o eodem realiter quamvis formaliter diverso, contradictoriæ saltem virtualiter.

Connotatio fit via causalitatis, tendentia, & æquivalentiæ.

Invehit distinctionem realem inadequatam.

Sufficientem ad salvanda contradictoria.

4. Con-

Præcipuè cum respicit terminos Deo intrinsecos.

4. Connotatio in divinis alia est extrinseca cujus termini sunt Deo extrinseci, puta effecta ; objecta &c. Alia intrinseca cujus termini sunt Deo intrinseci, nempe actus notionales & rationes personales Patris, Filii &c. hæc connotatio per identitatem cũ diversis inter se realiter dictinctis est priore efficacior ad salvanda contradictoria ; longe enim plus est & distinctioni propinquius identificari realiter distinctis quã solũ extrinsece illa respicere; ac proinde multo plus valet ad salvanda contradictoria, qui est effectus rebus distinctis propriissime conveniens, distinctis enim manifestum est posse contradictoria tribui absque ulla implicantia & contradictione.

Intellectus & voluntas in Deo connotant diversa objecta.

5. Intellectus & voluntas divina connotant diversa objecta. licet enim verum & bonum in genere non differant realiter, differunt tamen verum & bonum divinum: cum verum ut est intelligibile à Deo comprehendat omnia etiam peccata, bonum vero, ut est appetibile à Deo, solum se extendat ad honesta nullo modo ad peccata, quibus deest honestas, quæ est conditio necessario requisita ut aliquid possit esse objectum complacentiæ diuinæ, quæ est essentialiter boni honesti. Hinc in Deo intelligere & velle seu amare prout connotative important sua objecta non sunt idem realiter adæquate: cum intelligere ex parte objecti latius pateat quam velle seu amare, si tamen velle sumatur late pro actu seu tendentia voluntatis abstrahendo à prosecutionẽ & fuga velle in Deo non minus late patet quam intelligere, cum voluntas affectu prosecutionis aut fugæ attingat quidquid divinus intellectus repræsentat: ac proinde in Deo intelligere & velle sumptum late important easdem realitates, sed non eodem modo quod sufficit ut intelligere & velle non sint idem realiter, ut patet in actione & passione, quæ licet sint realiter idem, tamen agere & pati non sunt idẽ. Itaque in Deo intellectio est realiter volitio; sed non est realiter volitio omnium, quorum est intellectio cum in deo intellectio peccati non sit realiter volitio peccati, quæ in Deo repugnat ratione malitiæ objecti.

Intelligere in Deo latius patet quam amare.

Vnde non sunt omnino idem realiter.

Connotatio.

28. 6. Contradictoria Notionalia salvantur per con-

ıotationem intrinsecam seu per identitatem personis inter se realiter distinctis ratione cujus ıtia divina distinguitur à singulis personis eaque proprietatibus relativis non solum ratione, :iam realiter inadæquate, quatenus singulas init per identitatem & aliquid amplius nempe n duas alias. Vnde Pater identificatur toti essenoc est omnibus prædicatis absolutis, non tamen iter, quia non identificatur omnibus relativis, us ipsa identificatur. Hinc varia prædicata conctoria possunt vere affirmari de essentia & nede personis, & contra absque ulla contradictio implicantia in propositionibus aut in re per ilıunciata, quia per illas non affirmatur & negalem de eodem realiter adæquate, sed solum de m realiter inadæquate, ut patet in his prædicabus, Pater generat, essentia non generat, in quiıuod vere affirmatur de Patre verè negatur de :ia, non propter distinctionem formalem ex na-·ei, sed propter realem inadæquatam inter Pa- & essentiam. Essentia enim includit per iden:m non solum Patrem, sed etiam Filium & spiı sanctum, quibus non convenit generare. Vnde ıoteſt simpliciter dici essentia generat, quia si-:aretur etiam Filium & Spiritum sanctum (quidentificatur essentia) generare, quod falsum est: l tamen verè dici, essentia ut est in Patre; seu ut :ificata proprietati Patris, generat; sic enim re-;itur ad solam entitatem seu proprietatem Pa-ui proinde soli, non aliis personis, per istā præionem tribuitur generare. Essentia est commuıilis tribus personis non Paternitas quia essentia ificatur tribus personis, Paternitas soli personæ s non aliis, hic autem communicatio aliud non ıam identificatio, Essentia, & tres personæ simul i parte rei omnino idem; hæ tamen prædicatio-ſentia est una non tres; personæ non sunt una es, non sunt ullo modo contradictoriæ cum fahunc sensum, essentia est una essentia non tres :iæ personæ non sunt una persona sed tres per-,quo sensu, ut patet, nil dicitur de essentia quod nege-

intrinseca salvat contradictionem in notionalibus.

Pater est tota essentia, sed non totaliter

Pater generat non essentia (quæ est realiter filius & Spir. S.) nisi ut est in Patre.

Essentia est idem realiter inadæquatè cum paternitate: cum 3. personis simul realiter adæquatè.

Unde essentia est una essentia, & tres personæ. Una & tres affirmantur, & negantur de essentia & personis absque contradictione.

negetur aut non conveniat personis nec contra. Personæ enim sunt realiter una essentia non tres essentiæ & similiter essentia non est una tantum persona, sed est realiter tres personæ. Unde pro explicatione similium in speciem contradictoriorum addenda sunt substantiva ibi non expressa, sed subintellecta, ratione quorum verificantur hæc adjectiva una tres & similia, quæ prout exprimuntur in hujusmodi prædicationibus absque substantivis, habent quandam abstractionem seu indeterminationem ad varia significata, & ad varios sensus, quorum aliqui sunt veri, aliqui falsi & contradictorii. Hac ratione dissipatur apparens contradictio harum propositionum, essentia est communicabilis, relatio non est communicabilis &c. Nempe addendo substantiva in illis ex parte subjecti subintellecti hoc modo essentia est communicabilis essentia, & relatio non est communicabilis relatio; est tamen relatio communicabilis essentia, sicut essentia est incommunicabilis relatio. Similiter essentia non est generans aut genita essentia, est tamen generans aut genita persona, & sic in aliis ubi non obviat relativa oppositio.

Similiter communicabile & incommunicabile.

Generare, spirare &c. faciunt ut subjecta sumantur notionaliter.

7. Prædicata notionalia, ut generare, spirare &c. ex usu Theologorum determinant subjecta, v. g. intellectum & voluntatem, quibus tribuuntur ut non sumantur essentialiter, id est pro sola ratione absoluta intellectus & voluntatis in Patre & Filio, etiam juxta Scot. formalissime eadem, sed notionaliter; id est pro ratione absoluta & respectiva simul, sive sic ut involvat notionem seu relationem Patris. Sic verificatur, intellectus in Patre generat, in Filio non generat, hoc est intellectus ut identificatus relationi Patris generat, ut identificatus relationi filij non generat, in qua acceptione intellectus in Patre & in Filio non sunt idem realiter adæquate, ut patet ex dictis sup. not. 6.

Voluntas, justitia bonitas &c. significant perfectiones.

29. 8. Hæ Voces intellectus, Voluntas, justitia, misericordia, prout Deo tribuuntur, significant illas perfectiones non ut à parte rei sunt unum & idem indivisibiliter, sed ut præcisas & distinctas conceptibus & connotatis: ideo enim exprimuntur diversis

vocibus

ibus, diversa aut diversimode significantibus. le non possumus illis vocibus uti ad exprimen- istas perfectiones ut sunt à parte rei ubi nulla est cisio, distinctio, & diversorum connotatio: sed emus uti aliis, quæ non denotent modum, quem ent sub præcisione intentionali, sed quem habent rte rei independenter ab operatione intellectus les sunt realitas, quæ est intellectus, entitas, quæ oluntas, qua ratione falsum est quod filius pro- it per entitatem quæ est intellectus, & non per tatem quæ est voluntas. Vnde ulterius, cum di- r intellectus prout est à parte rei, independenter mni conceptu, locutio destruit se ipsam, & in- iit contradictoria nempe hæc intellectus ut præ- s, & ut non præcisus &c. adeoque in istis potest :bet negari suppositum; quia perfectio, quæ est llectus non est à parte rei ut significatur, hac vo- intellectus, quæ ex usu Theologorum prout tri- ur Deo significat entitatem divinam sumptam :isè sub ratione intellectus, seu perfectionis æ- 'alentis intellectui creato, abstrahendo à volun- ; qualiter non est nec esse potest à parte rei.

Dei ut sunt sub præcisione.

Vnde voluntas Dei non est à parte rei ut significatur hac voluntas

). Ds. 1. à parte rei independenter à nostris con- ibus, intellectus in Deo est principium genera- is filii, voluntas non est principium generationis Cum sit de fide filium à parte rei procedere per lectum, & non per voluntatem: er. intellectus oluntas distinguuntur formaliter ex natura rei: qui enim duo prædicata contradictoria, nempe principium & non esse principium generationis icarentur de eodem à parte rei, sc. de intellectu luntate, quæ seclusa distinctione formali scoti- sunt omnino idem à parte rei.

Principium generationis non affirmatur & negatur verè de entitate quæ est intellectus & voluntas.

1. N. suppositum: quia, ut patet ex dictis n. ed. not. 8. intellectus & voluntas non sunt à : rei sicut istis vocibus significantur. R. 2. hoc ar- entum etiam urgere adversarios; cum admit- identitatem realem, nec minus repugnet con- ctoria simul verificari de eodem realiter quam odem formaliter ex natura rei, cum implicet realiter esse & non esse. R. 3. dist. Antec. si

intellectus & voluntas sumantur materialiter pro entitate divina, quæ est indivisibiliter intellectus & voluntas N. falsum est enim quod illa entitas, quæ à parte rei est voluntas non sit principium generationis Filii; si sumantur formaliter nempe intellectus præcisè prout est vis perceptiva veri æquivalens intellectui creato & voluntas prout est vis appetitiva boni æquivalens voluntati creatæ C. sed sic non sunt idem cum importent conceptus & connotata realiter diuersa, ratione quorum distinguuntur realiter inadæquate & consequenter possunt de se invicem negari & contradictoriis subjici ut ostensum est. n. 26 not. 1. & 2.

Sed de intellectu & voluntate sumptis formaliter.

Dices 2. Pater generat per intellectum non per voluntatem est veritas realis, er. independens ab intellectu, si quidem veritates reales non possunt pendere ab entibus seu præcisionibus rationis er. intellectus & voluntas distinguuntur à parte rei R. est veritas realis & independens ab intellectu quoad rem significatam, non tamen quoad modum significandi. Patet quia res significata est quod Pater generet per eam perfectionem, quæ significatur nomine intellectus, quod Patri propriissime convenit à parte rei independenter ab omni conceptu & præcisione, modus autem significandi est quod pater generet per illam perfectionem præcisam à perfectione, quæ significatur nomine voluntatis, qualiter non habetur à parte rei independenter à conceptu. Similiter Deus a parte rei intelligit per intellectum, non per voluntatem, si ly à parte rei afficiat rem significatam modo jam explicato: secus si modum significandi. Falsum est enim quod, seclusa omni distinctione rationis, Deus intelligat per intellectum non per voluntatem, quia seclusa operatione rationis non est intellectus & voluntas cum præcisione, prout istis vocibus significatur. Pat. ex dictis n. 29. not. 8. hinc prædicationes attributorum de Deo revocantur ad ens rationis, quoad modum significandi cum præcisione, non quoad rem significatam, quæ semper est aliquid maxime reale independens à ratione, nempe ens divinum ejusque operatio.

Pater generat per intellectum est veritas realis, quoad rem significatam; non quoad modum significandi cum præcisione.

Similiter Deus à parte rei intelligit per intell. non per voluntatem.

Attributa sunt, ens rationis late & quoad modum, non quoad rem.

Dices

Dices 3. productio Filii est generatio; quia est per [int]ellectum, non per voluntatem, & contra produ[ctio] spiritus sancti non est generatio; quia est per vo[lun]tatem, non per intellectum, ita enim P P. ac DD. [Re]sim R. dist. Ante. quia est per intellectum à vo[lun]tate aliquo modo distinctum. N. quia est per in[tell]ectum, id est per entitatem, quæ à parte rei est in[dist]incte intellectus & voluntas, à qua tamen enti[tat]e non procederet, si non esset intellectus, sed so[l]a voluntas C. pro cujus intelligentia Notandum 1. productionem Filii distingui realiter & essētia[lite]r à productione spiritus sancti. 2 illam esse produ[cti]onem Verbi, non hanc. 3. Illam esse veram genera[tio]nem, non hanc. Hæc tria sunt de fide, ex quibus [s]equitur quod productio Filii sit talis naturæ, ut [pro]cedat ab entitate divina ut est perfectio æquiva[len]s intellectui, sic ut (si per impossibile) ista entitas [no]n esset perfectio æquivalens intellectui ab ea non [pro]cederet, & si perfectio, quæ in Deo est intellectus [dist]ingueretur ab ea, quæ est voluntas, ab illa proce[der]et productio Filii, non ab hac, adeoque sic proce[dit] ab entitate divina, ut, supposita distinctione per [pr]æcisionem, intellectui nostro det fūdamentum ve[re pr]ædicādi procedere per intellectū, nō per volūtatē. [E]x dictis pat. prædicationes hac in materia appa[ren]ter contradictorias verificari, non ratione distin[cti]onis ex natura rei inter intellectum & volunta[tem,] sed ratione distinctionis realis & diversitatis es[sent]ialis inter productionem Verbi & productionem [Spir]itus sancti, quæ in hujsmodi prædicationibus [sem]per aliquo modo importantur directe vel indi[rect]è connotative ut patet ex dictis n. 28. not. 7.

Product. filij est generatio, quia est per vim intelligendi qua talem.

Hæc per se respicit Deitatem ut est voluntas, illa ut est intellectus. Ratione istius diversitatis hic salvantur varia contradictoria.

[3]1. Attributa divina distinguuntur inter se & ab [essen]tia virtualiter, saltem hoc sensu; quod entitas di[vin]a quamvis in se simplicissima pluribus tamen [crea]turarum perfectionibus realiter distinctis æqui[vale]at, in ordine ad diversos effectus & conceptus, [quib]us potest concipi inadæquate saltem quoad [con]notata extrinseca. Hanc distinctionē agnoscunt ... aliique PP. ac DD. quando dicunt *memori[am,] voluntatem, & intellectum non esse aliud*

Attributa distinguuntur virtualiter hoc est æquivaleter in ordine ad extrinseca.

Quia sunt unum, quod omnia valet.

& aliud sicut in nobis, sed unum aliquid quod omnia valet.

Non tamen virtualiter cum præcisione objectiva.

Verum hæc non tam est distinctio, quam distinctionis rationis fundamentum. An præter hanc detur alia distinctio virtualis fundativa præcisionum seu formalitatum objectivarum, ratione quorum Deus possit inadæquate concipi quoad intrinseca, minus certum est: recentiores passim & probabilius eam rejiciunt. 1. quia non videtur differre à formali scotistica sup. n. 24. rejecta. 2. quia æque repugnat idem esse, & non esse objective in mente, quam esse & non esse à parte rei; primum tamen esset admittendum, si posset unum & idem indivisibiliter inadequate concipi, seu concipi, & non concipi quoad intrinseca. Sed hoc Metaphysicis discutiendum relinquimus.

Distinguuntur ratione ratiocinata.

32. Attributa Distinguuntur ratione, cum diversis conceptibus representententur ut distincta in actu exercito: nec solum ratione ratiocinante, sed etiam ratiocinata, cum differant secundum rationes objectivas, saltem ex parte connotatorum Deo extrinsecorum, diversas, aliter atque aliter definibiles. Hæc distinctio fundatur partim in eminentia divinæ entitatis, virtualiter multiplicis, partim in limitatione nostri intellectus, uno actu non valentis adæquare totam divinæ essentiæ perfectionem, & in medio, quo divina cognoscimus per analogiam ad creaturas, & per species ab illis acceptas.

Deus illa non distinguit.

Hinc licet Deus cognoscat distinctionem suorum attributorum virtualem in re, & formalem in nostro intellectu, ea tamen non distinguit ratione, cum uno actu simplicissimo omnia compræhendat, ut in se sunt, per modum unius perfectionis simplicis, sic ut illa tanquam diversa extrema inter se non comparet sive pluribus actibus, sive uno virtualiter multiplici, cum varia inadæquatione & confusione illa repræsentando, ut opus est ad distinctionem rationis.

Licet videat filium procedere per intellectum.

Itaque videt Filium procedere per intellectum, & non per voluntatem, quatenus videt illum procedere per modum verbi, & non per modum amoris, sic tamen ut inter intellectum & voluntatem nihil distin-

iſtinguat, ſed perfectionem utriuſque, ſicut de fa-
to eſt, repreſentet ut unam, quam neque intelle-
tum, neque voluntatem nominat, ſed aliquo nomi-
e utriuſque perfectionem continente, quod cum ſit
ſiſſimum Dei verbum, in via ſcire non poſſu-
nus.

Beati attributa, quæ intuentur, ratione non diſtin- ıunt per viſionem, qua vident Deum ut in ſe eſt, la tamen diſtinguere poſſunt per actus à viſione ſtinctos, immo, & aliquo modo ſed minus proprie, er viſionem, quæ cum non ſit comprehenſiva, dici oteſt præſcindere, & diſtinguere, ſaltem negative, erfectiones ſeu rationes partiales attributorum vi- s à non viſis.

Neque Beati per viſionem.

Dices Deus videt noſtros actus præſcindentes ejus tributa, er. nova præciſione reflexa illa præſcin- t, ſicut videns noſtram cognitionem de ſe, nova gnitione ſeipſum cognoſcit nempe in alio. ergo tinguit ratione. Reſpondeo neg. ſequel. quia quam. ; Deus videns noſtros actus præſcindentes in illis irecte cognoſcat ſua attributa ut præciſa, ut ra- ne diſtincta, & ut cognita inadæquate ac imper- te in actu ſignato; illa tamen non cognoſcit ut eciſa &c. in actu exercito hoc eſt exercendo co- itionem eorum præciſivam, diſtinguentem, in- equatam & imperfectam, ſimiliter cognoſcit noſ- s diſcurſus, noſtras opiniones & dubitationes de exiſtentia; non tamen de illa diſcurrendo, opi- ndo, dubitando, iſti enim modi imperfecte co- oſcendi repugnant ejus intellectui infinite perfec- cujus actus ſimpliciſſimus eſt quidem virtualiter ltiplex, noſtriſque omnibus cognitionibus æqui- ens; ſed ſecluſis eorum imperfectionibus, quales t repræſentare cum obſcuritate, incertitudine, dæquatione &c. Vnde attributorum præciſio & ınctio rationis eſt quidem in divino intellectu ective at non ſubjective.

Deus cognoſcit noſtras præciſiones non Præſcindendo.

Vnde diſtinctio rationis eſt in divino intellectu objectivè, non ſubjectivè, Sicut dubitatio.

. Attributa abſoluta includuntur formaliter in ıtia divina ſumpta complete, pat. ex dictis n. 21. tamen in eſſentia ſumpta incomplete ex dictis :. & ex Cyril. Alex. l. 11. Theſau. ſic loquente:

Attributa includuntur in eſſentiâ completè ſumpta.

Non omnia er. qua in Deo sunt & de Deo dicuntur substantiam significant reliquum est igitur, ut voce modoque dicendi accidentia, esse dicamus, quoniam modo accidentium, ea intelligimus. Hinc essentia divina complete sumpta, est actus purus in omni genere; sumpta verò incomplete solum in genere naturæ, quatenus primarias dumtaxat perfectiones, quæ à nobis concipiuntur ut substantiales & radicales continet formaliter, secundarias verò, quæ ex nostro modo concipiendi habent se ut proprietates solum radicaliter, neque propterea à nobis concipitur proprie ut perfectibilis, cùm non repræsentetur signanter ut carens perfectionibus secundariis à quibus præscinditur, sed ut illas necessariò sibi realiter identificans.

Hinc essentia complete est actus purus in omni genere.

34. Sunt itaque attributa in Deo extra conceptum essentiæ, & ut sic possunt dici accidentia, non quidem simpliciter, sed cum hoc aut simili addito, *secundum rationem, vel methaphysicè;* neque tamen dici potest Deus accidentaliter sanctus, Iustus &c. ne videatur dici sanctus contingenter, aut per aliquid superadditum.

Attributa sunt accidentia secundum quid.

Attributa prout substant suis propriis conceptibus non includunt se mutuo essentialiter seu formaliter, pat. quia cùm distinguantur ratione ratiocinata habent diversas rationes objectivas ad talem distinctionem requisitas. Adeoque non includunt se mutuo essentialiter: Alioqui enim non differrent rationibus objectiuis; nam sapientia v.g. includeret essentialiter quidquid dicit bonitas & contra à fortiori attributa non includunt formaliter essentiam.

Non includunt se formaliter neque essentiam.

Distinguuntur inter se accidentaliter hoc sensu quod distinctio rationis, qua sola distinguuntur formaliter, fit ipsis accidentalis, eis enim accidit præcisive concipi; etiam distinguuntur essentialiter hoc sensu, quòd ipsis ut præcisè conceptis diversa conveniant prædicata essentialia & definitiones diversæ. Sunt entia rationis si concipiantur ut distincta in actu signato, secus si solum concipiantur ut distincta in actu exercito, sic ut distinctio teneat se ex parte modi concipiendi, non ex parte objecti repræsentati-

Distinguuntur accidentaliter & essentialiter.

Ex dictis potest Deus juxta nostrum imperfe-
.im concipiendi modum definiri *,substantia à se*, &
nsequenter absque ulla suæ immensitatis & infi-
:æ majestatis injuria poni in prædicamento. Inep-
fime igitur quidam Philosophus Duaci dixit me-
:i illos, qui Deum prædicamento includunt, cum
is scriptis incendio cremari.

Deus est substantia à se.

§. III.

Dei Attributa in particulari.

DEVS est infinitus, immensus, immutabilis, æternus, unus, est de fide tum ex Symb. A-
an. tum ex scrip. Deo eadem tribuente. Psalm. 144.
ıgnitudinis ejus non est finis 3. Reg. 8. *Cæli cælo-
n te non capiunt*. Malach. 3. *Ego Dominus & non
ıtor*. Psal. 101. *anni tui non deficient*. Marc. 12. *u-
r est Deus*.

Est infinitus æternus unus &c.

Infinitas Dei non consistit formaliter in Aseitate,
m ex illa inferatur velut a priori, sed in eo quòd
:us habeat essentiam tantæ eminentiæ, ut careat
mino perfectionis in omni genere; adeoque vi
oprii modi essendi omnem perfectionem possibi-
n includat vel formaliter, si sit simpliciter sim-
:x, vel eminenter si quid admixtum habeat im-
fectionis, aut repugnantiæ cum majori perfectio-
sic ut merito dicatur Deus a Plotino apud Les.
lum entium, omnia entia. Infinitas solum est spe-
le attributum prout cadit in essentiam, & qui-
n ab ea solum ratione ratiocinante distinctum,
ı verò prout cadit in singula attributa, sic enim est
ıscendens. Quamvis sit attributum negativum
oad vocem & modum significandi: quoad rem ta-
n est positivum, non solum fundamentaliter, sed
ım formaliter; cum constituatur per negationem
nini adeoque per negationem negationis ulterio-
perfectionis, quæ necessario importat aliquid po-
vum.

Infinitas est positiva perfectio sine termino in omni genere.

Ab essentia differt ratione ratiocinante.

6. Immensitas divina est perfectio absoluta æ-
valens omnibus ubicationibus possibilibus, per
.m Deus formalissime actuatur & ultimate deter-
ıatur ad coexistendum quibuslibet spatiis possi-
bus, sicut absque sui mutatione etiam infinitis

Immensitas est perfectio æquivalens omnibus ubicationibus possibilibus.

coexisteret si darentur: per hanc Deus non solum est in omni loco reali, sed etiam extra mundum in infinitum diffusus, quod patet ex PP. Athan. Aug. aliisque apud Gill. Recup. & alios expresse docentibus Deum esse *ubique & extra omnia*, vel ut loquitur Damasc. 1. de fide C. 16. *esse totum in omnibus & totum super omnia*.

Immutabilitas Dei fundatur in ejus actualitate.

Immutabilitas Divina est perfectio, vi cujus Deo repugnat perfectionem de nouo acquirere, aut prius habitam deperdere. Fundatur in summa ejus actualitate, simplicitate & essentiali infinitate in omni genere. Hinc generatio in diuinis non est mutatio, cùm enim sit æterna & necessaria, nullo modo est transitus à non esse ad esse.

Æternitas Dei est duratio ejus vitæ carens principio, fine & omni successione.

37. Æternitas Divina rectè definitur ex Boet. lib. 5. de Consol. Phil. prosa 6. I*nterminabilis vita tota simul & perfecta possessio*, id est, Æternitas est duratio existentiæ Dei, quæ est essentialiter vita semper in actu intelligendi & volendi. Dicitur *vita* potiùs quam existentiæ, quia in Viuentibus durare est vivere, sicut desinere est mori. I*nterminabilis* id est, essentialiter carens fine & principio. *Tota simul*, id est absque omni successione sui & existentiæ aut vitæ divinæ, secundum partes priores & posteriores. *Perfecta*, id est, independens ab alio & omninò indefectibilis.

Hæc definitio non est formalis, sed causalis, & quasi per subjectum; sicut cùm simitas definitur Curvitas nasi quò non sit formalis pat. quia Æternitas non est formaliter vita Dei ejusve interminabilis Possessio, sed eam formaliter facit interminabilem & totam simul possideri, secundùm actualitatem omnem possibilem, qua ratione eam possidere non potest creatura, cum successivè alios atque alios vitæ actus exerceat.

Est in Deo unicū nunc semper stās.

Hinc primò in Deo non est præteritum & futurū, sed unicum nunc semper stans, ut rectè explicat Aug. in Ps. 101. unde Pater ęternus semper verè dicit Filio, *ego hodie Genui te*, quia nempe Filii generatio mensuratur æternitate nunc tota simul existente.

Tēpus prin-

Secundò si daretur tempus infinitum à parte ante

& à

: à parte post non esset proprie æternitas; quia non esset totum simul, sed cum successione secundum rius & posterius; nec proprie interminabile, sed interminatũ, quia eius ẽtitati nõ repugnaret terminari

cipio & fine carẽs non est æternitas strictè.

Tertiò Æternitas strictè non potest esse alterius uam Dei: ac proinde Angelus durans ab Æterno in æternum, & quidem duratione permanente on esset proprie æternus quia ista duratio non conniret ipsi essentialiter, independenter ab alio, & defectibiliter.

Quartò interminabilitas hic est modus essendi invisibiliter æquivalens infinitæ durationi successi-:, vi cujus res æterna formaliter determinatur ad existendum omni tempori creato & creabili. Vnnon est quid negativum quoad rem sed solum ioad vocem:

Quintò Deus jam non plus duravit quam à mille nis, sed jam plus temporis cum eo duravit, dicitur »inde Deus fuisse & fore, sed improprie, ratione existentiæ cum tempore, quæ ex parte temporis successiva.

38. Vnitas Deo propria seu unicitas est essentialis livisibilitas in plura individua deitatis. Licet forliter dicat negationem multitudinis deorum, funnentaliter tamen importat perfectionem positin, vi cujus naturæ divinæ repugnat multiplicari.

Deum esse unicum fide constat & ratione:

Deum esse unum est de fide ex script. Deut. 6. *Deus er, Deus unus est*. Psal. 85. *tu es Dominus, Deus solus*. rc. 12. *Vnus est Deus & non est aliuss præter eum*. Et reden onstratur hoc modo: si essent plures Dei . duo singuli essent omnipotentes & perfecte lii; cùm omnipotentia & perfecta libertas sit perio simpliciter necessariò conveniens Deo, & non nt omnipotentes & perfecte liberi; quia unus posset independenter ab altero efficaciter velle esse illud, quod alter pro eodem instanti efficar velle esse Alioqui enim idem deberet simul & non esse, quod repugnat. Igitur non essent nipotentes & perfecte liberi, circa cujusvis reatæ existentiam, adeoque essent & non essent

Si essent plures, omnipotentia unius everteret omnipotentiã alteriùs; uti essentialis conformitas voluntatis.

Nec

Nec satisfit solum admittendo plures Deos cum essentiali conformitate voluntatum; ejusmodi enim conformitas everteret in singulis libertatem perfectam & expeditam ab omni necessitate, præterquam quod intelligi nequeat, quomodo duæ causæ liberæ non subordinatæ (ut subordinantur habitus & potentia, causa 1. & 2.) possint necessitari aut determinari ad idem simul natura liberè volendum. Verum quidem est quod in concursu simultaneo causa secunda determinat primam, sed hæc in eo non est libera libertate immediata. Hinc rectè Athan. orat. cont. idola sub finem ait. *Multitudo numinum, nullitas numinum*. Hanc veritatem præclarè declarat S. Edmundus Cantuar. in speculo Ecclesiæ ubi ait: *nam si duo dij essent, ex hoc sequeretur necessario quod ambo dij essent superflui & diminuti simul & semel; nam primus foret superfluus, quia secundus sufficeret, per eandem rationem esset secundus superfluus, cùm primus esset solus sufficiens.* Adeoque neuter esset ens necessarium sine quo nihil possit esse [quod tamen est de essentia Dei] quia per unicum haberi possent omnia ad creaturas ejusque beatitudinem pertinentia; alioqui non esset Deus.

Si duo essent dij ambo essent superflui.

Neque his obstat, quod in Deo inveniatur pluralitas personarum realiter ab invicem distinctarum. Adeoque enti Divino & infinito ut sic non repugnet multiplicabilitas; & si enim hoc admitti possit & debeat in perfectionibus relativis, in quibus necessariò invenitur oppositio producentis ad productum participantem eandem cum producente voluntatem & naturam, ratione cujus tam producens quàm productum est verè ens à se; in absolutis tamen (quales essent plures naturæ diuinæ) hoc dici non potest, cùm inter illas esse non possit ejusmodi oppositio fundativa distinctionis: alioqui enim deberet unus Deus ab altero etiam secùndum naturam produci & ita nihil haberet ratione cujus diceretur ens à se, sed esset simpliciter ens ab alio, quod Deo repugnat: adde quòd si argumentum à pluralitàte personarum hic valeret, etiam probaret posse

Diuinæ perfectiones relativæ possunt realiter multiplicari secus absoluta.

dari

i plura individua Deitatis quorum unum esset
›ducens, aliud productum.

Dices: enti divino in quo reperitur relativa op-
ſitio non repugnat, sed necessariò convenit realis
:inctio, ut patet in personis; atqui inter plures
os, si darentur, reperiretur relativa oppositio di-
ıcti ad distinctum ergo, &c.

Enti divinò absoluto nequit convenire distinctio ratione limitationis nec ratione productionis.

R. N. Mi.& dico, quod in ista hypothesi esset
non esset distinctio inter Deos, esset; quia ut
›ponitur essent plures, & non esset, quia distinctio
ı potest oriri, nisi vel ex limitatione & defectu,
quem supplendum datur in Creaturis ex se defe-
bilibus multiplicitas individuorum; vel ex relati-
oppositione: atqui in Deo non potest esse ulla
ıitatio, ratione infinitatis; neque quoad natu-
n relativa oppositio producentis ad productum
avè, quæ sit prior distinctione reali. erg. &c. In
e finito melior est pluralitas quam unitas: secus
:nte infinito & illimitato, ut rectè Ansel. in mo-
log. Cap. 14.

Demonstrationes de unitate Dei sunt partim à
ori, secundùm nostrum concipiendi modum, ut
æ petuntur ab infinita Dei perfectione; partim
osteriori; ut quæ fiunt ab unitate & gubernatione
ındi. Sufficiunt ad convincendos non protervos;
ı tamen ad convincendum quemlibet etiam sen-
perverso obstinatum aut voluptatibus excæca-
n quales fuerunt varii æthnici etiam ingenio
editi & naturali philosophia exculti, qui poli-
ismum admiserunt. Hoc forte solùm volue-
ıt Occam, Bassol. & alii, qui contra communem
serunt Dei unitatem esse indemonstrabilem.

Demonstratio unitatis Dei convincit non protervos.

Scripturæ & demonstrationes à Nobis allatæ
n probant Deum esse unum unitate Transcen-
ıtali, quæ convenit omni enti; sed unitate, hoc
esse unicum.

CA-

CAPUT II.

Dei Visio, ejus Principia objectum directum & indirectum.

§. I.

Possibilitas & Existentia Visionis Dei.

Visio Dei communicatur intellectui creato.

39 INTELLECTVI creato possibilis est clara Dei visio ut in se est, & de facto existit in Beatis. Ita omnes Catholici, est de fide contra Armenos & quosdam græcos volentes Deum non videri immediatè in se, sed in quadam similitudine seu luce aut theophania. Ex Conc. Vien. relato Clement. ad nostrum *de haret.* & Flor. ses. ult. definiente animas discedētes in gratia & plenè purgatas intueri ipsum Deum unum & Trinum sicut in se est. Idem evincunt scripturæ Mat. 18. *Angeli in Cœlis semper vident faciem Patris mei* 1. Cor. 13. *videmus nunc per speculum & in ænigmate: tunc autem facie ad faciem* 1. Ioan. 3. *cùm apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est*. Quæ & similes scripturæ possunt, adeoque juxta regulam Aug. lib. 3 cap. 10. de doctrina Christiana debent intelligi in sensu proprio de visione intuitiva, ut intellexit Aug. Epist. 112. cap. 5. ubi dicit: *scimus posse Deum videri, quoniam scriptum, est beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt, an forte non debuit dicere scimus, sed credimus, quia scriptum est in scriptura cui credimus*. Idem docent Athan. Dionys. Nazian. Basil. aliique PP. apud Suar. Vasq. Recupit &c. idem denique ratio, non quidem demonstrat, cùm sit omnino supernaturale cum nullo naturali nobis noto habens necessariam connexionem; sed, supposita fide, efficaciter probat & confirmat: quia intellectus creatus potest naturaliter cognoscere Deum abstractivè, vt constat experientia, adeoque Deus continetur intra latitudinem ejus objecti. Vnde lumine supernaturali confortatus potest illum cognoscere intuitivè, cùm nulla in eo appareat repugnantia etsi enim inter intellectum creatum finitum & divinam essentiam infinitam, nulla sit proportio in ratio-

Est de fide ex script. cc. & PP.

Deus etiam ut clarè visibilis est intra objectum naturale intellectus creati, non tamen intra vires naturales.

ione entis : est tamen sufficiens proportio in ra-
ne potentiæ & objecti cognoscibilis; quia divina
ntia continetur sub objecto specificativo intel-
us creati, quod est verum; alioqui enim nullo
do attingi posset ab intellectu creato ne quidem
tractive. Sicut à visu corporeo nullo modo attin-
otest sonus aut spiritus naturaliter, adeoque nec
ernaturaliter quia: cùm non contineantur intra
s objectum, ad illorum visionem non habent vir-
em inchoatam, quæ auxilio supernaturali com-
ri possit, sicut habet intellectus ad visionem Dei,
proinde etiam ut clarè visibilis, continetur intra
objectum naturale. licet non intra vires ejus
urales, ob nimiam visibilitatis excellentiam.

Intellectus creatus est proportionatus Deo in ratione potentiæ & objecti illum abstractive cognoscit vi naturali, ad intuitionem elevabili.

Iæc probatio non continet petitionem Princi-
, quia etsi quoad rem omninò idem sit, Deum
e videri ab intellectu creato, & esse ei proportio-
um in ratione objecti cognoscibilis: non est ta-
omnino idem quoad modum concipiendi. De-
, hoc quod est esse proportionatum in ratione
ecti, non assumitur gratis, sed probatur ex eo
d Deus possit ab intellectu creato cognosci na-
liter, saltem abstractive.

o Neque hinc sequitur visionem fore simplici-
nfinitam ratione objecti specificantis simplici-
infiniti: quia, cùm suum objectum non attingat
nfinitum exercitè, infinitas ejus perfectiones
prehendendo; non est adæquata ejus intelligi-
tati, sed ab ea infinite distans; ac proinde ab eo
specificatur infinite secundum omnes ejus per-
iones, sed finite, juxta modum, quo limitatè at-
itur.

Dei visio attingit, eius infinitatem, signate, & finite.

atemur quidem Dei visionem excedere quoad
ectionem, infinitas visiones objectorum creato-
perfectiorum ac perfectiorum, & etiam perfe-
res ac perfectiores in infinitum; sed inde non se-
ur esse infinitam, quia illas non excedit divisibi-
id est per gradus perfectionis, saltem virtualiter
inctos respondentes singulis gradibus perfectio-
isionū quas excedit; sed indiuisibiliter, per hoc
d habeat perfectionē superioris ordinis, indivisi-
bili-

Excedit visiones perfectiores in infinitum indivisibiliter.

biliter excedentem, qualiter Angelus excedit species possibiles entium materialium perfectiores ac perfectiores in infinitum. Ideò autem creata Dei visio, solum indivisibiliter excedit visiones inferiores perfectiores in infinitum, non verò divisibiliter, ut illas excedit increata Dei visio: quia cum earum objecta non percipiat, earum perfectiones non continet formaliter aut per æquivalentiam formalem, hoc est præstando modo nobiliori earum effectum formalem; sed tantùm eminenter, quatenus, ex sua ratione specifica, indivisibiliter sumpta est, illis nobilior.

Crescente objecto, crescit visio cum certa proportione, quando est adæquata ejus cognoscibilitati alias non.

1. Dices crescente objecto in perfectione, etiam crescit ejus visio: ergo crescente in infinitum, visio crescit in infinitum. ergo &c. R. n. seq. primò quia crescente objecto, non crescit visionis perfectio secundum proportionem arithmeticam, sed secundum geometricam. Secundo & melius, quia crescente objecto non crescit perfectio visionis cum certa proportione quasi quantitativa sive arithmetica sive geometrica, sed solum cum proportione habitudinis unius ad aliud sive certa sive incerta: argumentum enim perfectionis in visione, tunc solùm fit cum certa proportione ad argumentum perfectionis in objecto, quando cognitio est adæquata cognoscibilitati objecti: non verò quando est illi infinite inadæquata ut hic contingit.

In idem redit quod alii dicunt, ex ejusmodi calculatione solum valere argumentum, quando argumentum fit univoce in eadem forma, secundum intensionem vel extensionem quantitativam: non autem quando fit transitus ad formam superioris ordinis, ratione suæ perfectionis entitativæ indivisibiliter formas inferioris ordinis excedentem.

Deus videri nequit per similitudinem objectivam, cui repugnat continere Deum ut in se est.

41. Deus videri nequit per similitudinem objectivam, seu per medium in quo, id est quod priùs cognitum, ducat in cognitionem Dei ut in se est. Ita S. Th. hic q. 2. a. 2. ratio est, quod nulla similitudo objectiva possit ut medium prius cognitum, repræsentare objectum ut in se est, nisi contineat illud ut in se est, saltem secundum perfectiones, quas de eo

repræ-

præsentat, ut patet in imagine Cæsaris, ejus colo-
n, quantitatem, & figuram continente, ut in ipso
nt; nulla autem similitudo potest continere Dei
entiam ut in se est er. &c. similitudo de qua hic di-
:ur objectiva, quia ut ducat in cognitionem alte-
ıs debet prius cognosci & subire rationem objecti
Th. hic q. 12. ar. 20. etiam lumen gloriæ vocat si-
litudinem, quam dicit requiri ex parte potentiæ
videndum Deum.

42. Deus videri potest & de facto videtur per si-
litudinem formalem seu speciem expressam, quæ
qualitas vitalis suum objectum formaliter repre-
ıtans, & apellatur verbum mentis ita Bonavent.
car. Duran. Pesan. Suar. Vasq. contra Amic. Ca-
. Ban. Syl. & alios Thomistas docentes operatio-
n mentis, in qua consistit visio, non habere ter-
num à se productum, qui sit Verbum; sed im-
diate terminari ad Divinam essentiam contra
os.

Videtur per formalem seu expressam.

Prob. primò ex P P. Aug. lib. 14. de Trin. c. 17. *in*
quippe imagine (id est anima) *tunc perfecta erit*
similitudo quando perfecta erit visio lib. 15. c. 16.
similes ei erimus, quando videbimus eum sicuti
, tunc Verbum nostrum non erit falsum, quia neque
ıtiemur, neque fallemur. Et serm. 20. de sanctis:
bum esse definiunt ipsam cognitionem, qua adhuc
a conscientia secreta retinetur. Quibus verbis ge-
aliter docet ipsam cognitionem esse verbum,
od nempe intelligens concipit, & quo sibi exerci-
icit objectum, seu formaliter reddit sibi notum
. de Tri. c. 11. *cum se mens ipsa novit, est eadem no-*
a verbum mentis, Damasc. l. 1. de fide c. 18. *sermo*
naturalis mentis agnitio, qua, movetur, intelligi-
ac consideratur, Ansel. in monolog. c. 31. ubi uni-
saliter docet: cogitationem cuiusque rei esse ima-
em objecti & verbum ejus ibid. addit: *nulla ratione*
ari potest, cùm mens rationalis seipsam cogitando
lligit, imaginem ipsius mentis in sua cogitatio-
formari, imò ipsam cogitationem sui esse imagi-
, ad suam similitudinem tanquam ex ejus im-
sione formatam.

Quæ est verbum mentis, quod in visione beata admittunt Aug. Damasc. Ansel.

Et D. Th. generaliter in omni intellectione.

2. Ex S. Th. hic Quæst. 27. art. 1. O. *quicumque intelligit, ex hoc ipso quòd intelligit procedit aliquid intra ipsum, quod est conceptio rei intellectæ & dicitur verbum cordis significatum verbo oris*; ubi, vt vides, generalem tradit doctrinam de omni intellectione, idque ex formali ratione intellectionis ut sic: inde enim infert etiam in divinis, dari processionem Verbi; quæ illatio nulla esset, si daretur aliqua intellectio, nempe Dei visio, sinè productione verbi. Idem docet qu. 4. de Verit. Artic. 2. O. *Verbum intellectus nostri est id ad quod operatio intellectus nostri terminatur, quod dicitur conceptio intellectus; & hoc universaliter verum est de omni eo quod à nobis intelligitur sive per essentiam intelligatur, sive per similitudinem; ipsa enim conceptio est effectus actus* (id est actionis) *intelligendi, unde etiam quando mens intelligit seipsam eius conceptio non est ipsa mens, sed aliquid expressum à notitia mentis*. Ex quibus aliisque pluribus apud Fasol. fatentur Capreol. Ferrar. Sotus, nostram conclusionem sustineri posse in doctrina sancti Thomæ.

Inde Infere est, etiam dari in divinis.

Capr. Ferr. & Sot. fatentur S. Th. nobis favere.

3. Ratione: quia verbum mentis seu species expressa est quod procedit ab intellectu ut signum se ipso formaliter manifestativum alterius: at visio Dei est tale signum; cum, juxta omnes, realiter procedat ab intellectu per modum manifestationis seu rationis illum formaliter reddentis videntem.

Verbum procedet ab intellectu ut signio seipso manifestativum objecti qualiter procedit visio Dei, qua videns mouetur à se.

Adde quod videre Deum sit vivere, seu moveri ab intrinseco, adeòque aliquid producere, quod non potest esse mera actio de prædicamento actionis, cùm actio sit essentialiter alicujus fitio seu fieri alicujus termini, quod non potest esse sine termino.

43. Dices primo S. Th. hic q. 12. a. 2. O ait: *per nullam similitudinem creatam Dei essentia videri potest*. R. intelligendum esse de similitudine objectiva seu Theophania, à quibusdam Græcis erroneè asserta; cum subjungat: *Vnde dicere Deum per similitudinem videri; est dicere divinam essentiam non videri; quod erroneum est*: quæ constat non posse intelligi de similitudine expressa, cùm eam admittere, non sit, nec unquam fuerit erroneum. Etiam de similitudine obie-

S. Th. negat cum Dionys. similitudinē Dei objectivam.

objectiva intelligendum est illud quod ibidem assumit ex Dionys. *nulla similitudo inferioris ordinis, potest repræsentare sicut in se est, rem superioris ordinis.*

Essentia Dei videtur seipsa immediatè ut quod, & ut quod in actu primo, non actu secundo.

Dices 2. S. Th. 3. contra gent. c. 51. *dicit: essentia est & quod videtur. R. quo videtur* idest quo redditur intelligibilis seu visibilis, sit ut non sit opus specie impressa: n. unde, ut rectè Ferar. S. Th. ibi solum rejicit speciem impressam.

Dices 3. inde sequi Deum à Beatis non videri immediatè. R. N. sequel. quia species expressa non est medium in quo, sed tantum quo, seu ratio formalis videndi; ac proinde inter intellectum videntem & Deum visum, nihil prorsus mediat, quod per modum objecti prius cogniti ducat in cognitionem Dei.

Species expressa est mediū quo, non in quo, & juxta S. Th. intellecta ut quo.

Quare cùm S. Th. 4. cont. Gent. c. 11. dicit. *intellectionem intellectam esse id quod intellectus concipit de re intellecta*, & infra, *esse similitudinem conceptam*; solùm vult speciem expressam esse intellectam aut conceptam ut quo, seu esse intelligendo & concipiendo productam, non verò esse intellectam ut quod, cùm ibid. subjungat intellectionem intellectam tunc solum intelligi, nempe ut quod, *dum intellectus super suum opus reflectitur*. Cùm verò Q. 8. de pot. a. 1. dicit verbum esse terminum intellectionis; sumit intellectionem incomplete seu præcise pro ipsa productione termini vitalis; qualiter terminatur ad verbum, non ut ad objectum repræsentatum, sed ut ad terminum productum; cùm constet visionem Dei sumptam complete prout etiam dicit terminum vitaliter productum, immediate terminari ad solum Deum, ut ad objectum repræsentatum.

Verbum est terminus intellectionis sumptæ pro actione.

44 Dices 4. non omnis intellectio habet pro termino verbum; cum in Divinis Filius & Spiritus Sanctus intelligant, nec tamen verbum producant, R. neg. as. dicet enim intellectio divina non sit productio verbi prout est in Filio & Spiritu Sancto: est tamen necessario illius productiva prout est in Patre, & quidem tanquam termini ita adæquati, ut quatenus in posteriori originis existit in aliis personis, non possit ulterius verbum producere.

Intellectio divina ut est in Patre, habet pro termino Verbū.

Pater non producit verbum ut intelligat, sicut nos,

Non tamen ut eo pater intelligat.

nos, sed quia intelligit intellectione essentiali, improducta, & 3. personis communi: unde hic nullam vim habent argumenta ab actu intelligendi in divinis, ad actum intelligendi in nobis, quibus intelligere est aliquid acccidentale distinctum ab intelligente, quod proinde haberi nequit sine reali productione.

Angelus intuens Dei visionem in mente Beati Deum cognoscit abstractivè.

Angelus non potest naturaliter videre Dei visionem in beatorum mente existentem, cùm sit maximè supernaturalis: potest supernaturaliter, eamque sic videns, in ea cognoscit Deum abstractive, non intuitive; quia cum non sit perfecta similitudo objectiva Dei, illum nō repræsentat ut in se est intellectui ipsam videnti, sed eā in se ipso vitaliter producenti.

Deus potest videri per speciem impressam latè.

45. Non repugnat Deum videri per similitudinem virtualem, seu speciem impressam, id est per qualitatem, quæ sit repræsentativa Dei in actu primo & per se ordinata ad concurrendum loco illius, potentis quidem, sed pro sua libertate, nolentis se ipso immediate per modum species concurrere: quæ proinde qualitas sit species impressa, non quidem sumpta strictè pro virtute vicaria objecti ea indigentis, eique connaturaliter debita (quales dantur species respectu objectorum creatorum de se improportionatorum, vel defectu præsentiæ insufficientium ad sui visionem immediate per se ipsa objective causandam) sed late pro virtute vicaria objecti, abstrahendo ab ejus indigentia vel sufficientia. Hāc conclusionem tenent Richar. Valent. Suar. Fasol. VeK. Ariag. Contra Cajet. Ban. aliosque Thomistas, quos sequuntur, Granad. Tan. Amic. Recupit.

Quia potest objectione ad sui visionem movere etiam per aliquid sui vicarium.

46. Probatur quia ejusmodi species nullam in Deo imperfectionem arguit, sed potius abundantiam perfectionis: quod enim casu libera per aliquid sui vicarium libere possit facere, quod æque commode, aut etiam connaturalius potest per se, argumentum est perfectionis, nulla igitur ratio adferri potest, cur Deus non possit objectiue ad sui visionem movere, non solum per se, sed etiam, si ita velit, per speciem sui vicariam, cohibendo concursum objectivum immediatum suæ essentiæ [quem hic sup-

ppono esse effectivum) sicut, quamvis habeat es-
ntialiter esse hic per suam immensitatem, & esse
nc per suam æternitatem, potest nihilominus si-
ul ista habere accidentaliter & extrinsece per ubi-
tionem, & durationem naturæ assumptæ; qua ra-
one (supposita infiniti possibilitate) posset consti-
i immensus & æternus accidentaliter & extrinsece
r unionem cum substantia creata immensa & æ-
na.

Sicut potest accidentaliter esse hic per vbi naturæ assumpta.

Confirmatur quia quamvis Deus sit essentialiter
intrinsece creativus seu per se potens creare, simul
men reddi potest creativus accidentaliter & ex-
nsece per quamvis creaturam, ut instrumentum
edientiale; imo & per virtutem creatam, quæ ex
tura sua sit instrumentum Dei ad creandum: ergo
militer potest per speciem sui vicariam accidenta-
er & extrinsece reddi intelligibilis motive seu po-
s mouere, & de facto mouere ad sui visionem.

Et reddi extrinsece creativus per creaturam elevabilem ad creandū, ergo etiam extrinsece intelligibilis motive, licet nō terminative.

Non potest tamen per aliquid à se distinctum red-
intelligibilis terminative, 1. quia esse intelligibi-
n seu visibilem terminative est posse videri, vide-
autem est formaliter terminare visionem: unde
ut res non potest videri in se per aliquid distin-
m à se, ita nec esse terminative intelligibilis in
per aliquid distinctum à se. 2. Quia intelligibili-
terminativa est passio entis quæ proinde non ma-
potest convenire ulli rei per aliquid ab ea distin-
m quam ipsa ratio entis. Intelligibilitas verò
tiva non est passio entis, cum intelligibilia creata
sui intellectionem intellectum creatum, saltem
nanum, non moveant seipsis, sed per species, in-
atum verò nullo modo moveant.

7. Licet ejusmodi species impressa foret repræ-
tativa Divinæ essentiæ ut in se est, non propte-
esset infinita aut ejusdem ordinis, modi essendi
nmaterialitatis cum Deo, saltem, in essendo, sed
m in repræsentando. Quod pat. ex ipsa visione,
non est similis Deo entitative, sed solum repræ-
ative, licet ipsum formaliter repræsentet ut in
st, & quidem perfectius quam species im-
ssa.

Talis species esset similis Deo repræsentatione sicut visio.

Præsupponeret intelligibilitatem essentialem, non accidentalem.

Neque etiam præsupponeret effectum formalem, ad quem essentialiter & ex natura sua ordinatur (quo argumento non nulli ejus impossibilitatem demonstrare conantur) alia enim est intelligibilitas, quam Deus ex se habet, & alia quam ab ea specie acciperet. Prior est essentialis & Deo intrinseca posterior est extrinseca & accidentalis: nihil est autem absurdi aut repugnantiæ in eo quod Deus essentialiter summè intelligibilis, fiat accidentaliter & extrincese intelligibilis per aliquid à se distinctum à quo non accipiat eandem intelligibilitatem, quam ex se habet, sed aliam. Patet ex dictis n. 46.

Esse sapientem est quod vitale adeoque ab intrinseco: sicut esse intelligibilem.

Dices 1. Deus non potest fieri accidentaliter sapiens per sapientiam sibi extrinsecam, a se realiter distinctam &c. nec intelligibilis per speciem impressam, seu per intelligibilitatem sibi extrinsecam.

R. N. seq. disparitas est. Quod esse sapientem sapientia semper in actu, ut est Deus, sit denominatio vitalis, ac proinde necessario sit à forma intrinseca; non per inhærentiam, ejus simplicitati & rationi actus puri repugnantem, sed per identitatem. Similiter, homo non potest accidentaliter reddi animal rationale per aliquid sibi superadditum; quia ista prædicata, ex suo conceptu, dicunt vitam primam substantialem, sensitivam & rationalem, in quibus sita est hominis essentia, quam constat non posse haberi formaliter per aliquid à se distinctum.

S. Th. loquitur ac lege ordinaria vel de similitudine objectiva.

Dices 2. S. Th. Q. 2. art. 2. O dicit: *per nullam similitudinem creatam Dei essentia videri potest* &c. ex ejus mente species Dei impressa est impossibilis. R. S. Th. intelligendum esse vel de lege ordinaria, vel de specie, quæ habeat rationem similitudinis objectivæ, cujus possibilitatem cum S. D. rejecimus sup. n. 41. vel de specie, quæ sit repræsentativa Dei compræhensive, qualem putamus esse impossibilem, cùm Deus non possit, ab intellectu creato comprehendi; vel certe cum Suar. Sal. & aliis nobiscum sentientibus fatendum est S. Th. fuisse in opposita sententia, quæ ideò dicenda est valde probabilis, non tamen necessario sequenda iis; qui non jurarunt in verba S. Thom.

48. De

48. De facto tamen Deus non videtur per speciem
pressam. Ita Cajet. Mol. Suar. Val. & alii com-
nius cont. Guli. Paris. Ægid. Lusit. Prob. quia
n Deus sit seipso summè proportionatus in esse
elligibilis, intime præsens, ac unitus intellectui
ati lumine gloriæ instructo, per hoc quòd illum
beat sibi subordinatum & conjunctum per essen-
lem dependentiam in esse & operari, quæ conjun-
o abunde sufficit ut intellectum de se indifferen-
n ad cujusvis objecti intellectionem, per modum
ciei determinet ad sui visionem, eamque tum ut
usa generalis, concurrendo cũ intellectu & lumi-
gloriæ, tum ut causa particularis & objectiva co-
ciat; supervacaneus esset speciei impressæ con-
sus, quippe quæ solùm requiritur ad supplendum
ectum propositionis aut conjunctionis objecti
n potentia. Hinc enim Angelus non eget specie
pressa ad videndum suam propriam substantiam,
probabiliter nec ad videndum substantiam alte-
s Angeli sibi intime præsentis; quia nempe sub-
ntia Angeli est se ipsa suo proprio intellectui, &
m alterius Angeli intime præsentis sufficienter
junćta & proportionata.

Deus non videtur per speciem impressam cùm non sit Beato magis necessaria ad visionem Dei quam Angelo ad visionem sui.

Dices 1. Divina essentia est improportionata in-
ectui creato per excessum intelligibilitatis, cùm
nfinite intelligibilis, er. debet proportionari per
ciem impressam. R. N. seq. quia ista improportio
icienter tollitur per lumen gloriæ intellectum
atum elevans ac proportionans divinæ intelligi-
itati sufficienter ad essentiæ visionem; quamvis
fficienter ad ejus compræhensionem intellectui
ito impossibilem. Hinc divina essentia non mo-
nostrum intellectum ad sui visionem, quamvis
lli intime præsens; quia non est ejus intelligibi-
ti proportionatus per lumen gloriæ.

Improportio tollitur per elevationem intellectus.

ræstat itaque divina essentia intellectui creato
lo jam explicato unita, quod ei præstaret species
ressa, si daretur; illum enim constituit in actu
no completo ad sui visionem, eaque ratione il-
sibi assimilat in actu primo & facit ut habeat
litionẽ ad intelligendum prærequisitã ab Aristo-

Per speciem objectum est in intellectu & intellectus fit objectum repræsentative in actu 1.

tele 1. de anima c. 2. tex. 25. ubi ait quod intellectus debeat fieri res intellecta (sc. repræsentative in actu 1.) prius quam intelligat. Item ut habeatur, quod universaliter in omni intelligibili requirit S. Tho. l. 4. cont. g. c. 11. his verbis *omne intellectum in quantum intellectum oportet esse in intelligente*; nempe repræsentative in actu 1. per sui speciem, aut quod speciei vices gerit, & in actu 2. per formalem sui repræsentationem.

Concursus, essentiæ ut speciei est effectivè liber & identificatus cōcursui generali causæ primæ.

Concursus divinæ essentiæ ut speciei ad sui visionem moventis, non est formalis (quia istiusmodi concursus etiam in speciebus creatis ægre intelligitur) sed effectivus, ac proinde Deo liber. 1. quia identificatur concursui, quem Deus ut causa prima & universalis libere præbet intellectui instructo lumine ad visionem in se vitaliter eliciendam 2. quia vel immediate procedit ab ipsa Dei voluntate ut habente rationem potentiæ executivæ operationum Dei immediate liberarum, vel ab essentia ut applicata per voluntatem.

Hinc visio personalitatum potest esse tanquam à specie vel immediate ab ipsis per voluntatem applicatis, vel ab ipsa essentia earum radice. In his enim nulla apparet specialis difficultas aut repugnantia.

Deum videri per visionem divinā intellectui creato communicatam, ut vult Fr. Bonæ Spei repugnat cōmuni DD. sensui & rationi actus vitalis.

Franc. Bonæ Spei docet intellectum creatum posse videre Deum absque omni specie tam expressa quam impressa, per visionem increatam ipsi realiter unitam; idque multis ingeniose probat: præcipue tamen hoc argumento: quod non magis repugnet intellectionem seu visionem increatam realiter uniri intellectui creato, illumque reddere intelligentem & videntem, quam subsistentiam divinam uniri naturæ humanæ, eamque reddere subsistentem; ut fide certum est fieri in Christo.

49. Quamvis hæc opinio non careat probabilitate, repugnat tamen communissimo DD. sensui, à quo non censeo recedendum ob argumenta non ægre solubilia.

Deinde disparitas est inter videre & subsistere quod illud sit operatio vitalis, quæ debet esse ab intrinseco, seu imanenter produci ab intrinseca virtute

entis: quia vivere ex receptissima sapientum de-
.tione, est moveri ab intrinseco; ab hoc enim solo
tu ventum est in notitiam vitæ, cùm à nobis, an
vivat, aliter discerni non possit, quam per hoc
od moveatur ab intrinseco: subsistere autem non
denominatio vitalis orta ab operatione vitali, sed
orma mortua, quam proinde denominationem ni-
l vetat haberi per formam extrinsecus advenien-
m.

Ob hanc rationem & alias n. seq. subjiciendas ntio non esse admittendum, quod consequenter, d meo quidem judicio, minus probabiliter docet em author; posse sc. hominem oculo corporeo vi-re Deum, non quidem visione corporea simili ostræ, qua videmus colorata; sed spirituali & in-eata ipsi realiter unita. — Quod respectu oculi corporei clariùs apparet.

Contra est enim quod inde sequeretur eodem mo-o posse brutum, imo & lapidem videre Deum; uod quidem iste author absolute non negat, asse-ens huic sequelæ non tam repugnare solidam ratio-em quam communem admirationem. — Quia alioqui posset canis & lapis videre Deum.

Videtur tamen omnino absurdum esse & repugna-e, divinam essentiam in actu puro intelligendi ac olendi præcipue sitam, cani, imo & lapidi ita com-nunicari, ut sint formaliter intelligentes, volentes ac iventes intellectione, volitione ac vita Dei, adeo-que Deus Deitate Dei; quod, salvo meliori perspi-caciorum judicio, mihi videtur impossibile & om-nino improbabile.

50. Repugnat Deum videri oculo corporeo. Est juxta Suarem fidei proximum, & hodie omnium fere Catholicorum contra Dionem, qui, (teste Recu-pit) docuit bruta posse elevari ad videndum Deum item cont. Franc. Bonæ Spei n. præc. Prob. primo ex PP. Origene, Ambros. & aliis apud Ruiz. Petav. & nominatim ex August. qui, licet lib. 22. de Civit. cap. 29. & alibi, videatur de hoc dubitare & subinde propendere in oppositum, tamen Epis. 6. expresse tradit nostram doctrinam his verbis: *hoc autem* (nempe lucem divinæ essentiæ) *oculus videre corporis, neque nunc potest, neque tunc poterit.* — Deus nullo modo pote st videri oculo corporeo. — Est omnium PP. etiam Aug. epist. 111.

Epist. 111. ubi; licet contrarium non rejiciat ut erroneum, apertè tamen stat pro nostra conclusione, post quam enim pro ea multos e PP. adduxit, nempe Ambros. Hier. Athan. sic concludit: *hanc autem etiam meam esse sententiam confiteor*. Vbi loquitur de potentia absoluta, cum agat de oculo glorificato & elevato, & hunc sensum clarè significent hæc ejus verba: *si natura ipsius Dei est invisibilis sicut incorruptibilis, non mutabitur in futuro sæculo illa natura ut de invisibili visibilis fiat; quia neque poterit de incorruptibili corruptibilis fieri*. Prob. 2. quia potentia vitalis non potest elevari ad vitaliter attingendum id, quod non continetur intrà latitudinem sui objecti adæquati; cùm actus vitalis sit essentialiter ab intrinseco, id est, ab intrinseca propensione, & virtute, saltem inchoata potentiæ à quà procedit. Atqui Deus est extrà objectum adæquatum visus corporei, quod est lux & color, cùm constet experientia visum nihil percipere, nequidem imperfectè, quod non participet rationem lucis & coloris: igitur visus corporeus non magis potest elevari ad videndum Deum aliumve spiritum, quam ad videndum sonum, saporem, odorem &c. aut quàm gustus & odoratus ad gustandum & olfaciendum Deum.

Quia visus non potest elevari extra suum objectum.

Hinc illud Iob. 10. *In carne mea videbo Deum*, intelligendum est de visione in carne sed non per carnem, id est non corporeà, sed intellectuali habenda post resurrectionem: vel de visione corporea, sed Dei incarnati. Cùm verò, cap. 42. dicit: *auditu auris audivi te, nunc autem oculus meus videt te*, solùm vult, inquit S. Th. se propria experientia nosse & quasi oculis intueri verissima esse, quæ audiverat de divina providentia; vel certè intelligendus est de visione Dei in figura corporali tunc ei apparentis; cùm anteà solum per voces in aere formatas, ei fuisset locutus. Vbi Aug. videtur favere oppositæ sententiæ, explicari potest de visione non per oculos, sed per intellectum oculos comitantem.

Script. contrariæ loquuntur de visione in carne non per carnem, vel Dei incarnati.

Dices 1. Divina essentia continet per suam infinitam intelligibilitatem eminenter perfectionem omnis speciei creatæ: erg. potest seipsa movere visum

Divina essentia non potest movere ad visio-

or-

corporeum, ad quamlibet visionem: ergo ad visionem sui. R. continet perfectionem omnis speciei possibilis, & potest seipsa movere ad quamlibet visionem possibilem; non tamen ad corpoream Dei visionem, quæ est impossibilis, sicut species materialis repræsentativa spiritus.

nem sui impossibilem.

51. Dices 2. potest visus corporeus obedientialiter elevari ad producendam in se visionem Dei intellectualem: ergo ad videndum Deum. R. ad producendam visionem vitaliter, sic ut per eam fiat videns Deum, N. non vitaliter qualiter etiam lapis ad id potest elevari, Conc. unde N. seq. & D. quod potentia vitalis possit elevari ut est ens & ut est vitalis; ut ens potest elevari ad producendum omnem effectum participantem rationem entis: at verò ut vitalis, non potest elevari nisi ad operandum vitaliter, alioqui enim non elevaretur ut vitalis, non potest autem operari vitaliter nisi per tendentiam sibi proportionatam circa objectum participans rationem sui formalis specificativi; quia alioqui non operaretur movendo se ab intrinseca propensione & efficacitate, ut requiritur ad operationem vitalem, qua vivens movet se ab intrinseco.

Potest visus producere in se Dei visionem modo mortuo; non vitali.

Notandum pro solutione variorum, quæ hic possunt opponi, 1. potentia obedientialis est varia, prout varie sequitur, aut elevat ens; quatenus sequitur ens ut ens indeterminatè, habet pro suo objecto ens indeterminatè seu quodlibet ens; quatenus verò sequitur ens secundùm aliquam determinatam rationem specificam v.g. sensitivi, calefactivi &c. habet objectum determinatum secundùm rationem specificam sensationis, calefactionis &c. sic ut non possit extra illud ferri. Hinc potentia obendientialis oculi ad videndum supra naturæ vires seu qua elevatur visus, non potest ferri extra lucem & colorem, nec obedientialis potentia auris ad audiendum, extra sonum, & sic de aliis.

Potentia obedientialis entis ut sic, habet pro objecto quodlibet ens producibile; at entis ut, intellectivum, solam intellectionem.

2. Deus ut clarè videndus, est quidem extra vires intellectus creati; non tamen extra latitudinem ejus objecti naturalis, quod est verùm: è quo non extrahitur Deus per ly *clarè videndus*, quo non de-

designatur diversitas objecti sed modi illud attingendi.

3. Visus corporeus (ut experientia ostendit) non minus est restrictus ad colorem, quam gustus ad saporem: unde non magis potest supernatu aliter Deum videre: quam gustus illum gustare, aut odoratus olfacere; quia tamen hæc vox *visio* per analogiam tribuitur visioni intellectuali æque ac corporeæ, hic allucinatur imaginatio nostra & apprehendit majorem esse convenientiam visionis intellectualis cum corporea quam cum gustatione, & consequenter Deum potius visibilem oculo corporeo quam gustabilem, tangibilem &c. sed absque omni fundamento in re.

Nullus homo vidit Deum in hac vita; nec videre potest de lege ordinaria.

52. Deus non fuit unquam visus ab ullo homine in hac vita, nec videri potest de lege ordinaria. Ita Salmeron., Ianf. gand. Tolet. Estius, Alapide, Bonfrerius Sylvius & alii: contra Ban. Nazar & alios Thomistas, docentes cum S. Th. hic q. 12. a. 12. ad 2., cui favet Aug. lib. 12. de gen. ad lit. Moysi tamquam magistro Iudæorum, & Paulo ut magistro gentium in hac vita transeunter concessam fuisse Dei visionem.

Prob. 1. ex scrip. Ioan. 1. 18. ubi Christi doctrinam de mysterio divinitatis præferens doctrinæ Prophetarum etiam Moysis, de quo versu præced. facit mentionem ait: *Deum nemo vidit unquam: unigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarravit*: quibus verbis generaliter significatur, neminem, præter Christum in hac vita Deum vidisse, & 1. Tim. 6. *quem nullus hominum vidit, nec videre potest*.

Prob. 2. ex PP. Dionys. Nazian. Greg. & aliis apud Vasq. Sylv. Petav. quibus addi potest Aug. qui licet l. 12. de Gen. ad lit. c. 27. & 28. propendeat in contrariam sententiam tamen l. 2. de Trin. c. 16. & l. 3. cont. Max. c. 12. nostram aperte tradit.

Moys. & S. Paul. solum habuerunt perfectiorem Dei notitiam, quam alii.

Hinc cum Exod. 33. dicitur *loquebatur autem Dominus ad Moysem facie ad faciem* & n. 12. *ore enim ad os loquor ei, non per ænigmata & figuras Dominum videt* solum significatur quod Moyses habuerit longe majorem familiaritatem cum Deo quam alii Prophetæ, vel

tæ, vel etiam visionem figuræ corporeæ, in qua Deus, aut Angelus ei loquebatur.

Cum vero 2. Cor. 12. *dicitur Paulus raptus fuisse in paradisum* &c. Sensus est, quod eximiam altissimorum Dei mysteriorum acceperit revelationem, quæ non possit verbis explicari. Atque hæc probabiliter tantum; opposita enim sententia est etiam vel propter solam auctoritatem S. Thom. & propensionem August. valde probabilis.

§. II. Lumen Gloriæ.

53 LVmen Gloriæ sumptum late, est principium supernaturale, abstrahendo ab actuali aut habituali, intrinseco aut extrinseco, intellectum confortans & complens in ratione potentiæ proximæ ad videndum Deum. Lumen gloriæ est auxiliū transiens vel permanens, elevans ad visionem Dei.

Sumptū stricte, prout cōmuniter sumitur est qualitas supernaturalis permanenter inhærens intellectui beati, illumq; ad Dei visionē eliciēdam elevans.

Fide certum est, non posse intellectum creatum solis naturæ viribus videre Deum, ac proindè ad id necessarium esse lumen gloriæ, saltem late: hoc enim definitum est in Conc. Vien. cont. Beguard. & Beguinuorum inter cæteros hic error damnatur. *Quod quabet intellectualis natura in se ipsa naturaliter est beata; uodque anima non indiget lumine gloriæ ad Deum videnm & eo beatè fruendum* ita refertur. Clement. Ad norum *de hæret*. Prob. 1. ex Scrip. Rom. 6. *gratia Dei vita rna*. 1. Tim. 6. *qui lucem habitat inaccessibilem*. In quæ rba Ansel. ait: *Deus inaccessibilis est viribus nostris, acditur autem ad Deum muneribus suis*. 2. ex PP. Aug. ist. 112. c. 15. ubi dicit. *Deum esse invisibilem natu· videri autem cùm vult*. Ambrof. lib. 1. in Luc. ubi ns de Deo ait: *cuius natura non est videri, voluntatis eri*. Quod infra dicit etiam intelligendum de *Cabus virtutibus & potestatibus*. 3. ex eo quod intel- us creatus de se sit improportionatus ad claram visionem, sicut ad actus fidei supernaturales, quibus requiritur habitus fidei aliudve auxin supernaturale.

Deus videri nequit sine lumine gloriæ est de fide ex Con. Vien.

Ratio est improportionata intellectus.

Deus videtur à beat.

ı. Deus de facto videtur à Beatis per lumen iæ strictè seu habituale, eorum intellectui per-

per lumen habituale.

permanenter inhærens, ita DD. communissime cont. Duran. Prob. quia; connaturalis est, potentiam vitalem ad suos actus compleri complemento intrinseco & permanenti, ideò enim dantur habitus naturales & infusi fidei, spei &c. Deinde hoc est conformius C. Vien. quod videtur sumpsisse lumen gloriæ in sensu proprio, & stricto, prout tunc erat in usu apud S. Th. Bonav. aliosque DD. dum definiuit esse necessarium nempe (saltem de lege ordinaria] ad videndum Deum. Vnde varii putant hanc assertionem esse de fide, quod tamen negant Ban. Suar. Valen. aliique communius, & quantum apparet, Verius quia ad damnandum utrumque errorem begardorum asserentium posse intellectum creatum *solis natura viribus videre Deum*, & quod inde sequebatur, *ad id non indigere lumine gloriæ natura indebito*, sufficiebat definire ad Dei visionem requiri elevationem supernaturalem, sive per aliquid habituale, sive per aliquid transiens & CC. solent definire illud præcise, quod quæritur, & sufficit ad errores corrigendos, nihil determinando de controversiis inter DD. Catholicos agitatis.

Quod tamen non est de fide.

Vien. solùm definit requiri elevationem.

Munus luminis gloriæ non est disponere ad receptionem visionis.

55. Proprium munus luminis gloriæ non est disponere intellectum in ratione causæ materialis ad visionem recipiendam; cum formæ supernaturales (ut pat. in habitu fidei, spei &c. imò & in ipso lumine gloriæ) nullam præexigant supernaturalem subjecti dispositionem; alioqui enim iretur in infinitum. Ita Suar. Granad. &c. communiter contra Richar. Cajet.

Neque movetur instar speciei.

Non est etiam ejus munus movere per modum speciei intelligibilis, cum ut patet ex dictis sup. n. 48. ad id sufficiat divina essentia: sed est concurrere effective cum intellectu Beati, atque ita illum elevare, sicut faciunt habitus supernaturales fidei ita Suar. Fasol. Recupit. &c. passim contra Vasq. Alarcon.

Sed effectivo concursu elevare intell.

Prob. quia intellectus de se non est principium sufficiens ad producedam visionem entitative supernaturalem. Ergo indiget consortio luminis gloriæ, tanquam comprincipii supernaturalis ipsum, effectivè cooperando, elevantis, & intrinsece, modo ma-

ximè

xime connaturali, complentis in esse principii proportionati & proxime sufficientis ad visionem: sicut indiget habitu fidei aliove auxilio supernaturali ad actus fidei supernaturales, ad quos de se non est sufficienter proportionatus.

S. Th. solùm vult esse dispositionem late.

Cum S. Tho. hic qu. 12 art. 5. O. lumen gloriæ appellat *dispositionem*, solùm vult esse dispositionem late seu esse, perfectionem requisitam ex parte potentiæ, qua intellectus fit complete aptus, non ad visionem in se recipiendam, sed ad hoc ut uniatur; cum divina essentia ut habente rationem speciei intelligentis, ad constituendum cum illa completum principium effectivum visionis, hanc esse mentem D. Th. patet ex his ejus verbis ibid. *cum igitur virtus naturalis intellectus non sufficiat* (sc. ad visionem Dei) *oportet quod ex divina gratia accrescat ei virtus intelligendi*, & ad primum ubi dicit lumen dari *ad hoc, quod intellectus fiat potens ad intelligendum, per modum, quo potentia fit potentior per habitum*.

Modus causandi efficienter perfectior est modo causandi materialiter, ideo ille, non me exigat elevationem.

Causa efficiens perfectiorem habet modum causandi, quam causa materialis: hæc enim causat, pure suam entitatem per modum substrati communicando, illa verò omnem perfectionem effectui inexistentem dando: unde illam præhabere debet vel in se, vel in suo complemento, formaliter aut eminenter: & hęc est ratio cur intellectus ad visionem potius requirat adjumentum supernaturale ut est causa effectiva, quam ut est causa materialis seu subjectiva.

Essentia influit ut species ad visionem.

Deus ad visionem præbet duplicem concursum supernaturalem; unum in genere causæ efficientis, influendo cum lumine gloriæ & intellectu creato; alterum ut habet rationem speciei, per suam essentiam ad sui visionem movendo.

Indivisibiliter à pluribus causatam.

In visione non sunt querendæ diversæ rationes quæ diversis ejus principiis respondeant; cum enim sit indivisibilis, tota est à singulis Principiis in eam influentibus, sicut totus effectus est à causa prima & secunda simul concurrentibus, & totus ab habitu & potentia.

Lumen connaturaliter

Connaturalius est ut complementum sit intrinsecum potentiæ, quando tenet se ex parte potentiæ, quan-

ut lumen gloriæ: secùs quando se tenet ex parte objecti: connaturalius est enim ut objectum moveat per aliquid sibi intrinsecum (cùm ita fieri potest, ut hic contingit) quàm per aliquid extrinsecum in potentia receptum.

Inest potentia quam cōplet.

Intellectus immediatè attingit visionem.

56 Ad visionem immediatè concurrit non solùm lumen, ut volunt Sot. Ban. aliique Thomistæ; sed etiam intellectus. Ita Suar. Mol. Vas. quibus favet S. Thom. hic qu. 12. art. 5. O. ubi dicit lumen gloriæ requiri ut *augeat*, *fortificet*, *confortet* vires naturales intellectus, eo modo, quo habitus auget vires potentiæ; quibus significat intellectum se ipso immediatè per proprias vires fortificatas, & non solùm mediatè per lumen gloriæ (ut sentiunt Thomistæ) visionem attingere.

Quæ est vitalis adeoq; à principio viventi intrinseco & connaturali.

Prob. 1. quia cùm visio sit actus vitalis, necesse est, ut immediatè procedat à principio vitali, id est, quod viventi sit intrinsecum & tamquam proprietas ab eo naturaliter profluens; sic ut per illud, vivens censeatur movere se ipsum. Tale autem non est lumen gloriæ, utpote à Deo extrinsecùs impressum, tanquam ejus instrumentum. Vndè Beati per illud potiùs censendi sunt moveri à Deo quam à seipsis. 2. quia habitus supernaturales fidei, spei & Charitatis non sunt tota ratio agendi, sicut potentiæ non efficiant actus supernaturales per se ipsas immediatè, alioqui enim haberent se merè passivè. Contra Trid. sess. 6. Can. 4. & actus Charitatis non esset formaliter liber, quia non procederet à principio formaliter libero.

Vt actus fidei, à potentia & habitu.

Vitalitas entitativè supernaturalis est partialiter à principio naturali.

Nec refert quòd vitalitas sumpta realiter secundùm id quod dicit intrinsecum visioni entitativè indivisibili, sit supernaturalis: potest enim entitas supernaturalis immediatè procedere à potentia naturali, per auxilium supernaturale elevata; ut patet in actibus fidei, spei &c. Dico, *sumpta realiter*, quia vitalitas actus supernaturalis sumpta formaliter, sub præciso conceptu vitalitatis, potest bono sensu dici naturalis; cùm ut sic connotet virtutem connaturalem potentiç naturalis, à qua actus denominatur vitalis. Vnde vitalis non est aliquid causabile in genere

nere causæ efficientis, sed in genere causæ formalis, cùm sit denominatio orta à principio vitæ à quo actus procedit, sicut supernaturalitas est denominatio à principio elevante.

57. Intellectus concurrit ad visionem, non pure ut instrumentum divinæ omnipotentiæ per potentiam obedientialem, sed ut potentia vitalis & intellectiva per suam virtutem naturalem à Deo confortatam: concurrit enim, non præcisè ut ens divinæ omnipotentiæ subjectum, sed vitaliter adeoque ut potentia vitalis & intellectiva, ex suis intrinsecis apta, saltem inchoatè, movere seipsam in tale objectum. Intell. elevatur ut potentia vitalis intellectiva.

Intellectui illuminato, aut potiùs complexo ex intellectu & lumine gloriæ, æquè connaturaliter debetur concursus generalis ad visionem, ac cæteris causis completis ad suos effectus. Vndè quamvis intellectui secundum se visio simpliciter sit supernaturalis, eidem tamen ut lumine gloriæ informato, potest dici connaturalis. Illuminato debetur cõcur. ad visi.

58. Intellectus concurrit ad visionem, ut causa simpliciter instrumentalis, cùm concurrat ut principium improportionatum indigens elevatione, potest tamen dici causa Principalis secundùm quid, seu visionis, qua vitalis lumen gloriæ comparativè ad intellectum, habet se ut causa principalis, quia concurrit ut principium connaturale & ejusdem ordinis: at verò comparativè ad Deum, dici debet causa instrumentalis; quia licèt connaturáliter exigat Dei concursum ad visionem, illum tamen non exigit ut debitum sibi secundùm se considerato, sed prout est instrumentum Dei: cum modus attingendi Deum ut in se est, non possit esse debitus ulli enti potentiali nisi tamquam instrumento actus puri, ut patebit ex num. 61. Intell. est causa instrumentalis. Lumen principalis respectu intellectus & instrumentalis respectu Dei

Vnde solus Deus est simpliciter causa principalis visionis beatificæ, cum ipse solus ad eam concurrat ut formaliter aut eminenter totam ejus perfectionem continens; per eam tamen, non potest denominari videns, sed solus Beatus ut quod, & ejus intellectus ut quo: quia videre, non est solùm efficere visionem, etiam principaliter; sed eam effi- Quæ est causa principalis actuum supernat.

efficere ex virtute intrinseca, saltem inchoata; & simul in se eam recipere. Ex his patet Deum ad visionem multipliciter concurrere. 1. Enim concurrit ut causa universalis. 2. ut causa particularis objectiva seu motiva. 3. denique ut causa principalis elevans intellectum.

Intell. potest videre Deũ sine lumine habituali.

59. Intellectus creatus potest videre Deum sine lumine habituali, cùm solo auxilio transeunte; sicut in via potest elicere actus fidei, & voluntas actus Charitatis sine eorum habitu, per auxilium gratiæ transiens. Videtur esse S.Th. 2.2. q.175. a.3. ad 2. ubi ait *quod tamen* (sc. lumen gloriæ) *dupliciter participari potest, uno modo per modum formæ immanentis, alio modo per modum passionis transeuntis.*

Per auxil. transiens, etiam extrinsecum.

Potest etiam, de potentia absoluta, videre Deum absque lumine gloriæ intrinseco tam actuali seu transeunte, quam habituali seu permanente, per solam assistentiam divinæ omnipotentiæ sibi in actu primo applicatæ per decretum, quo Deus statuat seipso immediatè præstare efficientiam, quam præstaret auxilium supernaturale, intellectui intrinsecum. Ita Scotus cum suis Suar. & cæteri Societatis, contra Capreol ac plerosque Thom.

Favet S. Th. ut fatentur Palud. Hispal. & alii Th.

Prob. ex S. Th. in 4. dist. 49. q. 2. a. 7. ubi dicit miraculosè fieri posse ut *aliquis intellectus creatus non habens nisi dispositionem viæ, elevetur ad videndum Deum per essentiam* ibid. ad 4. ait quod Moyses viderit divinam essentiam non provenisse *ex dispositione in intellectu existente, sed ex sola divina virtute*, & q. 10. de verit. a. 11. sicut *Petrum fecit sine eo quod ei dotem agilitatis tribuerit, super aquas ambulare, ita potest mentem ad hoc perducere, ut divina essentia uniatur in statu viæ modo illo quo sibi unitur in patria, sine hoc, quòd à lumine gloriæ perfundatur.* Quibus verbis S. D. non solum excludit lumen habitualiter permanens (ut quidam interpretantur) sed generaliter omne lumen, etiam solum transeunter, intrinsece perfundens seu inhærens; cum etiam hujusmodi lumen non sit dispositio viæ.

Vnde Palud. Hispal. aliique insignes Thomistæ apud Recup. hanc nostram conclusionem tuentur

susti-

ſuſtineri poſſe ut Divi Thomæ, qui proinde, dum hic q. 12. a. 4. ac præcipue 2. 2. q. 175. a. 3. ad 2. ait: *divina eſſentia videri ab intellectu creato non poteſt, niſi per lumen gloriæ*; intelligendus eſt de lege ordinaria, vel de viſione habenda modo connaturali: quod patet ex, q. 10. de verit. ubi, cùm abſolute dixiſſet non poſſe Deum a creatura per eſſentiam videri ſine lumine gloriæ, ſubjungit, *per omnipotentiam divinam aliter fieri poſſe*. Eodem ſenſu intelligendum eſt C. Vien. ſup. n. 53. ubi agit contra Begar. qui à viſione beata ejuſque principiis & concurſu Dei ad ejus productionem, removebant omnem ſupernaturalitatem. Cum videtur adverſari loquitur de lege ordinaria.

Prob. 2. ratione: quia lumen gloriæ non concurrit ad viſionem ut ejus cauſa formalis, neque ut vitalis, neque ut tota virtus effectiva, ſed ſolum tamquam augumentum confortativum potentiæ intellectivæ, in genere cauſæ efficientis ut docet S. Thom. hic q. 12. a. 2. & 5. poteſt igitur Deus ſe ipſo immediate ejus concurſum ſupplere; cùm in eo nulla appareat ratio repugnantiæ etiam juxta S. Th. hic q. 105. a. 2. O dicentem: *erroneum eſt dicere Deum non poſſe per ſe ipſum facere omnes determinatos effectus* (non vitales aut modales) *qui fiunt per quamcumque cauſam creatam.* Concurſus luminis gloriæ eſt in genere cauſæ efficientis, ſupplebilis à Deo.

60. Nec refert, quod viſio, ut pote actus vitalis, debeat procedere à principio intrinſeco; ſufficit enim quòd procedat ab intellectu (qui utique eſt intrinſecus videnti) non quidem operante ſolis propriis viribus; ſed per concurſum divinæ omnipotentiæ ſibi extrinſece aſſiſtentis, & per modum cauſæ principalis, viſionem una cum illo producentis. Et quamvis per ſpecialem illam Dei aſſiſtentiam intellectus ſecundum entitatem non reddatur intrinſece potentior, cum illa tamen conſtat unum totale principium potentius & ad viſionem completè ſufficiens. Intell. cum aſſiſtentia Dei extrinſeca eſt principium completum viſionis.

Dices lumen gloriæ concurrit in genere cauſæ formalis: quæ à Deo ſuppleri nequit, Deus enim non poteſt ſe ipſo formaliter facere parietem album ſupplendo defectum albedinis. Lumen glo. eſt cauſa formalis intellectus ut illuminati, non viſionis.

R. N. Aſſ. licet enim lumen gloriæ reſpectu in-

tellectus, dici possit causa formalis illum intrinsece perficiens & ad visionem modo maxime connaturali producendam elevans; ad ipsam tamen visionem solum concurrit in genere causæ efficientis, quæ ex S. Thom. n. præced. citato est à Deo supplebilis.

Potest Deus in genere causæ efficientis supplere varias formas.

Confir. & magis explicatur hujus & præced. n. doctrina: potest Deus in genere causæ efficientis æquivalenter præstare varios effectus, quos formæ creatæ causant informando; v. g. potest facere ut oculus videat sine lumine & sine speciebus, licet lumen & species compleant oculum in esse principii proximi visionis ipsum informando: ergo similiter potest supplere defectum luminis gloriæ, per efficentiam sine informatione, quamvis lumen intellectum constituat principium proxime sufficiens ipsum informando.

Lumen gloriæ est virtualis manifestatio Dei.

Ex dictis 1. lumen gloriæ non est formalis Dei manifestatio, sed solum virtualis; quatenus cum intellectu constituit principium complete & proxime productio visionis qua Deus formalibus manifestatur.

Intell elevatur in actu 2. per assistentiam sibi paratam in actu 2. per concursum.

2. In casu assertionis n. præced. ex intellectu & assistentia Dei extrinseca fit complexum quod est principium completum proxime sufficiens ad visionem, cui proinde debetur concursus supernaturalis ad ejus productionem. Per hunc concursum, quamvis forte identificatum visioni, intellectus elevatur in actu 2. per assistentiam vero paratam, seu per potentiam speciali Dei decreto ipsi applicatam, elevatur & constituitur in actu 1. proximo ita sufficienti, ut ex eo necessariò sequatur visio, sicut ex intellectu beati perfuso lumen gloriæ: ex voluntate autem simili assistentia in actu 1. ad actum charitatis elevata sequeretur actus libere ex propria determinatione ipsius voluntatis, quæ per ejusmodi assistentiam non determinaretur ad actum, sed constitueretur proxime potens se determinare.

Visio divinæ essentiæ non potest esse connaturalis ulli substantiæ creatæ.

61. Nulli substantiæ creatæ aut creabili, lumen gloriæ aut visio divinæ essentiæ potest esse connaturalis. Ita S. Thom. cum suis, Scotus cum Suarez Vasques Sylv. & recentiores tanto consensu ut Nazarius censeat oppositam esse temerariam; Salas esse periculo-

culosam; Cabrera sapere hæresim.

In eam tamen inclinant Io: Major Mol. Valen. Con. Arriag. disp. 5 sect. 7. ubi dicit sententiam Io: Major. esse valde probabilem, Ripalda l. 1. de ente supernaturali disp. 3. sect 3. ubi dicit stando in ratione naturali se non invenire, repugnantiam substantiæ supernaturalis pro quo citant Scot. in 2. dist. 23. q. 1. §. *dicito igitur*, ubi ait, *teneo propter auctoritatem, quòd Deus non potest facere voluntatem impeccabilem per naturam.* Addit Ripal. ibid. sententiam affirmantem non esse temerariam, quia sola auctoritas recentiorum ei aperte repugnat: antiquiores enim & PP. facile explicari possunt (inquit Franc. Lugo) de creaturis de facto existentibus; cum ut notat Ripalda, non meminerint substantiæ supernaturalis de potentia absoluta possibilis. Contra quos tamen.

Est fere omnium; oppositum tamen non est impr.

62. Prob. 1. ex scrip. 1. ad Tim. 1. *soli Deo immortali & invisibili* &c. 6. *qui habitat lucem inaccessibilem*, scilicet naturaliter: non posset autem Deus simpliciter dici inaccessibilis naturaliter, si solum esset naturaliter, inaccessibilis creaturis de facto existentibus, non autem possibilibus.

Scrip. & PP. dicunt simpliciter Deum esse invisibilem scil. naturaliter.

Prob. 2. ex PP. Aug. de Civit. l. 12. C. 1. *creatura quæ potest fieri beata, non ex seipsa potest, quia ex nihilo creata est; sed ex illo, à quo creata est.* Atqui omnis creatura possibilis, est ex nihilo: ergo nulla est, quæ possit naturaliter videre Deum. Ambros. l. 1. in Luc. c. *de apparitione Angeli: Dei natura est non videri.* Dionys. de div. nom. c. 2. & aliis apud Suar. Recup. Ruiz & alios.

Prob 3. ratione: quia naturalis modus cognoscendi sequitur genericum essendi modum seu modum materialitatis aut immaterialitatis, quem participat natura cognoscens; ita ut non possit propriis viribus objectum, ut in se est, cognoscere sub altiori gradu immaterialitatis quam ipsa sit; v. g. bruta, quia sunt prorsus materialia, non possunt ullo modo cognoscere nisi corporea: anima rationalis, etsi possit cognoscere spiritualia, ut pote spiritualis, quamdiu tamen corpori immersa, habet modum essendi aliquo modo materialem, & ideò non potest cognoscere spiritualia ut in se sunt, sed solum per modum re-

Ratio est 1. quod creaturæ convenire non possit modus essendi actus puri adeoq; nec modus cognoscendi.

rum materialium, & per species: Angeli deniq; licet sint omnino spirituales, ac proinde possint spiritualia cognoscere ut in se sunt; quia tamen immersi sunt potentialitati, ea necessariò cognoscunt, ut potentialia, per species creaturarum.

Cùm igitur Deus actus purissimus, abstractus sit ab omni materia, non solùm sensibili, ut Angeli, sed etiam intelligibili, quatenus ei repugnat omnis potentialitas, seu compositio ex potentia & actu, ex subjecto & accidente, quem abstractionis modum nulla creatura participare potest: utpote potentialitati ad esse & ad perfectius esse necessariò immersa; sequitur Deum, prout in se est, à nulla creatura posse naturaliter cognosci.

2. quia repugnat creatura naturaliter impeccabilis, & Beata &c.

Confir. quia si daretur creatura, cui visio esset per se connaturalis, esset naturaliter *beata*, *impeccabilis sancta*: visio enim formaliter tribuit hæc omnia, quæ repugnat rationi & essentiali imperfectioni cujuslibet creaturæ etiam possibilis, ut colligitur ex PP. Aug. sup. & l. 3. contra Maximinum Cap. 10. *cuicumque creatura rationali præstatur, ut peccare non possit, non est hoc natura propria sed Dei gratia*. Ambros. l. 3. de Spiritu S. cap. 19. *Spiritus S. qui sine peccato est, creatura non est, omnis enim creatura peccatorum capacitati obnoxia est, solo autem à peccato immunis est immaculata semp. terna semper Divinitas*. Quibus clarè significatur impeccabilitatem adeoque & visionem non posse vili creaturę etiam creabili esse naturalem: cùm PP. loquantur universaliter & Amb. inde inferat Spiritus sancti divinitatem.

Invisio est simpliciter supernaturalis

Lumen & visio sunt entia simpliciter supernaturalia, ergo sunt supra capacitatem activam & passivam omnis naturæ etiam creabilis

Proportionari debet objecto, in modo essendi, cognoscens ut quod non ut quo.

63. Dices: lumen gloriæ, quamvis immersum potentialitati, visionem connaturaliter efficit, ergo probatio nulla. R. N. seq. quia inductio jam facta solùm probat proportionem explicatam quoad gradum immaterialitatis, requiri inter objectum cognitum & cognoscens ut quod, non ut quo: & ratio est, quia sicut sola causa Principalis simpliciter ponit effectum, adeoque debet formaliter aut eminenter

ter illum continere; ita solum principium quod, propriè & simpliciter cognoscit objectum, ac proinde ipsum solum ei debet proportionari in modo essendi.

Intell. est instrum. naturæ cui visio non potest esse naturalis; lumen instr. Dei.

Instabilis ergo dari potest intellectus, cui visio sit æque connaturalis, ac lumini gloriæ, cùm solùm concurrat ut instrumentum sicut lumen gloriæ. R. N. seq. disparitas est quod intellectus sit instrumentum naturæ intelligentis visioni improportionatæ; & quidem necessariò connaturale, cùm sit potentia vitalis, quæ debet esse connaturalis ut per illum natura se moveat ab intrinseco: at verò lumen gloriæ sit instrumentum Dei creaturam elevantis; in quo ut principali effectivo præsupponit proportionem ad visionem, tamquam causæ principalis ad effectum.

Visio est naturalis lumini glo. non intellectui.

Hinc patet, cur potiùs visiò possit esse connaturalis complexo ex lumine gloriæ intellectu Beati, licet sit finitæ virtutis, quàm intellectui creato ejusve naturæ, etiam in infinitum crescenti in virtute intelligendi: quia nempe in isto complexo habetur instrumentum ordinis altioris & divini, cui, non quidem secundùm se, sed ut instrumento Dei, debetur concursus ad operationem propriam soli Deo ut causæ principali.

Neque substantia supernaturali.

64. Vnde, quamvis admitteremus, cùm Ripalda, & apud ipsum Mendosa & Pimentel, possibilem esse substantiam supernaturalem, non tamen deberetur illi modus cognoscendi proprius actui puro: uti enim inquit S. Th proprietas ignis non potest esse connaturalis nisi substantiæ participanti formam ignis; ita modus operandi Deo proprius, non potest esse connaturalis, nisi participanti naturam Dei.

Quæ repugnat, cum non possit inesse alteri supra naturam.

Verius videtur implicare ejusmodi substantiam; quia substantia completa, qualis est intellectualis, cùm sit per se subsistens, non potest esse supernaturalis per hoc quòd alteri adjaceat, illudque perficiat supra propriam ejus & totius naturæ exigentiam, ut potest accidens, quòd, cùm sit entis, id est substantiæ ens, vel illam perficit juxtà naturæ exigentiam, & sic est naturale; vel supra, & sic est super-

Neque esse supra omnem nat. creatam & creabilem.

naturale; neque per hoc, quòd sit supra totam naturam creatam & creabilem, ejusdem rationis cum creata: alioqui enim omnes substantiæ creabiles creatis aliquanto perfectiores, essent supernaturales; quod falsum est. Denique, nec per hoc, quod sit totam naturam creatam & creabilem; hoc enim substantiæ increatæ ita proprium est, ut creatæ nullo modo possit convenire; alioqui enim esset supra se ipsam, & esset terminus omnipotentiæ; qua Deus potest perfectiora semper ac perfectiora in infinitum; quod manifeste repugnat.

In quo non sit petitio principij cum non assumatur sine probatione.

65. Dices cum Ripalda: petitur principium cum dicitur repugnare substantiam supernaturalem creatam; quia substantia supernaturalis est illa, quæ est supra omnem substantiam creatam & creabilem: hoc est enim quod hic quæritur, & quo supposito nulli posset venire in mentem dubitare de possibilitate substantiæ creatæ supernaturalis, cùm eo sensu sit manifeste impossibilis: constat enim hanc rationem supernaturalitatis esse soli Deo propriam, qui est supernaturalis, non eò quòd sit supra exigentiam naturæ creatæ, cùm omnis natura creata essentialem habeat ejus indigentiam ac exigentiam; sed eò quòd sit supra omnem naturam & creabilem. Ergo, ut non fiat hic quæstio de nomine, substantia supernaturalis dicenda est illa, quæ habet necessariam connexionem cum gratia sanctificante. Atqui talis substantia non repugnat: ergo &c.

Repugnat substantia creata naturaliter connexa cum gratia.

R. 1. n. ass. quod enim dicimus de quidditate substantiæ supernaturalis creatæ, non assumimus gratis, sed probamus, per hoc quod non possit aliter intelligi, nec explicari substantia completa supernaturalis; ac proinde non petimus principium. R. 2. n. 1. conseq. quia substantia creata necessariò connexa cum gratia, etiam esset connexa cum visione debita naturæ per gratiam elevatæ ad statum Filiorum Dei; atqui, ut ostensum est, visio superat exigentiam omnis creaturæ creatæ & creabilis: ergo etiam repugnat natura creata necessariam & connaturalem habens connexionem cum gratia.

Anima est

66. Quamvis substantia intellectualis creata non possit

possit esse supernaturalis, est tamen simpliciter perfectior quouis accidente supernaturali; cùm illa sit capax divinæ amicitiæ visionis Dei &c. Non hoc: quamquam sine absurdo dici possit imperfectior gratia sanctificante, visione, unione hypostatica, & similibus omnino specialibus divinitatis participationibus.

perfectior accidente supernaturli.

Fatendum est implicantiam allatam contra possibilitatem substantiæ completæ supernaturalis, seu cui visio sit naturalis, non esse ita evidentem, quin probabiliter solvi possit; esse tamen sufficientem ad confirmandam doctrinam in script. & PP. & communissimo omnium penè DD. sensu stabilitam. Deinde si semel admittatur possibilis substantia supernaturalis, cui visio sit connaturalis, ægre negabitur possibilitas substantiæ, quæ sit sibi, idque essentialiter, sua intellectio, volitio, existentia, duratio, &c. quam hactenus nemo admisit, nec, ut credo, ullus unquam admittet.

Implicantia substantię creatę supernaturalis est obscura; PP. tamen & DD. consensu firma.

67. Deus videtur inæqualiter à beatis. Est de fide contra Iovinia, & alios hæreticos. Prob 1. ex definitione Floren. n. seq. 2. ex scrip. Cor. 3. *Vnusquisque propriam mercedem recipiet secundùm proprium laborem*, & 15. *stella in claritate, sic erit resurrectio mortuorum*. Ex PP. apud Fasol. & Petav. Greg. 4. Moral. cap. 31. *quia in hac vita nobis est discretio operum, erit in illa procul dubio discretio dignitatum, ut quo hic alius alium merito superat, illic alium retributione transcendat*. Fulgen. de Tri. c. 12. paulò ante finem; *tantùm ampliùs alio in illa vita Deum videbit, quàm amplius in hac vita eum dilexerit*.

Beati inæqualiter vident Deum.

Ex Script. CC. & PP.

Christus Matth. 18. in parabola de operariis in vinea inæqualiter laborantibus, æquali tamen mercede donatis, non vult (ut contendunt hæretici) omnium beatorum parem esse gloriam, sed solùm, quod possit aliquis per majorem Dei gratiam, & intensiorem charitatem, brevi tempore tantum, imò & plus mereri, quam alii diutius & majori cum fatigatione laborantes.

Fervor charitatis supplet. defectum Durationis.

68. Intellectus in se perfectior (puta Angelicus)

Intell. perfectior cum æquali lumine non videt Deum clarius.

cum æquali lumine gloriæ, non causat visionem Dei perfectiorem, saltem formaliter in ratione visionis Dei, quam imperfectior, v. g. humanus. Ita S. Thom. hic qu. 12. a. 6. O. & ad 3. Sotus, Suar. Vasq. Valent. contra Scotum cum suis, Duran. Cajet. Mol. Less.

Quia visio respondet elevationi.

Prob. 1. Quia virtus naturalis intellectus non est proportionata visioni Dei qua tali, nisi prout subest elevationi supernaturali. Ergo non est proportionata visioni perfectiori nisi quatenus subest elevationi perfectiori. 2. Quia potentiæ naturales in via, secundum se perfectiores, cum æquali auxilio gratiæ ipsas elevante, non eliciunt actus supernaturales fidei, spei &c. perfectiores, quam eliciant aliæ secundum suam virtutem naturalem imperfectiores: alioqui enim, contra scrip. CC. & PP. part. 2. c. 4. de gratia, creatura per naturæ vigorem posset aliquid in ordine ad vitam æternam, nempe aliquem excessum perfectionis actus salutaris supra intensionem auxilii supernaturalis.

Alioqui vis naturæ posset aliquid in ordine ad salutem.

Formalis perfectio visionis iuxta flor. est ex meritis.

Confir. ex Flor. in Decreto de Purg. definiente *Beatos intueri Deum sicuti est, pro meritorum tamen diversitate alium alio perfectiùs*. Quod non esset universaliter verum, si intellectus secundum se perfectior cum æquali lumine gloriæ, æquale meritum supponente, Deum perfectius videret quam imperfectio; eo enim posito, posset impar in merito, esse par, imò & superior, in visione seu Præmio; quod repugnat Fulgentio n. præced.

Materialis ex perfectione intellectus.

Dixi, *saltem formaliter*, &c. quià sicut actus fidei procedens ab intellectu perfectioribus speciebus instructo, potest esse perfectior; non quidem formaliter in ratione fidei, seu firmæ adhæsionis ad objectum propter solam Dei revelationem; sed, materialiter v. g. quatenus mysterium revelatum clariùs & distinctius repræsentat; ita etiam visio Dei procedens ab intellectu perfectiori v. g. Angelico, cum æquali lumine gloriæ, potest esse perfectior quam procedens ab humano, non quidem formaliter in ratione intuitionis Dei ut in se est, sed materialiter & entitative, quatenus est intellectio perfectioris naturæ

Hoc sensu intelligendus S. Th.

turæ

turæ intelligentis, ad quam ut talem probabiliter per se aut per actionem sui productivam, dicit essentialem ordinem. Hoc sensu explicandus est S. Th. cum subinde videtur favere oppositæ sententiæ, quam hoc solùm sensu tueri videntur quidam ex adversariis.

Intell. non potest elicere actum supra intensionem suæ elevationis.

69. Dices 1. intellectus potest elevari ut est perfectior R. hoc sensu, quod possit ei lumen eò perfectius communicari quò in se est perfectior, C. hoc sensu quod possit ratione suæ perfectionis naturalis elicere actum supra intensionem suæ elevationis, seu perfectiorem quam possit intellectus imperfectior cum pari elevatione, sic N. adde quod Deus non elevet intellectum magis aut minus ratione majoris aut minoris intrinsecæ ejus perfectionis, sed ratione majorum aut minorum meritorum ejus subjecti: siquidem inæqualitas visionum in beatis, oritur remote ab inæqualitate meritorum, ut patet ex n. 67. proxime verò ab inæqualitate luminis gloriæ.

Oculus perfectior est proportionatus visioni corporeæ perfectiori.

Dices 2. oculus corporeus perfectior, potest cum æquali lumine objectum perfectius repræsentare quam imperfectior. Ergo similiter intellectus perfectior cum æquali lumine gloriæ. R. N. seq. disparitas est, quod oculus perfectior habeat majorem virtutem proportionatam & ejusdem ordinis cum visione producenda secus intellectus perfectior, ob rationes allatas.

Voluntas potest uti habitu inadæquate.

Dices 3. potest, voluntas cum æquali habitu charitatis, modo intensiorem modo remissiorem actum elicere. Ergo intellectus perfectior cum æquali lumine, visionem perfectiorem R. N. seq. quia licet voluntas, eo quod sit libera, habitu sibi inherente uti possit pro libitu, adæquate vel inadæquate, non potest tamen ejus intensionem excedere, ac proinde nec intellectus, quamvis perfectior, intensionem luminis, quo semper adæquate utitur, quia est potentia necessaria.

Visio ex Dionys. proportionatur intell. illuminato.

Cùm Dionys. de divin. nom. c. 1. sub initium asserit pro ratione uniuscujusque mentis divina revelari & conspici; non loquitur de intellectu secundum sua naturalia, sed prout illustrato lumine super-

naturali, quo est *juxta mensuram donationis Christi*: Eodem sensu intelligendæ sunt similes Chrysost. & & aliorum PP. locutiones.

§. III.

Visio Dei adæquata, inadæquata, & creaturarum in Verbo.

Visio Dei comprehensiva adæquatur ejus intelligibilitati intrinsecæ.

70 Visio Dei adæquata seu compræhensiva, est quæ perfectè adæquatur ejus intrinsecę cognoscibilitati, tum extensive, repræsentando omnes ejus perfectiones & quasi partes graduales perfectionum inter se distinctas ratione, & virtuales saltem per ordinem ad connotata extrinseca; tum intensive, eas repræsentando tanta claritate, quanta ex se postulant repræsentari est S.Th. hic q. 12. a.7. & aliorum communis. Prob ex Aug. Epist. 112. C.8. *aliud est videri, aliud totum videndo comprehendere; quando quidem id videtur quod præsens utrumque sentitur; totum autem comprehenditur videndo, quod ita videtur ut nihil eius lateat videntem*; nempe, neque quoad entitatem, neque quoad modum cognoscibilitatis; quod postremum ab Aug. requiri ad perfectam comprehensionem, patet ex verbis immediate sequentibus, *aut cuius fines circumspici possunt*: *tunc* inquit S.Th. a.7. ad 2. *fines alicuius circumspiciuntur quando ad finem in modo illud cognoscendi pervenitur*. Item ex Naz. oratione 36. ubi docet Deum non posse comprehendi a creatura; quia nulla *potest invenire totum quod est Deus*. Similia habent Cyril. Epiph. & alij PP. apud Ruiz. & Petav. qui ad Dei comprehensionem requirunt ut cognoscatur secundum suam naturam, magnitudinem, pro dignitate, ut oportet, &c.

Sicut nihil ejus lateat videntem.

Ita Aug. S. Th. alijque DD.

Patet exemplo comprehensionis corporeæ.

Confirm. exemplo comprehensionis corporalis à qua, ut rectè, S. Th q. 8. de Verit. hoc nomen ad intellectualem translatum est: non enim dicitur aliquid manu comprehendi, nisi ita adæquate intra illam contineatur, ut nihil sit extra.

Ad comprehensionem non requiritur cognitio objecti tam perfecta quam est possibilis, alioqui nullum objectum posset comprehendi à creatura, cum semper cognoscatur à Deo cognitione infinities per-

perfectiori. Vnde ad comprehensionem sufficit, ut cognitio sit adæquata cognoscibilitati intrinsecæ, se tenenti ex parte objecti, ac provenienti ex intrinseca exigentia ejus perfectionis, veritatis & entitatis; quamvis non adæquetur extrinsecæ tenenti se ex parte cognoscentis, à quo pro majori ejus perfectione, objectum per denominationem extrinsecam est perfectiùs ac perfectiùs cognoscibile juxta S. Th. in 3. d. 14. q. 1. a. 2. quæst. 3 ad 3. vbi ait *lympiditas intelligendi, non est tantùm ex parte intelligibilis, sed etiam ex parte intelligentis*. S. D. solùm requirit adæquationem cum prima intelligibilitate ad comprehensionem.

71. Deus non potest comprehendi ab intellectu creato viribus naturæ & de potentia ordinaria. Est de fide, ex Script. Ierem. 32. *magnus consilio & incomprehensibilis cogitatu*. 1. Cor. 2. *quæ Dei sunt nemo cognoscit nisi spiritus Dei*. Deus non potest comprehendi à creatura, etiam de potentia absoluta.

Neque de potentia absoluta: est omnium & adeò certa ut Mol. Suar. & alij sentiant esse etiam de fide. Et juxta Vasq. & Ariag. saltem non posse negari sine temeritate.

Prob. 1. ex Conc. later. C. Firmiter *de sum. Trin.* ubi habet *firmiter credimus & simpliciter confitemur quod Deus est immutabilis, & incomprehensibilis*. Ita CC. & PP. Quibus verbis eodem modo definit Deum esse incomprehensibilem quo definit esse immutabilem. atqui definit esse immutabilem de potentia absoluta ergo, &c.

2. Ex PP. Aug. Serm. 38. *attingere aliquantum te mente Deum magna beatitudo est, comprehendere verò omninò impossibile*. Beda in illud S. Ioan. 3. *videbimus eum sicuti est*. Vbi ait *promittitur nobis videre Deum nam comprehendere concedi non potest*, quæ & similia apud Ruiz & Petav. à PP. simpliciter dicta intelligi debent de potentia absoluta.

Cognitio creata non potest adæquari increatæ, adeoque nec divinæ cognoscibilitati.

3. Ratione, quia nulla cognitio creata potest adæquari divinæ cognitioni, ergo nec divinæ cognoscibilitati (cui ita adæquatur diuina cognitio, ut nec eam excedat, nec ab ea excedatur) alioqui enim, cùm adæquata uni tertio sint adæquata inter

se;

se, etiam adæquaretur divinæ cognitioni, adeoque esset infinita, quod repugnat.

Deus à CC. & PP. dicitur ineffabilis; quia nominari non potest etiam à beatis nomine respondente ejus comprehensioni, sed solum respondente eorum visioni, ejus cognoscibilitatem non adæquanti.

Possunt præscindi perfectiones Dei abstractivè er. & intuitivè.

72 Posito quod in Deo detur distinctio virtualis sita in formalitatibus intrinsecis independenter ab intellectu virtualiter diversis, possunt viderr aliquæ perfectiones absolutæ seu tribus personis communes, Deo intrinsecæ aliis formaliter non visis, sed solum materialiter & entitative, quatenus sunt res eadem. Ita Scotistæ Palud. Antoni Granad. Arriag. Veken. Hurt. & alii contra Thomistas Mol. Val. Suar. Vasq.

Prob. 1. quia quamvis realiter sint una & simplicissima entitas, in ea tamen hypothesi distinguuntur virtualiter adeòque sufficienter ut possint objective præscindi quoad intrinseca per cognitionem abstractivam & consequenter etiam per intuitivam, cùm non magis repugnet idem sub diversis formalitatibus clare videri & non videri, quam abstractive cognosci & non cognosci in utroque enim est æque apparens contradictio.

Beati intuitivè præscindunt.

2. Quia de facto beati non vident distincte quidquid formaliter est in Deo, ut patet ex Epiph. Hæres. 70. ubi ait *quamvis aliqui videant Deum, non tamen comprehendunt, quia aliquid Dei latet ipsos.* Naz. orat. 36. ubi dicit Deum non posse comprehendi à creatura *quia nulla potest invenire totum quod est Deus.* Hilar. lib. 12. de Trin. *nulla te, nisi mens tua penetrat, nec profundum immensæ maiestatis tuæ.* Ergo beati vident aliquas perfectiones Deo intrinsecas aliis non visis. Ergo possunt videre unum attributum sine alio.

Cùm aliquid Dei ipsos lateat, ut rectè Epiph.

Intuitio corporea præscindit à ratione numerica &c.

Confirm. 1. quia visio corporea distincte percipit rationem specificam albedinis, non tamen numericam specificæ realiter identificatam quod patet ex eo quod si in charta loco albedinis A. substituatur divinitus albedo B. ejusdem intensionis, figuræ &c. Visu corporeo deprehendi non poterit mutatio quæ

tamen

tamen manifeste adverteretur, si loco albedinis substitueretur nigredo. Item visio corporea non percipit habitudines transcendentales, quas dicit v. g. ad Deum ut est creatura & ad subjectum ut est accidens, cum non discernat an albedo sit substantia aut accidens, à Deo, vel non ergo præscindit rationem albedinis ab habitudinibus sibi realiter identificatis: Ergo à fortiori visio intellectualis, quæ est corporea multo perfectior & abstractionis capacior, potest videre unam Dei perfectionem alia non visa quamvis realiter identificata. 2. quia unio hypostatica terminatur ad rem ut in se est, & tamen terminatur ad personalitatem Verbi & non ad essentiam ei identificatam. Ergo idem potest visio.

Item unio Hypostatica personalitatem ab essentia.

73. Dices cognitio intuitiva est repræsentatio objecti existentis ut existentis: ergo ut in se est a parte rei. Ergo secundùm omnia illi realiter identificata, sic ut non possit videri unum alio non viso.

Intuitio est objecti ut in se est, saltem inadæquate.

R. dist. 1. Conseq. ut in se est secundum id, quod de illo percipit. C. Id enim quod in illo formaliter & distincte repręsentat revera tale est à parte rei, licet non cum ista præcisione, quæ non tenet se ex parte objecti repræsentati, sed ex parte modi repræsentandi. Vt in se est, id est, sic ut formaliter & distincte discernat omnem rationem & modum perfectionis, quem objectum in se habet N. neque hoc est de ratione intuitionis ad quam solùm requiritur 1. ut res videatur in se & non in alio id est per species proprias ipsam repræsentantes, ut in se est, & non per alienas ipsam repræsentantes alio modo quam in se sit v. g. ad modum corporis, cùm sit spiritus 2. ut dependeat ab existentia rei exercita & de ea per se ex suo modo tendendi, independenter ab extrinseco motivo aut discursu, intellectum certificet. Tales sunt (juxta Mendozam & alios) cognitiones nostræ fundatæ in experientia sensuum, modo tamen imperfecto; cum de existentia objecti exercita nos non certificet metaphysice, sed solùm Physice.

Non in alio, nec speciebus alienis.

Hinc 1. cognitio intuitiva non potest esse abstractiva hoc sensu, quod sit repræsentiva objecti per species

A qua proinde non potèst abstrahere.

species alienas, abstrahendo ab existentia ejus exercita, sic enim opponitur intuitivæ, sed bene hoc sensu, quod sit inadæquata, & præcisiva unius perfectionis, cognitæ ut in se est, ab alia non cognita, qua ratione non opponitur cognitioni intuitivæ, sed adæquatæ & comprehensivæ.

Non potest videri Deus non visa eius existentia asseitate &c.

2. Non potest videri Deus non visa ejus existentia, cum visio præsertim intellectualis sit essentialiter objecti existentis ut exercite existentis. Etiam non potest videri non visa aseitate, quia non potest videri ut in se est, seu ut Deus, nisi videatur secundùm aliquam rationem, secundum quam per omnia distinguitur ab omni ente, quod non est Deus identice.

Potest non visa justitia æternitate &c.

Non repugnat tamen Deum videri visione non Beatifica, tam imperfecta ut per eam non discernatur an sit justus, æternus, &c. imo, inquit Ariag. nequidem discernatur an objectum quod videtur sit Deus, sicut dum eminus videtur coloratum non discernendo quid sit. Hac ratione sentiunt nonnulli posse videri ens in communi, hoc sensu, quod possit videri aliquid tam confuse, ut vi istius visionis solum discernatur ab omni non ente; non verò ab ullo ente.

Intuitio est quidditativa saltem inadæquatè.

3. Cognitio intuitiva est necessario quidditativa, seu propria & germana rei ut in se est perfecte aut imperfecte seu inadæquate, non tamen necessario perfecte seu adæquate; cum creata Dei cognitio perfecte quidditatiua seu comprehensiua repugnet, ut ostensum est sup. n. 61.

Visio est totius Dei realiter, non præscindit de lege ordinaria, nec objectivè.

74 Dices 2. S. Th. 3. p q. 3 a. 3. ait, *cum Deus cognoscitur sicuti est, impossibile est quod circumscribatur per intellectum aliquid à Deo, & quod aliud remaneat, quia totum est unum.* R. S. D. loquitur de lege ordinaria non de potentia absoluta, sicut hic q. 12. a. 11. O. ubi habet: *dicendum quod ab homine puro Deus videri per essentiam non potest, nisi ab hac mortali vita separetur.* Vel certe solum vult, quod Deus necessario videatur totus realiter & identice, quo sensu eadem q. 11. a. 7. ad 2. dicit: *non propter hoc Deus incomprehensibilis dicitur, quasi aliquid eius sit quod non videatur: sed quia non ita perfecte videtur sicut visibilis est.*

Adde quod S.D. ut summum solum excludat præcisio-

cisionem objectivam, non formalem, quam supponit dum ait à beatis non videri in Deo ut in causa omnes creaturas possibiles, sed ab uno plures, ab alio pauciores. Ex dictis.

1. Intelligibilitas Dei, seu vis motiva divinæ essentiæ per modum speciei, est virtualiter divisibilis, sicut ejus entitas, ita ut possit movere ad visionem attributi unius, & non alterius, idque pro Dei arbitrio, cujus voluntati subest omnis motio ad extra; unde movet quidem sicut movent species creatæ, sed seclusis imperfectionibus; adeoque non necessario, ut istæ, sed liberè, quatenus potest Deus concursum essentiæ ut speciei cohibere, & limitare tum per lumen gloriæ ad certas perfectiones restrictum, tum per concursum generalem in genere causæ efficientis, similiter restrictè exhibitum, tum etiam immediato suæ voluntatis imperio, posito quòd influxus essentiæ per modum speciei sit effectivus.

Intelligibilitas Dei est virtualiter divisibilis.

Et ejus motio libera.

2. Singulæ perfectiones Deo intrinsecæ tam relativæ, quam absolutæ habent sibi propriam intelligibilitatem motivam, æquè ac terminativam: cur enim non possent seipsis movere ad visionem quam seipsis debent terminare, ut videantur? Omne quod est visibile oculo corporeo potens est per se, aut species sui vicarias movere ad sui visionem. Ergo similiter visibile, oculo mentis &c.

Ac singulis perfectionibus propria.

3. Simplex & indivisibile realiter potest partim videri, partim non videri, si sit divisibile virtualiter. Unum attributum nō est minus idem realiter cum altero attributo quā petrus cum seipsis, est tamen minus idem virtualiter, & ideo potest videri unum sine alio, licet Petrus non possit videri, Petro non viso.

Indivisibile virtualiter divisibile potest præscindi.

4. Visio, quæ de facto datur, continet per æquivalentiā formalem infinitas visiones infra se possibiles, Deum magis semper ac magis inadquatæ repræsentantes adeoque proportionaliter decrescentes, in perfectione, & etiam crescentes incremento decrescente unde non magis sequitur infinitudo simpliciter in visione de facto existente illas continente, quam sequatur in ligno pedali ex infinitis proportionalibus decrescentibus, quas in se continet.

Visio Dei continet infinitas possibiles infra se decrescentes.

5. Æter.

5 Æternitas, immensitas, infinitas, simplicitas & similia attributa, quæ ex suo conceptu habent se ut determinationes alterius, non possunt videri solæ sine alio saltem abstractive cognito: uti nec modi sine suo modificato.

Potest videri essentia sine person. intuitive cognitis.

75. In eadem hypotesi distinctionis virtualis potest videri essentia sine personalitatibus & contra; tum quia inter personas & essentiam datur mutua exclusio quoad conceptus formales & distinctio virtualis sufficiens ad hoc ut possint ab invicem præscindi, tam per cognitionem intuitivam, quam per abstractivam, tum quia unio hypostatica de facto terminatur ad personalitatem verbi & non ad essentiam, ergo similiter visio &c.

Non tamen sine abstractive cognitis.

Dices divina natura essentialiter postulat tres personalitates. R. inde tantum sequitur quòd videri non possit prout dicit istam exigentiam, quin personalitates, saltem abstractive cognoscantur, cum quo stat, quòd videri possit sine illis intuitive cognitis. Similiter modi physici, possunt per intellectum videri modificato non viso, sed solum abstractive cognito; non tamen per visum corporeum; quia secundùm se non continentur intra ejus objectum, sed ut summum, quatenus sunt determinatio alicujus colorati.

Si personalitates non possint videri nisi per essentiam fungentem vice speciei, ut varii sentiunt, quod nobis non probatur, fatendum est essentiam necessariò videri ut quò ad hoc ut videantur personalitates, non tamen ut quod, ut patet ex speciebus visibilibus colorum.

Similiter videri potest una persona sine alia etiam directè opposita.

Potest etiam una persona videri sine alia etiam directe ipsi opposita; quia personæ distinguuntur inter se etiam realiter, & earum relativa oppositio non exigit ut visa una etiam altera videatur sed solum ut abstractive cognoscatur tanquam relationis visæ terminus, quod patet ex cognitione abstractiva effectus in causa visa & contra, item ex cognitione abstractiva cujusvis relativi necessariò attingente ejus correlativum, sed non eodem modo.

Seclusa dist. virtualis.

76. Etiam seclusa distinctione virtuali fundativa

præ-

præcisionum objectivarum potest Deus videri inadæquate, non quidem quoad intrinseca, sed quoad extrinseca connotata; & cum præcisione, tenent se solum ex parte visionis, non ex parte objecti, sic ut videns Deum distincte quatenus est misericors aut potens producere hominem, possit vi istius visionis non scire, utrum Deus sit justus aut potens producere leonem. 1. Prob. quia, in ea hypothesi, divinæ perfectiones nullo modo distinguuntur quoad intrinseca ac proinde sic non possunt ullo modo præscindi præcisione tenente se ex parte objecti. Distinguuntur tamen quoad extrinseca, unde quoad hæc possunt præscindi abstractive, & consequenter etiam intuitive præcisione se formali tenente ex parte solius visionis. — potest videri Deus inadæquate quoad extrinseca.

Hinc Deus videndo se aliquo modo præscindit personalitates ab invicem, & ab essentia, non quidem apprehensive, seu per apprehensionem sibi repræsentando personalitatem unam sine aliis, aut sine essentia, vel contra: sed velut judicative per affirmationem virtualem, qua simplici intuitu suæ divinitatis de personalitate Filii v.g. æquivalenter affirmet produci, immediate uniri, & non de essentia, quod est quasi judicative entitatem divinã præscindere, & velut partiri in productũm, & non productũ. — Potest Deus præscindere suas personalitates indicative.

77. Beati de facto vident formaliter divinam essentiam, & Trinitatem personarum. Est de fide ex Flor. in decret. de purg. definiente *animas beatorum intueri clare ipsum Deum Trinum, & unum.* Item omnia attributa stricte quod etiam certum est imo juxta Suar. de fide. Prob. tum ex Script. 1. Cor. 13. & alibi promittente visionem Dei facie ad faciem: tum ex PP. apud Suar. & Petav. Ruiz. id aperte significantibus ac nominatim Aug. de Civit. *quid videbimus nisi Deum, & illa omnia, quæ nunc non videmus credentes.* Ratio est quod visio Beatis concedatur modo connaturali, non est autem connaturale videre essentiam sine personis suis complementis intrinsecis. — Beati vident Deum Trinum ejusque attributa strictè. — Est de fide & connaturale visioni Beatificæ.

Non vident tamen omnia attributa late, seu partiales modos attributorum, ut sunt speciales habitudines divinæ omnipotentiæ aut scientiæ ad quævis — Non tamen omnia attributa latè, cũ Deũ non cõprehendant.

possibilia in particulari; quod patet ex ratione secunda n.72. allata, cui adde quod alioqui eorum visio esset comprehensiva saltem extensive quod repugnat ex dictis n.61. hinc quælibet visio est aliquo modo præcisiva, quo tamen non obstante est repræsentativa Dei ut Dei, quia istæ rationes partiales attributorum seu perfectiones secundariæ, juxta varios contra Ariag. ex suo conceptu tales sunt ut si per impossibile Deo non competerent adhuc esset simpliciter infinitus & consequenter Deus, licet non idem individualiter, qui nunc est.

Videri formaliter in verbo est cognosci indirectè in essentia visa ut in medio.

78. Notandum pro nu. seqq. 1. creaturas videri in verbo, non est videri seu cognosci in secunda persona, sed in essentia, cui per analogiam tribuitur nomen verbi, eò quod sit manifestativa rerum à se distinctarum.

2. Videri formaliter in Verbo est videri seu cognosci in essentia habente rationem objecti formalis, hoc est per ipsam visionem divinæ essentiæ, & vi ipsius, ut medii cogniti, cum creaturis ita connexi ut in se visum ducat in cognitionem illarum indirectam.

Videri causaliter est cognosci directè, sed dependenter ab essentia visa.

3. Videri in verbo causaliter est videri seu cognosci cognitione distincta à visione verbi, ab ea tamen physicè aut moraliter dependente, quatenus per speciales revelationes seu illustrationes à Deo datur ratione status Beatifici, velut quoddam ejus complementum.

4. Respectu hujus cognitionis Verbum non habet se ut objectum formale, unde per eam creaturæ non videntur in verbo proprie, cum per eam non cognoscantur indirecte, in alio, sed directe in se ipsis, per occasionem tamen aut causalitatem seu velut in gratiam visionis verbi.

Visio proprie dicta creaturarum in verbo est virtualiter duplex, quia habet duplex objectum verbum scilicet & creaturas; ut attingit Verbum est intuitiva & ratione prior seipsa ut attingente creaturas sub qua ratione est abstractiva. Differt à cognitione unius ex alio, v. g. consequentis ex antecedente, in eo quod hæc attingat consequens directe & in se per species proprias, antecedens autem, ex quo, ut de-

ut determinante procedit, indirecte, ut communius philosophi: illa vero contra attingat essentiam directe & in se, creaturas autem indirecte, & in alio per speciem ipsius essentiæ.

5. In creaturis possibilibus potest considerari duplex esse, nempe esse proprium, quod haberent si producerentur, & esse increatum seu pure eminentiale, quod à PP. & DD. dicuntur habere in Deo; de isto esse Anselm. Monolog. c. 35. dicit *creatura in Deo est creatrix essentia*. Hoc sensu Aug. exponit illud Ioan. 1. *quod factum est in ipso vita erat*. Cùm hoc esse creaturarum sit ipse Deus, certum est videri in Deo, adæquate viso: unde hic solum agitur de earum cognitione in verbo secundum suum esse proprium. Cognosci secundum esse proprium, & cognosci in se seu in proprio genere non sunt idem, quia, ex usu hic recepto, *ly secundum*, solum significat rationem terminativam, ly in, etiam motiuam, sic ut cognosci in se sit per propriam sui speciem movere ad sui cognitionem.

Esse eminentiale possibilium in Deo est ipse Deus.

79. Beati vident creaturas ut possibiles secundum suum esse proprium formaliter in Verbo. Ita S. Tho. Cajet. Ferar. Suar. Mol. Ariag. contra Occham, Gabriel. Vasq. Becan.

A Beatis videntur in verbo possibilia secundùm esse proprium.

Prob. 1. ex PP. Dionys. de divinis nom. c. 7. ubi ait *Divina mens per causam rerum omnium in se, omnium rerum scientiam anticipatam habet*. Et infra: *seipsam ergo cognoscens divina sapientia ponit omnia*. Ergo (ut recte infert S. Th. q. 38. a. 7. O) etiam Beati videntes Deum in se, sicut ipse videt seipsum, in eo, ut in motivo formali, seu medio in quo, vident formaliter creaturas possibiles saltem aliquas. Ex Aug. l. 4. de gen. ad lit. c. 22. & seqq. lib. 11. de Civit. Dei c. 7. & alibi agnoscente in Beatis Angelis creaturarum cognitionem *Matutinam*, id est, clariorem, qua creaturas vident in verbo, ut in arte qua factæ sunt: & *Vespertinam*, id est minus claram, qua easdem vident in se ipsis extra visionem. *Matutina* non potest intelligi, ut vult Vasques, de cognitione creaturarum secundum esse eminentiale, quo sunt vita Dei; quia

In quo juxta Aug. cognoscuntur cognitione matutinæ seu claris.

ut recte Suar. secundum illud esse non sunt factibiles per artem in qua videri possint ut ibi docet Aug. qui l. 4. de Gen. ad lit. requirit cognitionem vespertinam, qua creaturæ distinguantur à creatore, nempe per cognitionem directam & experimentalem earum existentiæ.

Dei potentia est essentialiter connexa cum possibilibus particulari.

Prob. 2. quia Dei potentia dicit habitudinem transcendentalem ad omnes creaturas possibiles in particulari, vel (ut quidam malunt) habet necessariam cum illis connexionem; quandoquidem non possit intelligi, nec ullo modo explicari divina omnipotentia sine ordine ad illas Ergo clare, & distincte visa ut productiva harum aut illarum creaturarum possibilium, necessario ducit in cognitionem earum indirectam: siquidem impossibile est ut videatur distincte habitudo essentialis ad aliquem terminum, ipso termino abstractive saltem, & indirecte, non cognito, cum non possit intelligi pater non intellecto indirecte filio. Simili argumentum formari potest de ideis, & scientia possibilium, quæ cum sit necessaria, non completur per terminum extrinsecum ut libera, ac proinde est adæquate Deo intrinseca, & connexa cum possibilibus, quæ repræsentat.

In ista connexione cognoscuntur possibilia.

Confir. 1. quia non potest videri in mente artificis conceptus rei faciendæ non cognita indirecte re facienda 2 Essentia Divina est perfectissima sui ipsius species, & eminenter species omnium rerum, à quibus est participabilis: ergo potest movere ad visionem sui & simul ad cognitionem tum directam, tum indirectam rerum omnium saltem distributive ergo potest movere ad actum, qui sit directe visio Dei, & indirecte cognitio objecti cum ipso connexi.

Deus essentialiter respicit possibilia ut suos effectus, nullo modo, ut specificativa

80. Essentialis habitudo, qua essentia divina sub ratione potentiæ, ideæ &c. respicit creaturas possibiles nullam in Deo dependentiam aut imperfectionem importat: cum illas non respiciat ut causas in ullo genere, sed tanquam effectus ab illo, ut primo principio essendi, necessario dependentes ex quo potius arguitur in Deo summa perfectio causæ videlicet, & artis primæ. Aliud est in creaturis, in quibus ejusmodi habitudines ut plurimum important depen

pendentiam à terminis suis in aliquo genere causę & fere ut à causa efficiente vel finali; patet in potentia dependente, ab actibus, quos respicit ut à causa finali, & hi ab illa ut à causa efficiente. Quod cum in Deo locum non habeat, ejus habitudines essentiales non specificantur a terminis extrinsecis proprie quoad se, seu à priori; sed solum arguitive, & quoad nos, seu à posteriori quatenus diversitas terminorum ducit nos in notitiam diversitatis habitudinũ. Quod verò possint dari habitudines essentiales sine dependentia à terminis constat ex personis divinis se mutuo essẽtialiter respicientibus, absq; dependentia ab invicẽ.

Neque ex hoc, quod Deus sine creaturis possibilibus existere non possit, legitime inferri potest eum ab illis dependere; cùm talis connexio non oriatur ex indigentia Dei, sed ex infinita ejus abundantia, & fœcunditate, qua fit ut omne ens possibile in illo, tanquam primo essendi principio, eminenter & virtualiter contineatur, non quidem secundum esse actuale, cum possibilia nullum tale esse habeant priusquam ponantur extra causas, sed secundum esse potentiale, seu quod esset, si similiter Deus non potest existere sine negationibus compositionis, dependentiæ; pluralitatis in natura & similibus, à quibus certò non dependet, cum nihil sint.

Deus nõ potest esse sine possibilibus, non ex indigentia, sed ex abundantia perfectionis.

Vnde absque ulla Dei imperfectione admitti potest, & debet cum Lugo, VeKeno aliisque communius contra Vasques, quod Deus esset impossibilis, si vel unica musca foret impossibilis: Item quod Deus non magis necessario existat, quam musca sit necessario possibilis: quia cum muscam esse possibilem in re ipsa aliud non sit; quam divinam essentiam ex suis intrinsecis esse sic à musca participabilẽ & imitabilem, tam repugnat muscam esse impossibilem, quam repugnet Deum non esse intrinsece talem, qualis de facto est. Vnde posita impossibilitate muscæ, ponitur impossibilitas Dei simpliciter, & non solum (ut quidam volunt) hujus numero Dei, qui de facto est, cum æque implicet esse alium numero Deum ab eo, qui de facto est; quam Deum non esse, aut esse plures Deos.

Hinc Deus esset impossibilis, si vel unica musca esset impossibilis.

Muscam esse possibilem est Deum esse id quod est.

Divina essentia est transcendentaliter respectiva possibilium vel cum ijs connexa.

Dices 2. divina essentia est absoluta non respectiva R. relatione prædicamentali, quæ sit accidens Deo inherens C. transcendentali, N cum Granad. Ruiz. VeKen. Deinde si quis cum Suar. Herice, Fasol. senciat Deo repugnare habitudinem essentialem ad creaturas, cum ipsis dicat Deum habere necessariam connexionem cum creaturis possibilibus, quatenus ex suis intrinsecis illas virtualiter continet: quæ tamen connexio rigide loquendo non tam sit rerum, cum possibilia extra Deum nihil sint, quam harum veritatum; Deus est: creatura est possibilis, etiam hæc aut illa determinate: non potest enim una ex illis veritatibus subsistere, altera non subsistente.

Relatio essentialis in creatis est imperfecti ad perfectibile, non in divinis.

Dices 3. omnis relatio transcendentalis est inclinatio rei imperfectæ ad suam perfectionem R. in creatis, in quibus omnis causa aliquomodo perficitur per suum effectum, saltem hoc sensu, quod per illum conservet suum esse specificum, & assequatur suum finem C. in Deo nullam habente indigentiam eorum quæ respicit N.

Dices 4. creaturæ possibiles non sunt formaliter in Verbo, ergo, &c R. non dicimus videri ut, existentes in verbo formaliter, sed videri in verbo ut motivo formali seu ut medio, in quo est vis motiva ad earum cognitionem modo explicato sup. num. 78. Not. 2. unde videntur in verbo motive non terminative ut recte VeKen.

Deus potest videri absque ullis creaturis, non videtur sine illis.

82. Potest videri Deus ita inadæquate, ut in eo nullæ videantur creaturæ, cum possit videri præcisè secundum attributa, quæ nullam dicunt habitudinem ad creaturas, qualia sunt immortalitas, simplicitas, æternitas, essentia incomplete sumpta præcisè pro substantia a se, &c.

Beati enim vident attributa cum illis etiam in particulari connexa.

De facto tamen ita videtur, ut in eo videantur creaturæ possibiles tum in communi; cum beati videant omnia attributa strictæ, & velut totalia, quorum aliqua (ut idea, potentia, & sapientia, quæ ab Aug. dicitur *ars faciendorum*, & scientia, &c.) ita essentialiter respiciunt creaturas possibiles ut non possint intelligi sine ordine ad illas saltem sub communi conceptu entis possibilis; tum etiam

aliquas

aliquas in particulari; cum perfecta visio Dei facie ad faciem sicut in se est, beatis promissa, videatur debere Dei attributa, ita penetrare, ut saltem aliquas particulares habitudines, ad certas creaturas, in iis attingat, & consequenter indirecte ipsas creaturas.

Determinatur autem intellectus beatorum ad has speciales habitudines, & consequenter creaturas in Deo videndas potius quam alias, à lumine gloriæ ex sua ratione specifica aut individuali, ad has, & non alias manifestandas determinato, vel à divina essentia per modum speciei pro Dei libitu ad has potius; quam ad alias percipiendas movente. vel certe a concursu Dei ad has, & non ad alias repræsentationes exhibito.

Determinatio visionis ad repræsentationem horum possibilium est vel à lumine gloriæ vel ab essentia ut species vel a concursu Dei.

Hinc visio beatifica uti, & lumen gloriæ est quidem in omnibus beatis ejusdem speciei theologicè, & moraliter; quia in omnibus habet idem specificativum principale nempe divinam essentiam, & omnes absolute beat non tamen physice, cum in quibusdam repræsentet plures, in quibusdam pauciores in alijs has, in aliis alias creaturas possibiles, ad quas dicit essentialem ordinem.

83. Nullus intellectus creatus potest videre in Deo omnes creaturas possibiles. Ita S. Tho. cum suis, Scot. cum suis Mol. Suar. Vasq. contra Val. Herice. Ariag. Prob. 1. quia alioqui comprehenderet Deum, saltem extensive, secundum attributa, in quibus videntur possibilia, quod repugnat Scrip. & PP. sup. n. 71. 2. quia talis visio repræsentaret, & quidem distincte ac velut in actu exercito, infinita sincategorematice adeoque plura, & plura, ac perfectiora in infinitum, & consequenter deberet esse infinita actu (quod, ut hic suppono, repugnat) quandoquidem eò majorem requirat perfectionem, & attentionem quo plura, & perfectiora distincte repræsentat.

Visio non potest repræsentare in verbo omnia possibilia.

Deinde contineret per æquivalentiam formalem cognitiones possibiles perfectiores ac perfectiores in infinitum, quarum una repræsentaret unam creaturam, alias duas; alia tres, & sic

Non est intuitiva possibilium, est

in finitum, adeoque contineret gradus perfectionis uni certo æquales, imò, & majores semper ac majores.

tamen quidditativa, per speciem causæ in qua perfectè cōtinetur possibiliū quidditas.

Ex dictis patet 1. visio rerum possibilium in verbo, non est formaliter intuitiva, cum illas non repręsentet ut exercite existentes in se ipsis, neque per species proprias, sed abstractiva: est tamen quidditativa, qua repræsentat earum quidditatem ut in se est, per speciem causæ, in qua perfectissime continentur secundum suas rationes proprias, dicuntur nihilominus per illam videri, quia repræsentantur per actum, qui est visio respectu sui objecti primarii ac directi, & æque clare ac si viderentur in seipsis: imo etiam clarius juxta Aug. sup. n. 79. de cognitione matutina.

Possibilitas, est a Dei essentia, &c.

2. Concurrunt ad creaturarum possibilitatem ex parte Dei 1. divina essentia, ut sic vel sic participabilis, 2. cognitio dirigens earum productionem, 3. voluntas imperans. 4. potentia exequens: à potentia tamen præcipue, & magis proprie dicuntur simpliciter factibiles, a cognitione autem, & voluntate facti biles liberè.

Dei scientia & amor possibilium illa repræsentat.

3. Scientia simplicis intelligentię uti, & complacentia, quam Deus habet de rebus possibilibus sunt perfectiones necessarię, ac proinde non complentur per terminum extrinsecum pro sola actuum liberorum completione excogitatum, & consequenter sunt adęquate Deo intrinsecæ; unde cum ad possibilia, quæ attingunt, dicant habitudinem essentialem, illa repræsentant ut medium cognitum.

Cognitio omniū possibilium esset infinita.

4. Licet creaturæ possibiles, in sententia negante infinitum categorematice, solum sunt infinitæ sincategorematice, arguunt tamen perfectionem actu infinitam in cognitione distincte illas omnes repræsentante, sicut in potentia actualiter habente virtutem illas omnes producendi: illa enim virtus est tota simul, & sine ullo perfectionis termino. Aliud est de visione Dei, quæ ejus infinitatem non repræsentat in actu exercito, seu discernendo omnes rationes partiales perfectionis, per quas illa infinitudo

do quodammodo exercetur, sed solum in actu signato, & ideo non est infinita.

6. In sententia admittente infinitum actu, visioni omnium possibilium in Deo sola apponi potest incomprehensibilitas extensiva divinæ omnipotentiæ.

84. Beati non vident, nec videre possunt creaturas ut existentes formaliter in verbo: ita Occam, Dur. Recupit. VeKen. contra Thomistas, varios Scotistas, Suar. Granad. Fasol. Prob. quia divina essentia quomodocumque sumpta non habet ex suis intrinsecis, necessariam connexionem cum ulla creatura pro ut existente. Ergo non potest ut medium cognitum ducere in cognitionem ullius creaturæ, ut existentis actu, consequentia patet quia tota ratio cognoscendi creaturas in Deo est connexio quam Deus habet cum illis seu ordo transcendentalis quem dicit ad illas. Antec. prob. quia essentia secundum se spectata antecedenter ad omne decretum liberum, & etiam ipsa decreta libera, ac scientia visionis creaturarum (posito quod compleantur extrinsece ut infra n.142.) secundum id quod dicunt Deo intrinsecum, sunt omnino indifferentia ad earum existentiam & non existentiam. Ergo nihil est in Deo quod possit esse medium, in quo videatur creaturarum existentia ut de facto exercita.

Creaturæ ut existentes non possunt videri formaliter in verbo.

Quia cum illis non est connexum.

85. Confir. 1. quia nihil est in Deo, quod non sit necessarium, & nihil est in creatura ut existente, quod non sit contingens: atqui nullum necessarium potest habere necessariam connexionem cum contingente ergo nihil est in Deo, quod sit necessario connexum cum creatura ut existente. Ergo nihil est, quod ut medium cognitum ducere possit in ejus cognitionem, medium enim debet esse connexum cum eo, quod manifestat 2. Si Deus nihil omnino creasset omnia Deo intrinseca haberent se eodem prorsus modo, quo nunc: atqui eo casu non manifestarent creaturarum existentiam: ergo neque jam.

Necessarium non potest esse connexum cum cōtingente; adeoque nec movere ad ejus cognitionem.

Hinc nequidem Deus videt creaturas quatenus

Ne quidem intellectum divinum.

nus existens in sua essentia, ut in medio cognito quippe quæ etiam ut habens vim speciei intelligibilis respectu intellectus creati, nullam habet connexionem cum existentia creaturarum, sub qua tamen ratione etiam non visa potest movere intellectum creatum ad visionem cujusvis objecti creati; cum eminenter contineat omnem virtutem motivam cujusvis speciei creatæ, quæ non visa movet ad visionem sui objecti, cujus est vicaria.

Facta videntur verbo secundum esse essentia.

Cùm Aug. sup. n.79. & Bernard. l.5. de consid. c.1. dicunt *angelos videre in verbo, facta per verbum*; intelligendi sunt de factis visis secundum esse essentiæ, non secundum esse existentiæ: vel certe de visione in verbo causaliter ut dicetur n. seq.

Potest quidem in creatis causa in se visa ducere in cognitionem effectus a se dependentis, quando operando intrinsece mutatur, ut in sententia ponente actionem in agente, vel quando est ita necessaria, ut non possit existere naturaliter sine suo effectu, ut sol sine luce; aut nequidem supernaturaliter, ut causa physice prædeterminata sine effectu, ad quem est prædeterminata: sed nihil horum in Deo locum habere potest.

Et causaliter.

86. Vident tamen beati creaturas, etiam ut existentes, in verbo causaliter, modo explicato sup. n. 76. prob. ex August. l.13. confessionum c.15. docente angelos *videre faciem Dei semper & ibi legere quidquid velit æterna voluntas ejus*. Bern. lib.15 de consid. c.4. asserente *beatos videre in Deo cogitationes pacis: mysteria bona voluntatis;* quibus aperte significant (ut & alii PP. apud Suar.) creaturas etiam ut existentes videri in verbo: atqui non possunt videri formaliter ut jam probatum est, ergo videntur causaliter. Hinc divina essentia ab Aug. Epist. 111. & 112. & Conc. Senon. can 13. dicitur *speculum voluntarium*; quia nempe Deus, per eam, ut in se est clare exhibitam, beatis manifestat quæcumque vult, sive possibilia sive existentia, sed diversimodè, illa formaliter ut in medio cognito, hæc solum causaliter.

Hoc solùm volunt PP. Dei essentiã appellantes speculũ voluntarium.

Beati vident causaliter in verbo myste.

87. Circa creaturarum existentiam, hæc probabiliter clare & distincte cognoscunt beati: 1. myste-

mysteria nostræ fidei v.g. Incarnationis, Prædestinationis, Eucharistiæ, Resurrectionis &c. ria fidei & omnia ad ipsos pertinentia.

2. Cœlum, elementa, & præcipuas rerum naturalium species.

3. Res quæ geruntur in hoc mundo specialiter ad ipsos pertinentes, qualiter ad parentes pertinent filii, ad suos fundatores ordines religiosi, & ad quosvis beatos præces ad ipsos fusæ. Horum enim cognitio videtur ab ipsis rationabiliter desiderari, adeoque ipsis connaturaliter debita, tamquam complementum suæ beatitudinis.

Ea quorum notitiam habent ab initio sui status beatifici, probabilius per ipsam visionem beatificam cognoscunt, ipsa essentia concurrente per modum speciei (qua ratione etiam ipsa visio reflexe potest cognosci per se ipsam) alia verò, quorum notitiam successive acquirunt, per actus scientiæ infusæ entitative supernaturalis, si objecta sint supernaturalia, naturalis si naturalia. Horum enim notitia est ipsis connaturaliter debita.

Hæc enim objecta videri non possunt per visionem beatificam, nisi vel ipsa visio pene assidue mutetur, una desinente, altera succedente, quod videtur absurdum; vel eadem manens successive alia atque alia repræsentet objecta secundaria, quod repugnat; cùm etiam ab illis intrinsecè specificetur aut modificetur. Habetur per visionem, & per scientiam infusam, ad aliqua futura se extendentem.

Probabiliter vident beati etiam varia futura contingentia ad ipsos spectantia, non tamen diem judicii, cum Christus dicat Matth. 24. *de die illa nemo scit*.

An autem ista futurorum cognitio in beatis dicenda sit intuitiva est quæstio de nomine: si enim ad intuitionem creatam requiratur dependentia ab exercita objecti existentia, non est intuitiva; cum enim existentia futurorum in sua temporis differentia jam nihil sit, ab ea pendere non potest cognitio jam existens: si verò solum requiratur ut objectum repræsentet, ut in se est, certificando intellectum de ejus existentia in sua temporis differentia, est intuitiva (cùm hoc utrumque præstet) ut foret visio albedinis ad quam non concurreret Quorum respectu est intuitiva late.

albe-

albedo per speciem sui repræsentativam, Deo per se hujus vices supplente.

CAPUT III.

Scientia Dei.

§. I.

Divisio scientiæ Dei, ejusque terminatio ad creaturas, ut illius objectum & effectum.

Scientia Dei alia visionis alia simplicis intelligentiæ, hæc est rerum ut possibilium, illa ut existentium.

88 Scientia Dei realiter simplex, virtualiter multiplex, dividitur. 1. in scientiam visionis, quæ est cognitio rerum ut existentium, & simplicis intelligentiæ, quæ est cognitio rerum præcisè ut possibilium: differunt autem inter se visio, & simplex intelligentia, non ex parte objecti, cum omninò idem represententi; sed ex parte modi tendendi: quod nempe hæc tendat per modum simplicis repræsentationis, illa verò per modum affirmationis existentiæ objecti, non quidem componendo, sed simplici intuitu Deum certificando de rei existentia.

Scientia approbationis superaddit Dei complacentiam.

Scientia approbationis non distinguitur intrinsecè & in ratione scientiæ ab alterutro ex istis membris, sed solùm connotato extrinseco, nempe ratione voluntatis adjunctæ aliquid faciendi, in quo Deus sibi complacet, aut simplicis complacentiæ in factis.

Necessaria est de objecto necessario, libera de libero.

2. In necessariam, qualis est quæ terminatur ad objecta necessaria, ut sunt Deus, & creaturæ possibiles, & in liberam, quæ terminatur ad contingentia ut sunt creaturæ existentes.

3. In scientiâ practicâ, quæ est de objecto operabili à Deo, & consequenter apta eũ dirigere ad illius effectionem; & in speculativâ, quæ non est de objecto operabili, ac proinde sistit in ejus contemplatione.

Deus seipsum comprehendit comprehensione infinita.

89. Deus comprehendit seipsum, idque assiduè, cum sit infinitè intelligibilis, infinitè intellectivus & sibi summè unitus: hinc Apost. 1. Cor. 2. *quæ Dei sunt, nemo novit, nisi spiritus Dei*. Quamvis Deus seipsum comprehendat, non est (ut quidam objiciunt) sibi finitus: quia infinitas suæ naturæ perfectiones infinitè intelligibiles comprehendit cognitione infinita extensivè & intensivè.

Scien-

Scientia, qua Deus comprehendit seipsum juxta Salas, Granad. & alios completur, nostro modo concipiendi cum fundamento in re, per infinitas reflexiones, quibus scit se scire se ipsum, & hoc ipsum scire, scit se scire & sic infinitum.

90. Deus etiam cognoscit alia à se cognitione propria distinctè singula repræsentante. Est de fide contra Averroem ex Apost. ad Heb. 4. *non est ulla creatura invisibilis in conspectu ejus: omnia autem nuda & aperta sunt in oculis ejus:* unde.

Cognoscit creaturas ut existentes.

Creaturæ existentes quà tales terminant divinam cognitionem, non solùm (ut vult Aureolus) secundùm esse quod habent in divina essentia, omnium creaturarum perfectiones eminenter continente, sed etiam formaliter, secundùm esse proprium, quod habent extra Deum; est S. Thom. hic qu. 14. art. 6. & aliorum communissimè.

Cognitione ad illa immediatè terminata.

Prob. 1 quia creaturæ ut existentes, habent proprium esse distinctum a Deo, & consequenter in se, & secundùm se cognoscibile ut distinctum a Deo, cum cognoscibilitas sequatur ens; adeoque secundùm illud esse possunt & debent immediatè attingi a divina cognitione, quæ est essentialiter intellectio omnis intelligibilis, eo modo quo est intelligibile sine imperfectione intelligentis. 2. Quia Deus illas immediatè causat, & amat formaliter secundùm suum esse proprium, adeoque etiam cognoscit, alioqui enim non cognoscerentur verè & propriè, sed solùm impropriè & denominativè, sicut videtur substantia visis accidentibus.

Ut sic enim habent intelligibilitatem propriã uti esse proprium.

Dices. Hiero. in c. 1. Habacuc ait: *absurdum est ad hoc Dei deducere majestatem, ut sciat per momenta singula, quot nascantur culices, quotve moriantur* &c. R. durè loquitur, solùm tamen vult Deum non providere rebus minimis, sicut hominibus: his enim providet magis per se, illos immediatè referendo ad Deum; illis propter homines. Si plus velit, ejus authoritas non debet præjudicare veritati inquit Vasq. q. 14. a. 6.

Hier. vult Deum non providere rebus minimis eodem effectu quo hominibus

91. Etiam creaturæ possibiles quà tales formaliter terminant divinam cognitionem secundum esse pro-

Deus cognoscit creaturas.

proprium quod haberent, si ponerentur extra causas. Est etiam S. Thom. hic & aliorum communis contra Valent. Amic. prob. quia licèt creaturæ possibiles ut sic de facto nullum habeant esse exercitum, & actuale distinctum a diuina essentia, habent tamen distinctum esse objectivum & intelligibile; nempe illud ipsum secundùm quod possunt produci, & quod de facto haberent, si producerentur: ergo possunt & debent ab infinita Dei intellectione immediate attingi secundùm illud suum esse planè idem quod haberent, si essent productæ. Vnde fit ut Deus, sive cognoscat rem ut possibilem, sive ut existentem, semper idem esse attingat, sed nunc ut conceptum tantùm, nunc ut exercitum, sive semel non affirmando existere, semel affirmando existere.

ut possibiles secundùm esse propriū.

Cognoscendo ut possibiles & ut existentes idem cognoscit, sed non eodem modo.

Similiter si haberemus species proprias alicujus individui merè possibilis, illud cognosceremus secundùm suum esse proprium, sicuti Petrum mortuum, nobis, dum viueret, notum possumus nobis repræsentare secundum esse proprium, quod habuit, licet jam non magis sit, quam si nunquam fuisset.

Deus ex Aug. nō respicit extra se exemplar faciendorū.

92. Dices 1. Aug. l. 83. quæst. qu. 46. ait: *non enim Deus extra se positum intuebatur, ut secundùm id constitueret, quod constituebat*: R. solum vult quod nihil extra se aspiceret tanquam exemplar faciendorum; non verò quod ipsas res factibiles non cognoverit secundùm esse proprium. Vnde non sequitur divinam intellectionem specificari a creaturis secundùm illarum esse proprium; nam propriè & realiter à nullo prorsus objecto specificatur, individuatur, aut ullo modo intrinsecè determinatur: cum enim sit ens a se, non potest ab ullo accipere suum esse intrinsecum, & consequenter nec ullam specificationem, aut determinationem intrinsecam.

Nec determinatur, cū seipsa sit summè determinata ad repræsentationem omnis intelligibilis.

Deinde cum ex sua essentia sit actualissima repræsentatio omnis intelligibilis, eo modo quo est intelligibile, non potest ab ullo per modum motivi aut speciei intelligibilis, ad id determinari, nisi valdè impropriè, & secundum nostrum imperfectum

ctum, & chimericum concipiendi modum, juxta quem specificatur à sola essentia divina, suo objecto primario omnem intelligibilitatem creatam eminenter continente, sicut intellectio creata a suo objecto primario, & directo, non autem ab indirecto, nisi arguitive, & quoad nos, cum ab eo per species proprias nullo modo causetur. Non potest itaque Deus magis determinari ab aliquo ad videndas creaturas, posito quod sint, quam ad hoc ut sit Deus, cùm ad utrumque sit à se æqualiter summè determinatus.

Divina essentia non potest seipsa supplere intelligibilitatem terminatiuam creaturarũ.

Dices 2. essentia divina virtualiter continet intelligibilitatem motivam omnium creaturarum, cum à nulla moveatur ad ejus cognitionem, & per seipsam movere possit ad cujusvis creaturæ intellectionem: ergo etiam continet earum intelligibilitatem terminativam, sic ut possit ejus intellectio distinctissimè omnes repræsentare, quamvis ad illas non terminetur sed ad solam essentiam. Prob. con. quia sicut prima continentia pertinet ad perfectionem infinitæ intelligibilitatis divinæ, ita etiam hæc. R. N. seq. ad prob. N. as. disparitas est, quod cognosci seu videri propriè, & in se sit formaliter terminare cognitionem; non verò movere ad sui cognitionem; cum ea, quæ cognoscuntur per species alienas, seu in alio, cognoscantur propriè, & secundum se non tamen moveant ad sui cognitionem. Vndè potest Deus per suam intelligibilitatem supplere intelligibilitatem motivam creaturarum: non tamen terminativam, quia videri est formaliter esse terminum seu objectum visionis sicut fieri est esse terminum actionis. Deinde licet Deus sit infinitè ens, verus, intelligibilis, habent tamen creaturę suam entitatem, veritatem, & intelligibilitatem propriam, ad quam necesse est immediate terminari intellectionem divinam in se continentem omnem perfectionem possibilem in genere intellectionis, adeoque essentialiter repræsentantem omne intelligibile eo modo, quo est intelligibile, sine imperfectione intelligentis. Cum ergo creaturæ sint in se ipsis immedia-

te intelligibiles absque ulla imperfectione Intelligentis necesse est ut divina intellectio illas immediate attingat seu representet.

Nō datur in Deo potētia intelligendi, etiam ratione distincta, nisi fictitia.

93. Non datur in Deo intellectus, etiam sola ratione distinctus per modum potentiæ physicæ elicitivæ & receptivæ intellectionum: quia potentia physica ad intellectionem iis est ex suo conceptu admixta imperfectionibus, ut ab illis purgata non retineat rationem potentiæ physicæ; aliud est de misericordia justitia & potentia, quæ etiam ut depuratæ ab imperfectionibus distinctionis præcisionis &c. illis per nostros conceptus additis, suas proprias rationes misericordiæ justitiæ &c. adhuc retinent. Vnde potentia physica intelligendi in Deo, est æque fictitia ac potentia sensitiva, gressiva, nutritiva &c. Potest tamen deservire sicut alia entia rationis, quæ ex usu passim recepto admittuntur, ad explicanda divina nobis ignota per creata nobis cognita. Ita VeKen apud quem solutas reperies varias Recupiti contrarium sentientis objectiones.

Deus cognoscit possibilia in se ipso, & in se ipsis; existentia solùm in se ipsis.

94. Deus creaturas possibiles qua tales cognoscit in se ipso ut medio cognito, & etiam directè in se ipsis; ut existentes autem solùm in se ipsis, nullo modo in se ipso ut medio cognito. Prima pars patet ex n. 77. tertia ex n. 89. secunda prob. quia divina intellectio [illegible] essentialiter actualis cognitio omnis intelligibilis eo modo quo est intelligibile: atqui creaturæ possibiles sunt intelligibiles in se ipsis, cùm secundum suum esse proprium sint veræ. Ergo necessario terminant intellectionem Dei infinitam in genere intellectionis, eamque necessario essent terminaturæ, quamvis per impossibile non haberent connexionem cū aliqua perfectione Deo intrinseca.

Potentia liberè producendi non est medium cognoscendi possibilia, ut sic.

Potentia moralis, seu liberè producendi creaturas, non potest Deo esse medium ad cognitionem creaturarum ut possibilium; hæc enim potentia possibilium cognitionem præsupponit aut involvit; cum posse agere aliquid libere, seu ex deliberatione & propria determinatione essentialiter importet notitiam rei agendæ ut indifferentis ad esse vel non esse saltem ratione priorem.

95. Po,

95. Poteſt ſano ſenſu, licet non ita proprio, dici Deus cognoſcere creaturas etiam ut exiſtentes in ſe ipſo, ſeu potius ex ſeipſo, nempe hoc, quod illas cognoſcat cognitione ex ſuis intrinſecis, independenter ab omni motivo, ſumme determinata ad illas formaliter repræſentandas, ut actu exiſtentes, poſito quod exiſtant, ſicut exiſtentia ſit conditio illam extrinſece determinans, & ultimate complens in eſſe viſionis creaturarum ut exiſtentium.

Deus exiſtentia cognoſcit ex determinatione ſuæ intellectionis & ſic ex ſeipſo.

Inde non ſequitur quod eadem exiſtentia poſſit eſſe conditio determinans eſſentiam divinam ſpectatam ſub ratione ideæ aut potentiæ, ad repræſentandum objective ſeu per modum motivi aut medii cogniti creaturas ut exiſtentes: quia eſſentia non poteſt repræſentare objective, ſeu motive niſi ea, cum quibus ex ſuis intrinſecis neceſſariam habet connexionem, qualem non habet cum creaturis ut exiſtentibus, etiam poſita earum exiſtentia.

Dices 1. Dionyſ. de divinis nomin. 7. ait *Deus ea quæ ſunt noſcit non rerum notitia, ſed ſui; non enim ſecundum viſionem ſingulis ſe immittit, ſed ſecundum cauſæ continentiam ſcit omnia:* & infra: *divina ſapientia ſeipſam cognoſcens ſcit alia* R. ſolum vult Deum noſſe creaturas notitia, quam habet à ſe id eſt ex intrinſeca ſui ipſius determinatione, & ex ſe ut motivo formali, ſaltem negative, nullo modo ab alio.

Deus ex Dionyſ. exiſtentia novit notitia quam habet à ſe, & ex ſe ut motivo formali.

Eodem ſenſu intelligendi ſunt Aug. aliique pp. apud Vaſq. Suar. Ruiz de ſcien. Dei diſp. 10. & S. Thom. hic q. 14. a. 5. ubi ait: *Deus alia à ſe videt non in ſeipſis; ſed in ſeipſo* quod ex profeſſo fuſius docet cont. gent. c. 48. & 49. qui etiam explicari poſſunt de ſcientia qua Deus in ſeipſo novit res ut poſſibiles, aut quod ſolum vel in ſcientiam; qua Deus novit ſe, & qua novit alia à ſe, non eſſe duas diverſas ſcientias, ſed unam & eandem. Ad S. Tho ſpecialiter dici poteſt quod non velit creaturas non cognoſci directe à Deo, ſed ſolum non cognoſci per ſpecies proprias, cum eodem a. dicat *in ſeipſo cognoſcitur aliquid quando cognoſcitur per propriam ſpeciem adæquatam* ipſi cognoſcibili, in alio autem videtur id

Eodem ſenſu intelligendis ut Aug. aliique PP.

S. Th. ſolùm vult Deum non noſſe exiſtentia per proprias ſpecies.

quod videtur speciem continentis.

Adde fatendum esse Dionys. & S. Thom. non parum favere sententiæ neganti Deum cognoscere res possibiles directe in se ipsis, quam cum Thomistis valde probabiliter tuentur Mol. Valent. Suar. cont. Occam aliosque nominales, quos sequuntur Vasq. Herice, Ariag. Martinon. & alii.

Dices 2. scientia qua Deus cognoscit possibilia in seipso exhaurit totam eorum cognoscibilitatem, R. quo ad rem cognitam C. nihil enim relinquit non cognitum perfectissime: quoad modum cognoscendi N. possunt enim insuper cognosci directe in se ipsis.

Deus cognoscit se in creaturis ipsum essentialiter respicientibus.

96. Etiam seipsum cognoscit indirecte in creaturis ita Herice, VeKen. Palavicin & alii recentiores, ratio est quod creaturæ dicant habitudinem essentialem ad Deum, ut ad suum principium, quæ habitudo non potest cognosci, nisi Deo indirecte cognito. Ergo cùm Deus perfectissime comprehendat creaturas, & omnes earum habitudines essentiales, in illis comprehensis necessariò se ipsum indirecte cognoscit.

Hæc assertio non repugnat S. Thom. nec antiquis. Nisi negative quatenus hanc quæst. non attigerunt.

Deus visus manifestat creaturas quidditativè, quia illas continet, creaturæ Deum solùm inadæquatè, prout illum respiciunt.

Creaturæ non videntur in Deo ex eo præcisè, quod in eo contineantur, sed insuper quia habet cum illis intrinsecam connexionem; qualem etiam habent creaturæ cum Deo; & ideo comprehensæ ducunt in ejus cognitionem, non quidem adæquatam & quidditativam (cùm ipsum non contineant, nec ad omnes ejus perfectiones dicant habitudinem) sed solùm ad aliquas, secundum quas ab eo pendent, quas proinde solas objective seu ut medium in quo manifestant, quales sunt ratio primi principii, ultimi finis, continentis perfectiones omnium creaturarum, &c.

Deus cognoscit se in nostris actibus præcisionis, non tamen præcisivè.

Dices 3. ergo Deus cognoscit se in actibus præcisivis probabilibus, obscuris, fallibilibus imò & in falsis quos formamus de Deo R. non ideo tamen cognoscit se præcisive, probabiliter, obscure fallibiliter & falso: quia cognitio qua se in illis actibus

indi-

indirecte cognoscit, est illa ipsa, qua directe seipsum perfectissime comprehendit, quæ proinde nullo modo participat imperfectiones actuum in quibus Deum repræsentat cum realiter habeat perfectiones adæquationis certitudinis claritatis &c. Quarum carentia istos actus reddit imperfectos. Potest tamen admitti quod ista cognitio sumpta præcise, & reduplicative prout Deum in istis actibus repræsentans non intelligatur adæquata, certa, clara &c. Sed non ideo simpliciter dici potest præcisiva obscura &c. Sed solum secundùm quid, & sub certo respectu, in quo nulla involvitur imperfectio.

Deus cognoscit non entia, & entia impossibilia cum habeant esse in nostra potentia imaginativa, & sint aliquid aptum verificare propositionem v. g. hanc: chimera est impossibilis; hinc Deus de nullo potest dicere nescio; potest tamen de aliquo dicere nequeo, quia impossibilia habent repugnantiam existendi realiter à parte rei, cum includant esse & non esse; non tamen existendi objective in mente. *Deus de aliquo potest dicere nequeo de nullo nescio.*

Aristot. 1. poster. solum dicit de falso complexo, seu de propositione falsa, non dari scientiam; hoc est, judicium affirmativum certum, potest tamen dari negativum, quo sciatur non esse.

97. Divina cognitio non est merè apprehensiva: quia mera apprehensio dicit imperfectionem divinæ intellectioni repugnantem, cum repræsentet objectum sine determinatione in partem alteram contradictionis, sic ut præscindat in repræsentando ab illius esse vel non esse: quod est objectum non cognoscere quantùm est cognoscibile, adeòque imperfecte, quandoquidem vi talis cognitionis dici non possit utrum objectum sit vel non sit. *Cognitio mere apprehensiva repugnat Deo.*

Dices Deus ex dictis sup. n. 96. cognoscit se existere in habitudine actuum quibus affirmatur esse, ergo etiam cognoscit se non existere in habitudine actuum quibus ab Atheis negatur esse: atqui non cognoscit judicative se non existere ergo solum apprehensive, ergo in Deo datur mera apprehensio. R. N. primam cons. Deus enim clare videt istum *Deus non negat etiam apprehensivè sed affirmat se existere per cognitionem actus Athei negantis Deum esse.*

 actum

actum esse falsum, & isto actu suum esse negari, ipse verò per istam cognitionem suum esse nullo modo negat, nequidem apprehensive, cum illa eadem cognitio, sit certissima affirmatio sui esse, licet non præcise ut illud attingit in isto actu negante ejus esse. Neque est imperfectio Deo repugnans in eo admittere cognitionem, quæ sub certa præcisione non dicat perfectionem judicii, sed pure rationem repræsentationis simplicis, modo in re non dicatur esse nuda apprehensio carens perfectione judicii.

Scientia Dei est formaliter judicativa sine compositione.

98. Scientia Dei est formaliter judicativa sine compositione aut diversione. Ratio enim judicii præcise sumpti pro cognitione, qua veluti fertur sententia, & scitur res ita esse, vel non esse, est perfectio simpliciter, sicut & ratio practici, seu apti dirigere effectionem respectu factibilium, & speculativi respectu infactibilium, quæ proinde etiam divinæ scientiæ formaliter convenit respectu diversorum non tamen ratio compositionis aut divisionis extremorum prædicati scilicet & subjecti prius apprehensorum, quia mera apprehensio etiam virtualis, qua repræsentatur objectum cum suspensione, ad esse vel non esse repugnat divinæ intellectioni simplici intuitu necessariò ac certissime repræsentanti quidlibet esse id quod est, & non aliud, sicut visio corporea, vi cujus, absque compositione & divisione, videnti constat quod paries sit albus non niger.

Non est discursiva à noto ad ignotum.

Non est formaliter discursiva; cum Deo repugnet pluralitas actuum, quorum unus inferatur ex alio: neque virtualiter, cùm enim Deo repugnet omnis ignorantia, ei repugnat omnis progressus etiam virtualis à noto ad ignotum, qualis reperitur cùm intellectus unico actu assentitur uni objecto propter aliud, ab hoc enim suo modo accipit notitiam veritatis alterius, cui propter illud assensum præbet.

Simplex intelligentia est causa rerum, non visio.

99. Scientia simplicis intelligentiæ est causa rerum, non scientia visionis. Ita Gregor. Suar. Vasq. & cæteri Societatis tanto consensu ut Zanctes Mariales dominicanus in sua bibliotheca hanc sententiam vocet Iesuitismum, cui etiam ipse (quamvis alias à Iesuitis valde alienus) adhæret pro ea citans

S. Th.

S. Thom. Cajet. Capreol. Romæum, Soncin. & alios veteres Thomistas, contra juniores Alvare navaret. Gonzal. Ripa, quos sequuntur Ioan. à S. Thom Sylv. Salmanticen., & alii docentes scientiam simplicis intelligentiæ esse causam rerum in actu primo, & etiam in actu secundo, sed remote tantum, nempe dirigendo: at vero scientiam visionis esse causam rerum proximam, quam dicunt esse imperium rationis posterius decreto efficaci res producendi: juxta illud Ps. 148. *dixit & facta sunt, ipse mandavit & creata sunt*. Volunt autem istud imperium esse scientiam visionis, quia terminatur ad existentiam rerum contra quos.

Ita Iesuitæ contra Thomistas.

Volentes visionem sub ratione imperij esse causam reū proximam.

Prob. 1. ex PP. Aug. l. 5. de Civ. c. 10., *neque enim ideò peccat homo, quia Deus illum peccaturum prævidit*, & l. 3. de lib. arb. c. 4. *sicut tu memoria tua non cogis facta esse, quæ præterierunt, sic Deus præscientia sua non cogit, facienda quæ futura sunt*. Quia nempe sicut memoria est causalitate posterior factis, ita Dei præscientia faciendis, juxta illud Iustin. Martyr. q. 58. ad gent. *causa non est eius quod futurum est prænotio, sed quod futurum est causa est prænotionis*. Hier. in c. 26. Ierem. *Non enim ex eo quòd Deus scit futurum aliquid, idcirco futurum est, sed quia futurum est Deus novit*. Damasc. l. cont. manich. paulò ante finem *ut verò ut ea quæ facturi sumus præsciat Deus, à nobis proficiscitur, est quidem præscientia Dei vera & inviolabilis, verùm ipsa nequaquam est causa cur omnino fiat, quia futurum est, quin potius, quia hoc vel illud facturi sumus, ideò prænoscit*. Boet. l. 5. de cons. prosa 6. ubi scientiam visionis divinæ comparat nostræ visioni, in eo, quod sicut hæc, ita illa sit posterior objecti existentia, ac proinde liberati nullo modo noxia, ut foret, si esset prior; quia esset conditio omnino antecedens, cum qua non posset componi oppositum actus prævisi, v. g. actus peccati à nobis eliciendi.

Docens PP. præscientiā futurorum, non esse eorum causam, sed contra.

Quia alioqui noceret libertati.

Prob. 2. ratione quia sola scientia simplicis intelligentiæ cum indifferentia Deo dictat modum operis faciendi prius ratione quam intelligatur decretum operandi, adeoque sola habet rationem artis

Sola simplex intelligentia est de se indifferenter directiua.

Deum dirigentis in liberis operationibus ad extra, & adjuncto Dei decreto de opere faciendo sufficienter constituitur, per modum regulæ Deum dirigens, ac res directive causans in actu secundo: igitur ipsa sola est causa rerum non solum in actu primo & remote, sed etiam in actu 2. Et proxime; cum actus imperii pertinens ad scientiam visionis, quem ulterius requirunt Thomistæ, sit gratis confictus & superfluus, quandoquidem Deus posita voluntate operandi nullam possit in executione pati difficultatem, ad quam superandam requiratur (ut subinde in nobis) ejusmodi imperium, ac insuper, ex PP. Citatis, sit libertati creaturæ noxius.

Adjuncta voluntate, in actis.

Confir. ex S. Thom. hic qu. 14. a. 8. O, docente Deum causare res per scientiam, *qua se habet ad creaturas, sicut scientia artificis ad artificiata*. Et infra *qua se habet ad opposita* [id est quæ est indifferens ad esse & non esse objecti, cujus effectionem dirigit] *qua non nominat principium actionis secundùm quod est in intelligente, nisi adjungatur ei inclinatio ad effectum, qua est per voluntatem*, quæ omnia (ut patet) conveniunt simplici intelligentiæ, non visioni, quæ non se habet ut scientia artificis, neque ad opposita, neque ei adjungitur inclinatio voluntatis, sed eam præcedit. Et Romæo M. generali Ord. Prædicat. L. de libertate operum, veritate 8. ubi habet *quod si ad antiquos DD. te convertas, reperies fere omnes in hanc unam consensisse sententiam, non ex eo quòd Deus scit aliquid esse futurum, id circo futurum est, sed quia futurum est. Deus novit, qui est præscius futurorum sic enim loquitur Hier. Aug. Orig. Chrys. sic plerique orthodoxi proceres*.

Scientia res causans ex S. Th. est indifferens ad opposita instar artis in mente artificis.

Consentit Romeus generali prædicatorum.

100. Dices 1. August. l. 15. de Tri. c. 13. ait: *universas autem creaturas suas, & spirituales, & corporales, non quia sunt ideo novit, sed ideo sunt quia novit*, & paulo post: *non enim nescivit, qua fuerat creaturus, quia ergo scivit, creauit, non quia creavit scivit*]. R. intelligendus est vel de scientia Dei secundum entitatem actus, quæ, cum sit ipse Deus, à nullo causatur, sed omnia causat; non verò secun-

Cum Aug. videtur contrarius intelligendum est de scientia entitativè, vel simplicis intelligentia vel approbationis.

ſecundum terminationem ad creaturarum exiſtentiam, qua completur in eſſe viſionis; vel de ſcientia ſimplicis intelligentiæ, tum ſecundum ſe, tum prout habet rationem ſcientiæ approbationis. Patet ex his verbis: *non enim neſcivit, quæ fuerat creaturus*, &c. Quæ clare indicant Aug. loqui de ſcientia præcedente determinationem creandi, quam conſtat non eſſe viſionis.

Eodem ſenſu intelligendæ ſunt ſimiles aliorum PP. locutiones, ut hæc Greg. 20. Moral. c.24. *quæcumque ſunt, non ideò ab æternitate videntur quia ſunt, ſed ideo ſunt quia videntur*. Vel dic cum Ribas quod Greg. ſolùm velit res non cognoſci, quia ab æterno Deo ſunt realiter præſentes in æternitate, ſed ideo eſſe ab æterno præſentes ſcilicet objectivè, quia videntur.

PP. autem uſurpant nomen videndi, aut præſciendi quia, ut rectè S.Th. q. 2. de verit. a. 9 ad 3. nomen viſionis extenditur ad omnem Dei ſcientiam, quæ ratione ſuæ certitudinis & ſummæ claritatis viſioni æquivalet, poteſtque etiam ſcientia ſimplicis intelligentiæ reſpectu eorum, quæ futura ſunt, præſcientia appellari, cùm eorum exiſtentiam præcedat non ſolùm tempore, ut viſio, ſed etiam cauſalitate.

Nomen viſionis tribuitur ſimplici intel. quia eſt certiſſima.

101. Dices 2. ſcientia, quæ eſt cauſa rerum debet eſſe libera. R. ſecundum ſe, n. ut eſt cauſa c. ſcientia autem ſimplicis intelligentiæ quamvis ſit neceſſaria ſecundum ſe. ſeu in eſſendo; eſt tamen libera in cauſando, ſeu quatenus per adjunctam liberæ voluntatis determinationem, conſtituitur in actu 2. cauſa libere operans ad extra.

Scientia rerum cauſa eſt libera in cauſando.

Dices 3. ſcientia, qua Deus operatur ad extra, terminatur ad rem ut aliquando exiſtentem, R. tamquam cauſa ad effectum ab ipſa directive cauſatum c. tamquam cognitio ad objectum ſub ratione exiſtentis ab ipſa repræſentatum, quod ad viſionem requiritur, ſic n. non enim cauſat objectum, illud repræſentando ut exercite exiſtens, ſed voluntati executive prælucendo, eique monſtrando modum, quo fieri debet.

Cauſat repræſentando rem ut factibilem.

Deum dirigentis in liberis operationibus ad extra, & adjuncto Dei decreto de opere faciendo sufficienter constituitur, per modum regulæ Deum dirigens, ac res directive causans in actu secundo: igitur ipsa sola est causa rerum non solum in actu primo & remote, sed etiam in actu 2. Et proxime; cum actus imperii pertinens ad scientiam visionis, quem ulterius requirunt Thomistæ, sit gratis confictus & superfluus, quandoquidem Deus posita voluntate operandi nullam possit in executione pati difficultatem, ad quam superandam requiratur (ut subinde in nobis) ejusmodi imperium, ac insuper, ex PP. Citatis, sit libertati creaturæ noxius.

Adjuncta voluntate, in actis.

Confir. ex S. Thom. hic qu. 14. a. 8. O, docente Deum causare res per scientiam, *quæ se habet ad creaturas, sicut scientia artificis ad artificiata*. Et infra *quæ se habet ad opposita* [id est quæ est indifferens ad esse & non esse objecti, cujus effectionem dirigit] *quæ non nominat principium actionis secundùm quod est in intelligente, nisi adjungatur ei inclinatio ad effectum, quæ est per voluntatem*, quæ omnia (ut patet) conveniunt simplici intelligentiæ, non visioni, quæ non se habet ut scientia artificis, neque ad opposita, neque ei adjungitur inclinatio voluntatis, sed eam præcedit. Et Romæo M. generali Ord. Prædicat. L. de libertate operum, veritate 8. ubi habet *quod si ad antiquos DD. te convertas, reperies fere omnes in hanc unam consensisse sententiam, non ex eo quòd Deus scit aliquid esse futurum, id circo futurum est, sed quia futurum est. Deus novit, qui est præscius futurorum sic enim loquitur Hier. Aug. Orig. Chrys. sic plerique orthodoxi proceres.*

Scientia res causans ex S. Th. est indifferens ad opposita instar artis in mente artificis.

Consentit Romeus general. prædicatorum.

100. Dices 1. August. l. 15. de Tri. c. 13. ait: *universas autem creaturas suas, & spirituales, & corporales, non quia sunt ideo novit, sed ideo sunt quia novit*, & paulo post: *non enim nescivit, quæ fuerat creaturus, quia ergo scivit, creavit, non quia creavit scivit*. R. intelligendus est vel de scientia Dei secundum entitatem actus, quæ, cum sit ipse Deus, à nullo causatur, sed omnia causat; non verò secun-

Cum Aug. videtur contrarius intelligendum est de scientia entitativè, vel simplicis intelligentia vel approbationis.

secundum terminationem ad creaturarum existentiam, qua completur in esse visionis; vel de scientia simplicis intelligentiæ, tum secundum se, tum prout habet rationem scientiæ approbationis. Patet ex his verbis: *non enim nescivit, qua fuerat creaturus*, &c. Quæ clare indicant Aug. loqui de scientia præcedente determinationem creandi, quam constat non esse visionis.

Eodem sensu intelligendæ sunt similes aliorum PP. locutiones, ut hæc Greg. 20. Moral. c.24. *quæcumque sunt, non ideò ab æternitate videntur quia sunt, sed ideo sunt quia videntur*. Vel dic cum Ribas quod Greg. solùm velit res non cognosci, quia ab æterno Deo sunt realiter præsentes in æternitate, sed ideo esse ab æterno præsentes scilicet objectivè, quia videntur.

PP. autem usurpant nomen videndi, aut præsciendi quia, ut rectè S.Th. q. 2. de verit. a. 9 ad 3. nomen visionis extenditur ad omnem Dei scientiam, quæ ratione suæ certitudinis & summæ claritatis visioni æquivalet, potestque etiam scientia simplicis intelligentiæ respectu eorum, quæ futura sunt, præscientia appellari, cùm eorum existentiam præcedat non solùm tempore, ut visio, sed etiam causalitate.

Nomen visionis tribuitur simplici intel. quia est certissima.

101. Dices 2. scientia, quæ est causa rerum debet esse libera. R. secundum se, n. ut est causa c. scientia autem simplicis intelligentiæ quamvis sit necessaria secundum se, seu in essendo; est tamen libera in causando, seu quatenus per adjunctam liberæ voluntatis determinationem, constituitur in actu 2. causa libere operans ad extra.

Scientia rerum causa est libera in causando.

Dices 3. scientia, qua Deus operatur ad extra, terminatur ad rem ut aliquando existentem, R. tamquam causa ad effectum ab ipsa directive causatum c. tamquam cognitio ad objectum sub ratione existentis ab ipsa repræsentatum, quod ad visionem requiritur, sic n. non enim causat objectum, illud repræsentando ut exercite existens, sed voluntati executive prælucendo, eique monstrando modum, quo fieri debet.

Causat repræsentando rem ut factibilem.

Vnde pro eodem instanti reali quo objectum causat, illud repræsentat dupliciter nempe in priori signo rationis ut potens existere, sub qua tendentia habet rationem simplicis intelligentiæ divinam voluntatem dirigentis ad ejus effectionem: in posteriori vero ut existens tum in fieri, tum in facto esse, sub qua tendentia habet rationem visionis objecti existentiam contemplantis, nullo modo causantis, sed contra ab ea tamquam complemento extrinseco resultantis.

Intuitio non est causa conservationis rerum, sed representatio quasi abstractiva ut ars.

Hinc scientia visionis non est causa conservationis rerum: Deus enim non dirigitur ad res conservandas instanti A. per visionem qua ipsas videt existere instanti A. sed per simplicem intelligentiam, qua videt quo modo possint conservari & existere in instanti A.

Similiter scientia Artificis terminatur ad existentiam artefacti quatenus est illius causa, non quatenus est cognitio modi illud faciendi, sub qua ratione artificem dirigit, ac proinde non ut intuitiva, sed ut abstractiva.

Determinatur per voluntatem ad rerum existentiam.

Dices 4. S.Th.de verit. q.2. a.13. dicit, *scientia Dei secundum quod ordinatur ad opus, quod facit voluntas, tantum est existentium in præsenti, præterito vel futuro R.* loquitur de scientia Dei ut ad causandum determinata per voluntatem, quæ ut sic est tantum aliquando existentium; licet non causet repræsentando eorum existentiam, ut exercitam.

§. II.

Scientia Dei circa Contingentia absolutè futura.

Contingens strictè est à libero arbitrio, latè à causa impedibili.

102. Contingens sumptum late est quod procedit à causa necessaria aliarum causarum concursu naturaliter impedibili. Sumptum stricte est, quod proximè vel remotè dependet à libero arbitrio, præsertim creato.

Futurum improprie idem est ac habens nunc determinationem in causa, vi cujus, nisi tollatur aut impediatur res habitura sit existentiam in secutura temporis differentia. Hoc sensu Arles.sumpsit ly *fu-*

turum 2. de Gener. c. 11. ubi dicit. Aliud esse *erit*, aliud *futurum*; quia fieri potest ut de hoc nunquam sit verum dicere *est* non de illo, Futurum proprie idem est ac, *erit*, quo sensu, futurum sumpsit Aug. l. 26 cont. Faust. c. 4, ubi ait *tam non possunt futura non fieri, quam non fuisse facta praeterita*. Futurum proprie idē est quod erit.

Hinc futuritio proprie non est aliud quam existentia rei in secutura temporis differentia, connotando tempus anterius, in quo res nondum est, sicut praeteritio non est aliud, quam existentia rei in anteriori temporis differentia, connotando tempus posterius, in quo res non est amplius; saltem cum eadem duratione. Hic solum, aut saltem praecipue, agitur de futuris contingentibus stricte & proprie. Futuritio est existentia in secutura temporis differentia.

103. Deus cognoscit infallibiliter futura contingentia. Est de fide, ex Ps. 138. *intellexisti cogitationes meas de longe* Eccle. 23. *Domino Deo antequam crearentur, omnia sunt agnita*, 2. ex propheriis & consensu PP. apud Ruiz. & Petav. & praecipue ex Aug. lib. 5. de civ. c. 9. ubi ait *confiteri Deum, & negare praescium futurorum apertissima insania est*. Ista enim scientia est perfectio simpliciter simplex, quam absolutè exigit infinita perfectio divinae providentiae. Deus ex Script. PP. & ratio cognoscit infallibiliter futura contingentia.

104. Divina essentia, potentia, & idea non possunt Deo esse ratio cognoscendi futura stricte contingentia, tamquam medium in quo. Est communis cont. Bonav. & Dur. Ratio est, quod illa omnia nullam habeant connexionem cum futuritione, potius quam cum non futuritione contingentium. Pat. ex dictis n 84. Non in essentia neque in decretis ut Deo intrinsecis.

105. Neque decreta Dei sumpta praecise secundum id quod dicunt Deo intrinsecum possunt esse Deo ratio infallibiliter cognoscendi futura contingentia. Ita Vasq Becan. aliique plurimi è Societate. Cont. Scot. Alvar. Ledes, & alios recentiores Thomistas. Quia ista non sunt cōnexa cum futuritione.

Prob. 1. quia decreta Dei secundum id praecise quod dicunt Deo intrinsecum nullam habent determinationem, sed omnimodam indifferentiam ad contingentium futuritionem vel non futuritionem Cum non sint praedeterminantia.

2. quia

2. quia in Deo nulla dantur decreta physice prædeterminantia existentiam contingentium à libertate creata dependentium; alioqui enim everteretur creaturarum libertas.

Illa tamen videt dependenter à suis decretis ut conditione sine qua non.

Potest tamen Deus videre futura contingentia, dependenter à decreto concurrendi tamquam à causa remota seu conditione sine qua non essent futura. Potest etiam illa videre in suo decreto sumpto complete cum suo connotato extrinseco, quod est ipsa contingentium existentia, aut productio; sed hoc non est videre illa in alio tamquam medio, sed immediate in se ipsis ut complentibus Dei decretum.

Præsertim ea quæ a sua tantum libertate pendent.

Posito autem quod decreta Deo libera compleantur intrinsece, potest Deus in illis solis videre futura contingentia, à sua dumtaxat libertate dependentia: dependentia verò etiam à libertate creata, in illis & prævisione futuritionis sub conditione concursus in talibus circumstantiis. Si decreta essent physice prædeterminantia, possent in illis prævideri, quævis contingentia, sed everteretur libertas creata.

Item in prædefinitione, etiam non prædeterminante physicè.

Si, ut varii sentiunt; non repugnet prædefinitio actus boni, antecedenter ad usum scientiæ mediæ, & electionis medii indifferentis, ad illum, illæsa libertate, infallibiliter obtinendum, in eo solo videri potest absolute futurus abstrahendo ab hoc aut illo medio, ab his aut illis circumstantiis, vi enim talis decreti, determinatus esset Deus ad quærendum & decernendum medium ad ejus productionem infallibiliter obtinendam.

Deus non videri futura.

106. Futura contingentia, non possunt à Deo infallibiliter cognosci in suis causis, etiam proximis, spectatis præcise secundum se, seu secundum ea, quæ se tenent ex parte actus primi, natura antecedentis secundum. Ita Vasques, Arrubal. Herice Fasol. Recupit, VeKen. & alii DD. Societatis communius cont. Thomistas Dur. Argent. Mol. Becan. DerKen. Ratio est, quia causæ sic spectatæ sunt omnino indifferentes ad effectuum contingentium futuritionem, vel non futuritionem, cum nullam omni-

omnino habeant cum illis connexionem. Ergo quantumvis comprehenſæ, aut (ut loquitur Mol.) ſuper comprehenſæ, non poſſunt ducere, tamquam medium cognitum in certam eorum cognitionem.

S. Th. ſolùm vult in cauſis cognoſci effectus poſſibiles, & contingentes latè.

Dices S. Th. cont. gent. l. 1. c. 50. docet effectus cognoſci in ſuis cauſis, & c. 67. in 3. Repon. dicit quòd, *ſicut ex cauſa neceſſaria ſequitur effectus certitudinaliter, ſic ex cauſa contingenti completa, ſi non impediatur*. Ex quo infert Deum cognoſcere futura contingentia R. 1. loco loquitur de effectibus, ut poſſibilibus, 2. de contingentibus latè; non vero de contingentibus ſtrictè ut recte Ferar. v. ſup. num. 102.

Cùm dicat effectus non habere cognoſcibilitatem certam in cauſis contingentibus.

Confirm. hæc Reſp. & noſtra aſſertio ex S. Tho. hic q. 14. a. 13 O. ubi agens de divina futurorum præſcientia dicit: *poteſt conſiderari contingens, ut eſt in ſua cauſa; & ſic conſideratur ut futurum, & ut contingens, nondum determinatum ad unum: quia cauſa contingens ſe habet ad oppoſita: & ſic contingens non ſubditur per certitudinem alicui cognitioni. Vnde quicunque cognoſcit effectum contingentem in ſua cauſa tantum, non habet de eo, niſi coniecturalem cognitionem*. Item in 1. diſt. 38. q. 1. a. 5. O. ſub medium: *ſed quædam cauſæ ſunt, quæ ſe habent ad utrumque; & in iſtis cauſis effectus, de futuro nullam habent certitudinem, vel determinationem: & ideo contingentia, ad utrumlibet, in cauſis ſuis nullo modo cognoſci poſſunt* Hanc magiſtri ſui doctrinam noſtro ſenſu explicat Capreol. in 1. diſt. 38. q. 1. a. 2. ſub med. ad argumenta contra 1. concluſ.

Ex quibus pat. S. D. non agnoviſſe prædeterminationem qua ſuppoſita poſſent contingentia.

107. Ex his conficiunt Faſol. DerKen. & alii ſanctum Th. non agnoviſſe prædeterminationem phyſicam hac enim ſuppoſita, manifeſtum eſt effectum contingentem, non ſolum conjecturaliter, ſed etiam certitudinaliter in cauſa cognoſci poſſe, quod cum conſtanter & abſolute neget S. D. certum eſt eum non agnoviſſe prædeterminatiouem phyſicam ea enim ſuppoſita falſa eſſet ejus doctrina, qua abſolute & generaliter pronunciat, *in cauſis, quæ ſe habent ad utrumlibet, contingentia nullo modo cognoſci poſſe*.

Hoc

Hoc argumentum est, multorum judicio, efficacissimum, quod inquit Galtrucius in Institutione physicæ universalis disp. 4. c. 4. prob. 4. *cùm in publicis disputationibus parisiis olim proponeret R. p. Ioan. Bagotius Theologiæ claro montanæ parisiensis professortum R. p. Turcus generalis ordinis S. Dominici, qui aderat non dubitavit idcirco palam asserere alienam esse à D. Th. Doctrinam de eiusmodi physicis prædeterminationibus.*

Hoc argumentum proposuit Bag. Parisiis coram P. Turco illud approbante, & fatente prædeterminationem repugnare S. Th.

Hoc ipsum ipsemet Bagotius testis omni exceptione major, litteris 10. Ianu. anni 1664. Parisiis ad me datis confirmavit his verbis: *anno 1646. post pascha in magno conventu pp. Dominicanorum propugnatæ sunt præsente Reverendissimo Patre Turco Theses Theologicæ, ad quarum oppugnationem invitatus, prædeterminationes physicas impugnavi hoc argumento, quod aperte repugnent principiis D. Thom. de divina contingentium præscientia, in ejus scholâ receptissimis. Sub finem disputationis omnia argumenta more suo paucis resumpsit, & eruditissime ursit, ac magis explicuit R. p. Turcus Vbi ad meum ventum est, diserte asseruit esse ipsissimam sancti Th. Doctrinam, & subiunxit sancto D. immerito adscribi prædeterminationes physicas ejus principiis evidenter contrarias: tum finita disputatione, ad me in discessu comitandum humanissimè accessit, & summa animi sincerè benevoli testificatione multa dixit in argumenti à me propositi laudem & confirmationem.* Ita Bagotius ab aliquot annis cum magnæ probitatis, & singularis virtutis opinione defunctus Parisiis. V. exim. D. de Cerf. in sua controversia de mente S. Th. circa prædeter. Phys. c. 3. num. 41. & seqq. usque ad 47. ubi hæc à nobis producta & alia in eundem sensum D. Angelici testimonia reperies fuse & docte deducta.

Ita Galtruc. & Bagot.

Quorum testimonium firmat relationem similium à Turco Valentiæ dictorum contra prædeterminat.

108. Hoc Bagotii testimonium de dictis à Turco Parisiis contra prædeterminationem physicam non parum confirmant ea, quæ ex authentico quatuor DD. juratorum testimonio ab eodem Turco, Valentiæ vidi, contra prædeterminationem dicta. Referuntur à Patre Henao, in sua scientia media historice

ricè propugnata secundò edita, & ab exim. D de Cerf. sup. n. 105. & à me in philalethe Eupistino n. 67. 68. 144. 146.

Hæc quidem DD. Valentinorum testimonia infirmare conatur Franc. Iansens aliquot clarorum è suo prædicatorum ordine virorum testimoniis etiam juratis, in contrarium productis in libello Antuerpiæ edito anno 1675. Typis Iacobi Vvons sub hoc titulo: *Veritas manifestata pro Authoritate Reverendissimi Patris Thomæ Turci, &c.*

Sed frustra, quia illustrium DD. testimoniis solùm opponit Domestica nullius externi testimonio firmata.

Verum id frustra conatur 1. quia iis solùm opponit testimonia Domesticorum qui secundùm jura fidem non faciunt, ut constat ex l. *Testes* FF. de testibus: *nullus idoneus testis in re sua intelligitur*. ex l. *etiam* C. de testibus: *etiam iure civili Domestici testimonii fides improbatur*. Item ex l. 1. §. 1. *quæstionem* FF. de quæstionibus & ex c. *si testes* 4. 2. q. 3. verum quidem est nos etiam uti testimonio Domestici P. Bagotii, sed illud non opponimus juratis externorum testimoniis.

2. Quia testimonia pro nobis adducta fuerunt variarum difficultatum occasione aliquoties iterata & repetita & juramento firmata à Viris illustribus Doctrina, probitata, gradibus & Cathedris academicis aliisque muneribus Ecclesiasticis adeoque omni exceptione majoribus, quorum proinde fides labefactari non potest ratiunculis & levibus conjecturis, quibus utitur Iansens, ad elevandam eorum authoritatem; neque testimoniis in contrarium datis à personis quidem religiosis, probis ac fide dignis, sed ad testandum præsertim contra alios æque fide dignos jure idoneis.

3. Quia ordo prædicatorum, ubique ac præcipue in Hispania virtute, Doctrina, & Regis ac magnatum favore florentissimus ne unum quidem externum reperire potuit, qui vellet aut verè posset Domesticorum suorum testimoniis suffragari, eaq; suo testimonio etiam non jurato firmare. Quod, argumento quidem ab authoritate negata, efficaci tamen colligitur ex eo, quod Pater Iansens, qui omnem movit lapidem ad firmandam suorum testium

autho.

authoritatem, & nostrorum infirmandam, ne vel unum produxerit æternum suorum testimoniis faventem. Hoc autem clare indicat externos disputationi assistentes non intellexisse, quod domestici pro suo in suam prædeterminationem affectu intellexerunt.

Quod signum est externos verba Turci aliter intellexisse, quã Domestici.

His proinde nihil obstantibus, non possunt viri Religiosi doctrina ac pietate venerabiles absque gravi temeritate vocari in suspicionem testimonii minus sincere dati. Inde tamen non habetur Turcum non rejecisse prædeterminationem physicam tamquam Divo Thomæ contrariam, ut sæpius testati sunt DD. pro nobis adducti; sed ipsos illam rejectionem sibi ingratam in verbis Turci, quamvis eam aperte significantibus, non percepisse.

Quod non debet adeo mirum videri, in iis, qui habent animum pio erga prædeterminationem affectu ita imbutum, ut eam clare videant cum Mariales suæ bibliothecæ his tom. 2. pag. 754. Colum. 2. & tom. 4. pag. 383. col. 2. in his orationis Dominicæ verbis, *fiat voluntas tua sicut in cœlo, & in terra*, Cum Iacobo à S. Dominico suæ *novæ stellæ in Cassiopeia* l. 1. c. 1. & 2. in his Archangeli verbis, *quis ut Deus;* vel cum aliis, quos in concordia suavi refert Petrus à S. Ioseph in his orationum Ecclesiæ initiis, *Deus omnipotens Deus misericors*, in hac communi earum clausula, *per Christum Dominum nostrum*, & in hac oratione præparatoria ad preces Canonicas. *Deus in adiutorium meum intende.*

Qui pro suo in prædeterminationem affectu sæpe eam vident ubi non est, & non advertunt ejus negationem ubi est.

Certè qui prædeterminationem physicam deprehendunt in his & aliis ejusmodi; illam ne per umbram quidem indicantibus, facile ejus negationem non advertunt in his D. Thomæ verbis 2. d. 39. q. 1. a. 10. *ipsa enim potentia voluntatis, quantum in se est, indifferens est ad plura, sed quod determinate exeat in hunc actum, vel in illum non est ab alio determinante, sed ab ipsa voluntate*: adeoque nec in similibus à Thoma Turco prolatis, quantumvis illam manifeste reijcientibus.

Ex his patet Henricum à S. Ignatio Carmelitam Calceatum tom. 1. de Deo uno & Trino Dist. 10.

pag.

pag. 716. n. 285. sine sufficienti fundamento dixisse: *Patrem Henao* (qui ut reor, Primus suæ empyreol. præloquio. 9. n. 35. typis mandavit dictum Patris Turci contra prædeterminationem physicam) *deceptum esse*, ut summum enim de ejus deceptione potuit dubitare, cum eadem dist. n. 140. & seqq. fuse & docte probet prædeterminationem physicam non esse conformem principiis S. Thomæ, adeoque confirmet, quod supra diximus multos physicæ prædeterminationis amatores eam videre ubi non est, & ejus negationem non advertere ubi est: eam enim illi certo videre se putant in Divo Tho. in quo P. Henricus deprehendit ejus negationem cum pluribus præstantissimis scholæ Thomisticæ Doctoribus, quos refert n. 286. & seqq. Unde sequitur ut minimum in hac materia, non minus deferendum testibus externis, quam domesticis. P. Henao absque sufficienti fundamento dicitur deceptus.

Quod præsertim verum est quando domestici testimonium dant de re pertinente ad materiam, in qua non sunt liberi ad dicendum quod sentiunt, ut de prædeterm. physica, ad quam (quidquid interim de illa sentiant) propugnandam severa lege adiguntur, *sub pæna privationis cujusvis gradus, & officii scholastici, seu muneris docendi*, ut constat ex admonitione Capituli generalis de prædeterm. physica à P. Iansf relata suæ Verit. manifestatæ part 34. his verbis; *admonemus omnes nostri ordinis Theologiæ professores; quatenus attendentes ad ea quæ habentur in declaratione nostrarum constit. (dist. 2. c. 14. de studentibus § 1.) nedum doctrinam S. Th. fidelissime sequantur, sed etiam à communiori nostrorum Thomistarum sententia, quæ communi judicio creditur asserta à S. præceptore, nullo modo audeant recedere, præcipuè circa materiam de physica præmotione*. Et infra: *contra novatores verò, si forte insurgent pænam privationis cujusvis gradus, & scholastici officii respective ipso facto incurrendam irremissibiliter pronuntiamus*. Professores Dominicani morali necessitate alliguntur ad prædeterminationem Physicam.

Cæterùm, quidquid sit de veritate dicti Patris Turci contra prædeterminationem physicam. P. Franc. Iansens. sua veritate manifestata non parum nobis profuit, 1. quia testimonia pro nobis P. Iansf. nos purgatæ mendacij Calumnia.

data sua refutatione invalida firmavit potius quam infirmaverit 2. quia, dum fassus est testimonia pro nobis adducta fuisse verè data, nos purgavit a turpis mendacii calumnia his & alibi nobis à suis fratribus temere impacta. Pro firmando Turci dicto (de quo iterum parte 2.) Vide Gabr. de Henao in scientia media historice propugnata, editione 2. in præf n. 20 & in opere n. 178. & 182. & ac seqq. Item in scien. medie Theologice defensata sec. 176. n. 1868, pag. 424 Vide etiam meum philaletem pro scien. media c. 1 §. 5. n. 68. c. 3. §. 4. n. 146. & Henricum de Cerf. in Controversia de mente S. Thomæ circa prædeterminationem physicam c. 3. n. 45.

Futura conting. non videntur in reali coëxistentia in æternitate.

109. Futura contingentia, non possunt à Deo infallibiliter cognosci, in reali præsentia, quam nunc, & ab æterno habeant, in nunc æternitatis. Ita Scotistæ Ægid. Romanus Sancti Th. auditor Silvest. Herve. Suar. Vasq. Valent. & alii communius cont. Cajet. (qui, ut hic fatetur, post quindecim annorum constans studium primus sic intellexit & explicuit S. Th. annis circiter 250. post ejus obitum) Ferat. Ban. Alvar. & recentiores Thomist. communiter; quos sequuntur è Societate Mol. Gran. Ruiz. Prob. quia futura contingentia non existunt realiter nunc, & ab æterno. Ergo non possunt ullo vero sensu dici Deo in æternitate realiter præsentia, seu coexistere nunc & ab æterno, quia coexistere nunc & ab æterno, includit existere nunc & ab æterno, cum coexistere aliud non sit quam existere cum alio. Ergo cum futura contingentia, non existant realiter nunc & ab æterno, non coexistunt realiter Deo nunc & ab æterno.

Cùm non existent ab æterno.

Coexistunt æternitati toti realiter non toti virtualiter Similiter immensitati.

Confir. 1. quia licet futura contingentia habitura sint coexistentiam cum æternitate in sua temporis differentia, & sic absolvendo à tempore sint præsentia æternitati, & quidem toti realiter, utpote realiter indivisibili, nequaquam tamen sunt præsentia toti virtualiter. Unde non magis possunt verè dici, Deo realiter præsentia nunc & ab æterno, quam possit res hic præsens divinæ immensitati toti realiter; ideò verè dici in immensitate realiter præsens Deo

Romæ

Romæ Hierosolimis, & ubique.

Confir. 2. quia si coexistere realiter toti æternitati in aliqua temporis differentia sufficiat ut res sit ab æterno & quovis tempore vere realiter præsens Deo in æternitate, rerum productiones fuerunt vere realiter præsentes Deo ab æterno, adeoque res vere ab æterno productæ, contra illud Proverb. 8. *antequam quidquam faceret ordinata sum*.

Item quælibet creatura est & non est ab æterno realiter præsens Deo, cum illius existentia. & non existentia, quæ præcessit ejus productionem, realiter coexistant toti æternitati in sua temporis differentia.

110. Dices Aug. l. 1. ad Simplic. q. 2. ait *res non sunt Deo futura, sed præsentes, cum Deus omnia tempora excedat*. R. solum vult Deum ratione suæ durationis omni divisibilitati, & successione carentis, esse quantum est ex parte sua, æquivalenter præsentem omnibus præteritis, præsentibus, & futuris, sic ut quantum est de se, à nullo tanquam præterito, aut futuro distet temporaliter, non verò, quòd omnia præterita & futura sint ipsi quovis tempore, & ab æterno realiter præsentia.

Deus, ex Aug. est de se præsens omnibus præteritis & futuris, non hæc illi ab æterno.

Eodem sensu intelligendi sunt Greg. l. 20. Moral. c. 23. *quomodo Deus est præscius, cum illa solum præsciantur quæ futura sunt; Deo autem nihil sit futurum?* Anselm. Ambr. Hier. Boe. aliiq; apud Gran.

Deinde aliud est nihil esse Deo futurum aut præteritum, sed omnia præsentia, quod solum dicunt esse quovis tempore & ab æterno realiter Deo præsentia: prius enim, quod est verum, solum requirit ex parte Dei æternitatem indivisibilem, posterius verò, quod est falsum, requirit insuper ex parte creaturæ durationem quovis tempore & ab æterno. Similiter aliud est nihil esse Deo absens seu ante vel post localiter, aliud res esse hic, aut ubique Deo præsentes localiter, primum præstat immensitas, non secundum.

Æternitas facit, ut Deus ex parte sua sit omnium præsens in propria cuiusquæ temporis differentia non ut omnia sint ipsi quovis tempore præsentia.

Addi potest cum Petavio futura à PP. dici Deo præsentia propter perfectissimam eorum notitiam ab æterno, quo etiam sensu à Prophetis sæpe referuntur

runtur tanquam præterita, ut Isaiæ. 9. *parvulus natus est nobis*, c. 53. *oblatus est, quia ipse voluit* Ps. 21. *super vestem meam miserunt sortem*.

S. Thom. intelligen. de præsentia objectiva, quam infert ex reali existentia in æternitate.

Dices 2. S. Thom. hic q. 14. a. 13. O. dicit *omnia quæ sunt in tempore Deo ab æterno præsentia, quia eius intuitus fertur ab æterno super omnia, prout sunt in sua præsentialitate*. R. loquitur de præsentia objectiva, non de reali, ut patet ex hac ratione quam adfert, *quia eius intuitus* &c. Deinde quando subinde loquitur de præsentia reali nunquam dicit illam esse ab æterno.

Dices 3. S. Thom. ibi probat omnia futura à Deo cognosci, quia ipsi sunt præsentia. Ergo non loquitur de præsentia objectiva: alioqui probaret idem per idem. Ergo de reali R. ex præsentia objectiva fundamentali, sita in eo quod omnia existant in æternitate, & consequenter sint intra sphæram divini intuitus, æternitate mensurati, infert præsentiam objectivam formalem sitam in cognitione, ex his.

Deus cognoscit res ut futuras & præteritas respectu temporis non respectu æternitatis.

Deus ab æterno cognoscit res ut futuras, præsentes & præteritas, respectu partium temporis priorum & posteriorum; non verò respectu suæ æternitatis secundum se, cum sit realiter indivisibilis secundùm se, sed bene respectu æternitatis ut habentis partes temporis priores & posteriores sibi successive realiter coexistentes: item cognoscit ut futuras & præteritas, id est cognitione ante & post illas durante, non verò cognitione illas modo ut futuras, modò ut præteritas repræsentante, cum aliqua sui variatione secundum prius & posterius, quod ejus immutabilitati repugnat.

Præsentia futurorum in æternitate facit ut facilius intelligatur quod divina eorum cognitio fuerit intuitiva ab æterno.

111. Fatendum est tamen cum VeKeno realem præsentiam futurorum in æternitate pro sua temporis differentia esse solidam præscientiæ divinæ rationem non quidem à priori cùm æternitas & præscientia sint idem, sed à posteriori, & quoad nos: cum enim intellectio divina sit infinita & mensuretur æternitate, necessariò cognoscit ab æterno omnia, quæ pro aliqua temporis differentia, sunt præsentia: æternitati, & quidem intuitive pro eo instan-

inſtanti, quo illi ſunt præſentia, quia pro eo inſtanti ſunt realiter præſentia & repreſentantur ut exiſtentia exercite, quod poſtremum ad intuitionem ſufficit: ad eam enim non requiritur ut repreſentetur res ut præſens cognoſcenti, ſed ſatis eſt quòd repreſentetur ut exercite exiſtens, ſicut docet Lugo, qui tenet certam ſcientiam mathematici de Eclipſi futura in certo temporis puncto eſſe intuitivam. Vide Ariag. DerKen. & alios, ex quibus & jam dictis.

Colliges, 1. præſcientiam proprie dictam præcedere objectum tempore, & eo adveniente deſinere ac tranſire in viſionem præſentis, quo ſenſu Deo non convenit, 2. præſcientiam futurorum, ſcientiam præſentium, & memoriam præteritorum in Deo nihil differre. 3. Actum divinæ intellectionis habere ſe, reſpectu omnium ſibi in æternitate coexiſtentium, inſtar oculi aperti, & bene diſpoſiti neceſſario repræſentantis omnia ſibi localiter & temporaliter præſentia, quorum habet ſpecies.

112. Vniverſalis & ſufficiens ratio à qua, tamquam à conditione determinatur divina mens ad futura contingentia infallibiliter cognoſcenda, eſt actualis eorum exiſtentia inſecutura temporis differentia.

Deus determinatur ad futurorum repræſentationem per eorum exiſtentiam.

Prob. quia intellectio divina eſt formaliter per ſeipſam independenter ab omni motivo, ſive intrinſeco, ſive extrinſeco ſumme determinata ad certò cognoſcendum omnem veritatem eo modo, quo eſt cognoſcibilis ſine imperfectione cognoſcentis: atqui futura contingentia, eo ipſo quo habent, aut potius, ex libera determinatione ſuæ cauſæ, habitura ſunt actualem exiſtentiam in ſecutura temporis differentia, habent ab æterno determinatam veritatem, fundamentalem ſcilicet, ſeu aptitudinem verificandi propoſitiones de illis ab intellectu ſive creato, ſive increato enunciabiles: ergo poſita hac exiſtentia tamquam conditione requiſita ex parte objecti, intellectio divina neceſſario repræſentat, & quidem certo & infallibiliter, futura contingentia in ſeipſis, ut exiſtentia in ſuo tempore,

Tamquam per conditionem ex parte objecti.

adeoque intuitiuè favet S. Thom. hic q. 14. a. 13. O. *Deus cognoſcit omnia contingentia , non ſolum prout ſunt in ſuis cauſis ; ſed etiam prout [unum quodque eorum eſt in ſeipſo.*

Intell. noſter cognoſcit intuitivè omnia quorum habet ſpecies proprias.

Confir. ſi daretur intellectus creatus inſtructus ſpeciebus repræſentativis futurorum contingentium ut in ſecutura temporis differentia exercite exiſtentium, illa cognoſceret intuitive in iſta temporis differentia, ergo illa ſic cognoſcit intellectio divina, omnem poſſibilem vim intelligendi creatam infinities ſuperans, adeoque etiam illa ſic cognoſceret præciſe ratione ſuæ infinitatis intellectivæ, quamvis per impoſſibile non menſuraretur æternitate.

Præſcientia Dei non nocet libertati creaturæ.

113. Divina futurorum præſcientia, nihil officit actuum humanorum libertati. Eſt de fide 1. ex ſcrip. Deo tribuentibus omnium præſcientiam Eccl. 39. *opera omnis carnis coram illo, & non eſt quidpiam abſconditum ab oculis eius.* Et homini libertatem, Eccli. 15. *Deus illum reliquit in manu conſilii ſui.* 2. ex PP. tum ſup. n. 99. & 105. tum inf. p. 2. c. § 3.

Cum ex PP. ſit poſterior ejus determinatione.

Ratio eſt 1. quod ex PP. ſup. n. 97. præſcientia Dei ſit natura poſterior exiſtentiâ futurorum in ſua temporis differentia. Sic ut ſecundum rationem vera ſit hæc cauſalis; *ideo Deus ſcit Petrum hoc facturum, quia faciet*, non contra. Quare non magis poteſt officere actuum humanorum libertati, quam ſi non eſſet in rerum natura: imò potius illam confirmat, juxta illud Aug. l. 3. de lib. arb. c. 3. *per ſcientiam Dei mihi libertas non imittitur*, *quia propterea mihi certior aderit*, *quia ille qui non fallitur adfuturam mihi eſſe præſcivit*, quod tamen non favet prædeterminationi phyſicæ, cum hæc ſit ſuppoſitio omnino antecedens: ſecus præſcientia.

Nec tam ſit præſcientia quam ſcientia præſentium.

2. Quòd, cum præſcientia Dei menſuretur æternitate, cui omnia ſunt præſentia, non tam ſit præſcientia futurorum, ſeu diſtantiam à menſura ſuæ durationis, quam ſcientia præſentium, ut cum Aug. ſup. n. 109. Ambr. aliiſque PP. docent S. Thom q. 2. de ver. a. 12. & alii DD. paſſim, ac proinde (ut præclare Boet. l. 3. conſ. proſ. 4. & ult.) non magis officit actuum noſtrorum libertati quam viſio qua illos

cerni

cernimus. v. Ruiz. Petav.

114. Dices præscitum non potest non fieri, alioqui Deus falleretur. Ergo æterna Dei præscientia infert necessitatem. R. antecedentem n. consequentem c. Hæc autem non modo nihil officit libertati; sed ejus exercitium præsupponit, ut eleganter Ansel. l. de concordia præscientiæ cum libertate.

Solùm inducit necessitatem consequentem Dependentem à creatura quę potest tollere præscientiam indirectè.

Vnde præscitum à Deo non est necessarium in sensu diviso, sed solum in sensu composito; & ex suppositione alicujus, quod est in potestate causæ liberæ, quæ licet non possit mutare aut tollere præscientiam Dei positivè & directè faciendo, ut cum fuerit, postea non sit; potest tamen negative & indirectè, nempe per omissionem actionis faciendo ut nunquam fuerit.

Quòd enim Deus prævidit, est præteritum dependens à futuro ut à conditione.

Verum quidem est in hypotheticis, in quibus antecedens est absolute necessarium, etiam consequens esse absolute necessarium, ubi necessaria est consequentia: at in hac hypothetica, *si Deus prævidit Petrum peccaturum, Petrus peccabit*, antecedens non est absolute necessarium, etsi enim sit præteritum, omnino absolutum & independens à futuro, ad quod, cùm nulla detur potentia, qua nempe reddatur non præteritum, dicendum est absolute necessarium sed est præteritum aliquo modo dependens à conditione futura creaturæ libera; ad quod proinde datur potentia indirectè, unde non est absolute necessarium.

Non absolutè necessariũ sed indirectè in libertate creaturæ.

Dixi aliquo modo dependens &c. quia cùm non possit ulla res proprie dependere ab eo quod non est, satis constat æternam Dei præscientiam non posse dependere ab existentia objecti futura, si dependentia sumatur strictè: potest tamen, si sumatur late pro pria suppositione alterius ut conditionis ratione prioris; qualiter actus fidei de futuris, & præteritis (posito quod non possit non esse verus) dependet à sui objecti existentia futura aut præterita, quæ jam nihil est.

Quæ nunc potest facere ut ab æterno non fuerit præscientia de suo actu libero.

Dices 2. non potui impedire ab æterno Dei præscientiam de meo peccato, cum quasi primò cœpit esse: quia tunc non earm; neque nunc, id possum, quia

quia non possum facere, ut quod fuit, non fuerit. R. non quidem potui nunc, sed possum nunc facere ut nunquam fuerit: cum ista præscientia sit talis naturæ, ut si hodie non peccarem, non fuisset ab æterno. *Non enim*, ut rectè Beda l. 44 t. 8. q. 58. *nos coegit Deus ut mali sibi videremur ab aterno? nam potius nos coegimus ut nos malos videret.*

Ex dictis patet errasse Ciceronem l. 2. de nat. Deorum, ubi ait: *mihi quidem videtur neque in Deum cadere ut sciat quod futurum est, nam si scit esse, certò eveniet; quod si certò eveniet: nullus est casus neque fortuna*, in quo (inquit Aug. de Civ. Dei l. 5. c. 9. & *ut homines faceret liberos, facit sacrilegos*, Deo nempe tollendo præscientiam ad servandam humani arbitrii libertatem, cui tamen nullo modo officit Dei prævisio, ut rectè Boet. l. 5. conf. prof. 6. ubi ait: *video iacentem aliquem, necessitas ei non infertur à visione mea ut iaceat, sed potius à iacente mihi infertur necessitas ut videam.*

Contingentia priùs ratione cognoscuntur ut possibilia quam ut futura.

115. Deus prius ratione cognoscit contingentia possibilia ut possibilia quam ut futura; non tamen prius ut futura quam ut existentia in sua temporis differentia patet quia secundum rationem prius est objectum esse possibile, quam futurum; non verò prius est esse futurum quam existens in secutura temporis differentia, sed idem formaliter.

Determinantur formaliter ad futuritionem per suam existentiam.

Contingentia quantùm est ex se, & ex suis prærequisitis indifferentia ad esse vel non esse, determinantur ad hoc, ut ab æterno sint futura potius, quam non futura; & consequenter à Deo cognoscantur ut talia, non per æternum Dei decretum eorum existentiam physice prædeterminans, cum ejusmodi decretum repugnet eorum libertati; sed formaliter per suam existentiam in secutura temporis differentia; efficienter verò per suam causam quæ in illa temporis differentia, pro sua libertate sic vel sic operatur vel non operatur. Ratio est, quia actualis determinatio ad præsentem existentiam pro illa temporis differentia, in qua de facto res liberè ponitur, est formaliter determinatio ad futuritionem pro tempore priori, & ad præteritionem

Efficienter per suam causam

pro

pro posteriori; ut patet in determinatione præsenti ad locutionem, qua nunc liberè loquor, per quam secluso quovis alio priori determinativo, formaliter efficio, ut mea locutio ab æterno fuerit futura, & consequenter ut talis à Deo cognita: quod æque fieret, quamvis essem à Deo independens in essendo & in agendo: cum enim Dei intellectio sit per se ab æterno summè determinata ad repræsentandum omne intelligibile eo modo, quo est intelligibile, eo ipso præcisè, quo existit mea locutio; eo ipse divina intellectio ab æterno & in æternum eam repræsentat ut existentem nunc.

Determinatio ad esse pro præsenti, determinat ad fore pro tempore priori, & ad fuisse pro posteriori.

Ex dictis habes quòd, absolute loquendo, Deus certò cognoscat determinatam veritatem aut falsitatem propositionum de futuro contingenti se non interimentium: cum enim cognoscat earum objectum esse futurum vel non futurum in secutura temporis differentia, pro qua enuntiatur futurum, certò cognoscit ipsas propositiones esse determinate conformes suo objecto, si objectum sit futurum, ut enuntiatur futurum. Si secus, esse determinate difformes.

Dixi se non interimentium; quia propositiones se interimentes (quales sunt, si Petrus dicat Paulo: *prima propositio, quam proferes erit vera*, cui Paulus respondeat: *dicis falsum*) neque sunt veræ neque falsæ.

Deus tamen non cognoscit determinatam veritatem propositionum de futuro contingenti antecedenter ad omne Dei decretum; id est si istæ propositiones referantur ad instans rationis, quo Deus necdum intelligitur habere decretum futuritioni vel non futuritioni earum objecti prærequisitum, quale est, juxta nos; decretum de exhibendo causæ liberæ concursu indifferenti ad utrumlibet: in illo enim signo rationis, quo necdum intelligitur ejusmodi decretum, non potest intelligi ulla craturæ determinatio, ad agendum vel non agendum; & consequenter nec ulla veritas aut falsitas in propositionibus determinate enuntiantibus acturam vel enuntiantibus non acturam.

Non tamen antecedentes ad omne decretis.

Cùm in eo statu objectum sit indifferens.

Cum enim objectum in illo signo sit in statu præcisionis, seu indifferentiæ ad esse vel non esse sicut enuntiatur, necesse est ut propositiones ad illud eo in statu comparatæ etiam sint indifferentes ad conformitatem, vel positivam difformitatem cum tali objecto. Siquidem non potest objectum esse indifferens ad esse vel non esse sicut enuntiatur; quin ipsa propositio sit indifferens ad esse vel non esse talem in enuntiando, quale est objectum in essendo, seu ad conformitatem aut difformitatem cum objecto.

Propositio quæ nuntiat determinationem de indifferenti signate, est falsa.

Dices propositio determinate enuntians futuritionem, vel non futuritionem de objecto indifferenti ad futuritionem vel non futuritionem est difformis objecto suo; cum indifferenti tribuat determinationem, quæ ipsi non convenit. Ergo omnis propositio de futuro contingenti antecedenter ad omne Dei decretum est determinate falsa: sicut contra enuntians de tali objecto, quod neque sit futurum, neque non futurum, est determinate vera; quia indifferenti tribuit indifferentiam ipsi competentem.

R. dist. anteced. enuntians de indifferenti signate, id est: sit ut ipsa indifferentia teneat se ex parte objecti repræsentati C. enuntians de indifferenti exercite, id est, enuncians simpliciter futuritionem de objecto, ipsam enuntiationem referendo ad objectum spectatum antecedenter ad omne Dei decretum, seu in statu præcisionis & indifferentiæ, N.

Secus enuntians de indifferenti exercitè.

Vnde hæc propositio; *Petrus amabit antecedenter ad omne Dei decretum*, est falsa; quia Petro in statu præcisionis & indifferentiæ ad amorem, vel non amorem, tribuit determinationem ad amorem, quæ ipsi in tali statu convenire non potest: hæc verò, Petrus amabit, relata ad instans rationis antecedens Dei decretum, in quo Petrus est in statu indifferentiæ, neque est vera, neque falsa, quia nec est conformis, nec positive difformis objecto suo; cum enim objectum pro illo signo rationis nullo modo se habeat, non habet se aliter, quam enuntietur; ac proinde propositio non est illi difformis positive, sed solum negative & præcisive, id est nec conformis,

nec

nec difformis. Similiter Paries A. albus comparatus ad Parietem B. spectatum in statu præcisionis ab albedine & nigredine, non est similis, nec positive dissimilis, sed solum dissimilis negative, seu præcisive.

116. Deus non præscidit sua decreta ut futura, cum enim in illo priori signo rationis (de quo solo hic potest dubitari, utrum nempe in eo præsciantur decreta ut futura pro sequenti signo rationis) quo Deus præcise intelligitur libere potens decernere, divina decreta neque sint futura, neque non futura sed præscindant ab utroque; non possunt præsciri ut futura potius, quam non futura. Deinde visio decretorum divinorum non potest ullo modo esse prior eorum existentia; non enim duratione, cum tam decreta quam visio sint ab æterno; non etiam ratione, quia decreta non pendent à visione ut conditione prærequisita; sed contra, visio à decretis: igitur nullo modo eorum respectu potest esse prævisio, seu illa repræsentare ut se posteriora, & ut futura.

Divina cognitio non repræsentat Dei decreta ut futura.

Divina cognitio decretorum ut possibilium est prior ratione eorum existentia, cùm ad hanc sit prærequisita.

§. III.
Scientia contingentium conditionatè futurorum & ideæ divinæ.

117. CONvenit inter omnes futura conditionata necessaria id est, habentia per se necessariam connexionem cum hypothesi, sub qua enunciantur futura, certò cognosci per scientiam simplicis intelligentiæ in ipsa hypothesi; ea verò quæ habent necessariam connexionem cum hypothesi ex solo Dei decreto volentis ea inter se conjungi, ut in hac conditionali 4. Reg 13. *si percussisses* (nempe terram Iaculo) *quinquies aut sexies, percussisses Syriam usque ad consumptionem*, cognosci per scientiam visionis, tanquam indirectum ejus objectum, in actuali Dei decreto de illis cum hypotesi conjungendis. Vnde solum controvertitur de contingentibus,

Futura conditionata, necessaria cognoscuntur in hypothesi.

in quibus conditio tum ex se, tum ex parte Dei, est indifferens ad utrumlibet.

Controvertitur hic de conditionatis in sensu enuntiativo.

Etiam satis certum est hic non disceptari de conditionatis in sensu illativo, quo significetur effectus sequi seu recte inferri ex hypothesi, sed in sensu pure enuntiativo, importante contingentem coexistentiam, seu connexionem effectus cum hypothesi de se ad utrumlibet indifferente; quo sensu, juxta Angest. Problem. 1. Logic. Dominic. Soto lib. 3. summul. c.8. lect. 3. Bruxel, Tartaret. aliosque summulistas, sumi solent propositiones conditionatæ in materia contingenti, de quarum veritate in hoc solum sensu solliciti sunt homines, dum de eventibus conditionatis inter se instituunt sponsiones. Addit Soto sup. & quidem nulla facta mentione decreti, multas esse hujusmodi conditionales; de quibus solus Deus scit. veræne sint an falsæ, quod de illis in sensu illativo acceptis dici nequit, cum in eo sensu constet omnes esse falsas, ut patet in his, bene sequitur, si Petrus tentetur peccabit; bene sequitur, si Petrus tentetur non peccabit, quæ non sunt contradictoriæ, sed ambæ affirmativæ consequentiæ, quæ nulla est, adeoque evidenter falsæ.

Deus certam habet scientiam contingentium cōditionatè futurorum.

118. Deus habet certam & infallibilem scientiam contingentium conditionate futurorum. Est hodie omnium aut fere omnium; & certa. Eam tenent cum omnibus AA. Societatis alii per multi infr. nu. 124. Item Alvar. Nazar. Ioan. à S. Th. Rispalis & plerique alii recentiores Thomistæ sentientes id non posse negari salvis script. & sine injuria Divinitatis, Vnde Amic. 1. p. disp. 12. n.162. ait hæc propositio: *Deus cognoscit futura conditionata: est de fide.*

Salmanticenses tamen, & Gonzal. dicunt non esse certam, quia, inquiunt, non desunt boni authores pro sent. opposita quam tenuerunt, Cabre. Ledesm. aliique olim Thomistæ volentes Deum non posse cognoscere ejusmodi futura certò, & infallibiliter, sed probabiliter tantum, non quidem probabilitate & incertitudine tenente se ex parte actus divini, cui repugnat ejusmodi imperfe-

ctio;

ctio; sed solum ex parte objecti, sive sic: ut non judicet certò & determinatè Petrum v. g. hoc vel illud facturum, si in his vel illis circumstantiis ponatur; sed quid probabilius sit ipsum in talibus circumstantiis esse facturum.

119. Prob. 1. ex script. quibus constat Deum hujusmodi futura sæpius revelasse, infallibiliter sub certá conditione eventura. 2. Reg. 23. ubi Davidi Ceilæ per oraculum quærenti, utrum Saul venturus esset in Ceilam, ad ipsum, si illic remaneret, comprehendendum, & utrum Ceilitæ Sauli ipsum essent tradituri; asseveranter, & absque ulla dubitatione respondit Deus, *descendent, tradent*: cum tamen neutrum esset absolutè futurum, sed tantum sub hac conditione, si ibi remanseris; quandoquidem, Davide inde fugiente, neutrum evenerit. Et Matth. 11. *Væ tibi Corozain, væ, tibi Bethsaida, quia si in Tyro, & Sydone facta fuissent virtutes, quæ facta sunt in vobis olim in cinere & cilicio pœnitentiam egissent*: quibus verbis Christus absolutè revelat Tyriorum & Sydoniorum pœnitentiam, quæ nunquam fuit, sed fuerat futura sub hac conditione si apud ipsos facta fuissent miracula quæ facta sunt apud Corozaitas &c.

Deus ejusmodi conditionata revelavit ut certè futura.

Particula *fortè*, quæ in græco additur ante ly *pœnitentiam egissent* ex communi DD. sensu non est dubitantis, sed affirmantis, vel, ut vult Remigius apud S. Th. in catena, indicantis libertatem arbitrii, cui consonat Hierony. in c. 25. Ierem. favente Aug. tract. 37. in Ioan: *ille, qui omnia scit, quando dicit forsitan non dubitat, sed increpat*.

Prob. 2. ex PP. apud Ruiz. Annat. Petav. ac nominatim Aug Enchy. c 9. ubi refutans semipel. asserentes ideo aliquos e parvulis perduci ad baptismum eò quod prævisi sint benè usuri libero arbitrio, si diutius vixissent, aliquos verò minime, eò quod prævisi sint eodem malè usuri. ex Matth. sup. convincit id esse falsum, quia alioqui etiam Tyrij, salvandi fuissent, quos præscivit Deus pœnitenti amaturos, & credituros fuisse (*id enim*, inquit, Prosp. ad excepta genuens. resp. 8. *ipsa veritas dicit*)

Quod constat ex Aug. convincente Deum non moveri meritis conditionatè prævisis, quia alioqui Tyrij fuissent salvandi.

si eis

si eis Evangelium ut Iudæis fuisset prædicatum. Et decor. & gra. c. 8 *respondeant si possunt cur illos Deus, cùm fideliter & piè viverunt, non tunc de vita huius periculis rapuit ne malitia mutaret intellectum eorum,* &c. *Vtrùm hoc in potestate non habuit, an eorum mala futura nescivit? Nempe nihil horum nisi, perversissimè atque insanissimè dicitur.* Vbi Aug. manifeste loquitur de scientia qua Deus dirigi potuit & moveri ad justos quos prævidebat lapsuros, si diutius viverent, ex hac vita eripiendos, priusquam caderent ac proinde de scientia non absolute sed solum conditionate futurorum, quam censet Deo non nisi insanissime posse negari.

Idem tradit l. de dono persever. a. 9. *poterat illos Deus presciens esse lapsuros, antequam id fieret, auferre de hac vita.* Augustino consentit D. Angelicus 1. par. q. 23. a. 5. ad 1. *Dicendum quod usus gratiæ præscitus non est ratio collationis gratiæ, nisi secundum rationem causæ finalis*, quibus supponit Deum scire bonum usum gratiæ conditionatum priusquam decernat illam conferre.

Deus essentialiter cognoscit omne cognoscibile, & istius modi conditionata habent cognoscibilitatem.

120 Prob. 3. ratione: quia, cum divina intellectio sit simpliciter infinita in omni genere perfectionis cognoscitivæ, necessariò cognoscit, & quidem certò ac infallibiliter, quidquid habet veritatem, seu cognoscibilitatem; atqui conditionate futura habent veritatem, igitur certò & infallibiliter à Deo cognoscuntur. Prob. mi. quia, sicut quodlibet consideratum absolute pro quolibet instanti reali absolute est vel non est; ita consideratum sub conditione, pro quolibet instanti conditionate est vel non est: cùm in ordine ad instans reale, non magis detur medium inter esse & non esse sub conditione, quam inter esse & non esse absolute: itaque quodlibet objectum conditionatum pro quolibet instanti habet capacitatem verificandi propositionem, vel qua enuntiatur esse, si illo instanti, pro quo enunciatur, sit sub conditione; vel, si non sit, qua enunciatur non esse, & consequenter habet veritatem objectivam, Deo, necessariò cognoscenti omne cognoscibile, infallibiliter notam.

Ista

Ista autem objectiva veritas seu cognoscibilitas alia est intrinseca, quę non est aliud quam conditionata futuri existentia apta terminare veram cognitionem illam nunc repræsentantem & verificare propositionem illam nunc affirmantem; alia extrinseca quæ non est aliud quam cognitio divina potens nunc verè illam repræsentare, à qua proinde res conditionata futura nunc extrinsece denominatur cognoscibilis seu potens cognosci. Vnde quamvis ista veritas objectiva seu cognoscibilitas sit nunc adæquate & absolute quoad denominationem, non est tamen nunc tota absolute quo ad rem.

121. Ex his sequitur etiam ea, quæ aliquando existent, imo, & quæ in præsenti existunt, & extiterunt prius ratione cognosci ut conditionate, quam ut absolute futura præsentia aut præterita: Cùm illud prius ratione ipsi competat quam hoc, & conditionatum posita conditione solum transeat in absolutum quantum est ex parte rei transeuntis de non esse, ad esse actuale, non verò quantum est ex parte veritatis objecti pro priori signo rationis enunciati ut futuri sub tali conditione. Absolutè futura prius ratione cognoscuntur, ut conditionatè futura.

Neque hinc sequitur Deum præscindere apprehensive, repræsentando in objecto absolute futuro; existentiam conditionatam sine absoluta, sed solùm judicative, virtualiter affirmando existentiam objecti conditionatam posse esse sine absoluta, & non contra: in quo nihil est inconstantiæ aut imperfectionis Deo indignæ.

Deus non facit propositiones conditionatas, cognoscit tamen veritatem objectivam propositionum conditionatarum à nobis factibilium, uti & discursuum, quamvis non discurrat.

122. Dices Aug. de prædes. SS. c.9. & 14. item l. de anima ejusque orig. c.13. & alibi, in semipelagianis reprehendit scientiam conditionatorum ut erronee assertam, R. n. ass. non enim reprehendit ipsã scientiam, sed ejus abusum: tum in discretione parvulorum, quibus volebant semipelagiani Baptismi gratiam conferri aut negari; quia prævisi fuerunt bene aut male, si diutius viverent libero arbitrio usuri; Aug. non reprehendit in semipelag. scientiam conditionat. ejus abusum.

tum

In discretione parvulorum, per merita conditionatè prævisa.

tum in discretione nationum, quibus similiter volebant beneficium prædicationis Evangelicæ conferri aut negari, ob earum credulitatem vel incredulitatem conditionate prævisam.

Cum Aug. c.9. de bo. perf. & 9. de prædest. SS. retractat quod docuerat Epist. 49. 2. nempe Christum non venisse temporibus suam incarnationem præcedentibus, quia præviderat istius temporis homines suis miraculis non credituros; non retractat præscientiam conditionatam obstinationis istorum hominum, sed negat hanc fuisse rationem dilatæ incarnationis, quam ait refundendam in solum Dei beneplacitum; quod probat exemplo Tyriorum quos Deus miraculis destituit, quamvis prævisi fuissent his convertendi: per quod confirmat scientiam conditionatorum.

F. 6 quibus solis usi sunt scientia conditionata.

In his solis duobus casibus scientia conditionatorum usi sunt, & quidem erroneè, semipelagiani; non verò in explicatione gratiæ efficacis, ejusvè concordiæ cum libero arbitrio: quod, inquit Annat. contendebant salvare, negando gratiam, cujuscumque foret naturæ, esse necessariam ad fidem initialem, seu primum actum salutarem, per quem volebant solis naturæ viribus posse homines ita se ad Dei gratiam actibus supernaturalibus eliciendis necessariam disponere ut eam ejusque usum aliquo modo haberet in sua naturali potestate, uti & perseverantiam in bono semel accepto, ad quam ideò negabant requiri speciale auxilium gratiæ.

Hoc colligitur ex epistolis Prosp. & Hil. ad Aug. ipsoque Aug. de prædest. SS. c.1. & 12. de bono persev. v. c.1.17. aliisque pluribus locis apud Annat. de scientia media.

Aug. reijcit scientiam conditionatam ex mente Semipelag. æquivalenter absolutam in ordine ad pœnas & præmia.

Dices 2. Aug. l. de prædest. SS. c.14. ad illa verba Sapient. 4. *Raptus est ne malitia mutaret intellectum*: ait; *illud dictum est secundum pericula hujus vitæ, non secundum Dei præscientiam, qui hoc præscivit, quod futurum erat, non quod futurum non erat, id est quod ei mortem immaturam fuerat largiturus ut tentationum subtraheretur incerto, non quod peccaturus esset, qui mansurus in tentatione non esset*. R. non reijcit abso-

absolute præscientiam conditionatam, ut volunt adversarii; sed solum in sensu à Semipelagianis intento, qui eam ponebant æquivalenter absolutam, quatenus docebant ob prævisa bona, aut mala conditionate futura decerni à Deo pœnas, aut prœmia.

Patet ex ejus scopo, & verbis.

Porro hanc esse ejus mentem manifestant. 1. Scopus Doctrinæ istius cap. qui est refellere istum errorem Semipelagianorum 2. Hæc verba, *id est quod ei mortem*, &c. quæ clare dicuntur de absolute futuris, & solum opponuntur futuritioni ac prævisioni absolutæ peccati, non conditionatæ. 3. Hæc in fine: *si enim judicarentur homines pro meritis suæ vitæ, quæ non habuerunt morte præventi, sed habituri essent si viverent: nihil prodesset ei, qui raptus est ne malitia mutaret intellectum eius, nihil prodesset eis, qui lapsi moriuntur, si ante morerentur.* Quia nempe ob peccata conditionate prævisa, quamvis defectu longioris vitæ non commissa, damnarentur.

Per hæc autem verba, *secundum pericula huius vitæ vt tentationum subtraheretur incerto*: Nullo modo indicat incertitudinem cognitionis futurorum absolute, aut conditionete, quæ divinæ intellectioni repugnat, sed incertitudinem periculorum, tentationum, ac lapsuum præcise quantum est ex parte longioris vitæ, quæ quidem istis est exposita, non tamen necessario obnoxia, cum varii diutius viventes ab iis serventur immunes.

Eodem sensu Prosp. Damasc. & Fulg. damnant præscientiam Semipelag.

Eodem sensu intelligendi sunt Prosp. in Epist. ad Aug. dum præscientiam conditionalium à Semipelagianis excogitatam, vocat *novum absurditatis genus*. Damasc. l. cont. Manich. dum dicit *non esse præscientiam, sed imposturam*. Fulg. l. 1. de verit. prædest. & grat.

Quorum locutiones omnibus explicandæ sunt.

Addo hæc, & similia omnibus esse solvenda, cum ex nostris probationibus constet certam de talibus conditionatis scientiam dari in Deo, abstrahendo ab eo quod fundetur, vel non fundetur in Dei decreto, de quo mox, & ab August. sup. n. 119. admissam fuisse, jamque ab omnibus Catho-

tholicis indubitanter admittendam, ut reipsa admittitur etiam ab adversariis scientiæ mediæ.

Hæc scientia non fundatur in Dei Decreto; nec ullum præsupponit si conditionatum ex parte actus.

123. Certa Dei scientia contingentium conditionatorum non fundatur in Dei decreto Physice prædeterminativo, absoluto ex parte actus, & conditionato ex parte objecti tantum, id est, quod de facto sit, de existentia objecti solum conditionate futura: neque ullum prærequirit decretum absolutum, sed solum aliquod conditionatum ex parte actus, id est, quod esset si, quale in ejusmodi conditionis semper præsupponitur ex parte conditionatis. In ipsa enim conditione supponitur causa effectus liberi, de cujus futuritione agitur, ut existens pro futura temporis differentia & ut in actu primo, per concursum Dei indifferentem, completa ad liberè operandum; quæ non possunt hypothetice poni absque decreto hypothetico, quo intelligatur causa habere existentiam & concursum indifferentem, sibi in actu primo præparatum.

Ita cum omnibus Iesuitis alij plusquam. 200.

Ita cum AA. Societatis Mascharegnus, Pesantius, Diotallenius, Lorca, Stapleton, Malderus, Vviguers, Puteanus, Pennottus, Duvallius, Petrus à S. Ioseph: Ludovicus à Dola, Caspensis, Faber, Cavellus, de Cerf & alii plusquam 200. apud Henao in *scientia media historice, & Theologice propugnata*, quibus accessit Ber. de Savve in conformitate Doctrinæ S. Bernardi & S. Th. contra Ban. Alvar. aliosque recentiores Thomistas communissime quorum decreto subjective absoluto, & solum objective conditionato ex antiquis nullus ita aperte favet ut non possit facile, & absque ulla violentia alio sensu plane contrario intelligi, ut recte advertit Annatus Disp. 3. c. 5. §. 2.

Hoc supponunt Script. sup. n. 119. & increpatio Corozaitarum.

124. Prob. 1. ex scrip. sup. n. 119. probantibus certam scientiam conditionalium absque ullo indicio decreti, in quo videantur; imo contrarium supponentibus, ut aperte supponit increpatio illa Mat. 11. *væ tibi Corozain &c.* Quæ alioqui esset vana, ridicula, Deoque prorsus indigna: si enim Deus habuisset decretum Physice prædeterminandi Tyrios ad con-

Quæ alioqui fuisset vana.

conversionem, posito quòd apud ipsos facta fuissent eadem miracula, quod certò non habuit de conversione Corozaitarum, potuissent hi justissime opponere, sibi præ Tyriis non debere vitio verti; quod destituti gratia prædeterminante; sine qua in sensu composito impossibilis est conversio, non convertantur, sicut conversi fuissent Tyrii quibus conditionate decreta erat talis gratia.

Prob. 2. ex PP. sup. n. 119. qui conditionalium præscientiam non fundant in ullo Dei decreto absoluto ex parte actus. 1. Quia nullam omnino mentionem faciunt talis decreti, quod tamen plurimum juvisset ad revincendos Semipelagianorum errores, dicendo, merita conditionata, quibus teste Prosp. in Epist. ad Aug. electionem Dei subjiciebant, importare gratiam actualem, gratuitum nempe Dei decretum, illa sub conditione prædefiniens 2. Quia illud aperte excludunt, dum agnoscunt præscientiam divinis decretis priorem, qua nempe Deus in rebus decernendis potuit dirigi, & moveri ad non decernenda, quæ decrevit, v. g. ad non decernendam creationem diaboli, de quo Aug. l. 2. de nup. & concupis. c. 16. sic loquitur, *nec eum propterea creare noluit, quia malum futurum esse præscivit*. Item ad non decernendum creare hominem, quem sciebat peccaturum, ut patet ex eodem Aug. l. 2. de gen. cont. Manich. c. 28. ubi ait, non obstante præscientia ejus peccati voluisse illum creare; *Quia de peccante multa bona facere poterat*. Item ad decernendum justos, quos prævidet lapsuros, ex hac vita prius eripere quam labantur, de quibus Aug. sup. n. 119. denique ad gratiam congruam, quibus vult, decernendam; qua de re Aug. ad Simplici. q. 2. *Cujus autem miseretur* (scilicet specialiter) *Sic eum vocat quomodo scit ei congruere ut vocantem non respuat*: & ibidem, *si vellet Deus eorum misereri, posset ita vocare, quomodo illis aptum esset, ut moverentur.*

Idem supponit August. aliique PP.

1. quia, nullam faciunt mentionem decreti absoluti ex parte actus.

2. quia admittunt scientiā condition. priorem decretis.

Qua nempe Deus potuit Dirigi in rebus decernendis.

Quibus aliisque plurimis similibus locis Aug. aliique PP. manifeste agunt de scientia Dei decreta antecedente, Deumque dirigente ut sapienter fiant, ac proinde in illis non fundata, sed in sola peccati

Alioqui variæ eorum quæstiones essent ridiculæ.

 existen-

existentia conditionate futura: si enim sensissent præscientiam de qua loquuntur fundari in absoluto ac physice prædeterminativo Dei decreto Lapsus Diaboli & Adami, inepte quæsiissent, cur eos Deus creaverit, seu creare voluerit, cum eorum lapsum præsciverit; quandoquidem, secundum illam sententiam, ante omnem eorum lapsus præscientiam, eos creare, & ad lapsum prædeterminare decrevisset, habuisset enim hoc decretum conditionatum, si decernam creare mundum, decernam creare Adamum & illum prædeterminare ad actum peccati eo modo eliciendum ut non possit non esse peccatum: unde in hac sententia quærere, cur illum creaverit cum præviderit peccaturum, est quærere, cur voluerit illum creare cum voluerit illum creare & peccare, quod est ridiculum, & PP. indignum.

Decreta Determinantia everterent libertatem.

Prob. 3. quia decretum, antecedens existentiam conditionatam, eamque prædeterminans, everteret conditionatorum libertatem, ut patet ex iis, quæ contra prædeterminationem à nostris tradi solent in Physica & saltem de peccato conditionate futuro dari non potest, ut patebit ex dicendis p. 2. c. 1. §. 3.

Et multiplicarentur sine necessitate.

Confirm. 1. quia alioqui Deus haberet infinita decreta, de infinitis nempe conditionatis sibi cognitis, quæ nunquam erunt; non solum inutilia, utpote ad ejus providentiam & universi gubernationem nihil conducentia: sed etiam (ut consideranti patet) ejus libertatem formalem & immediatam in statu absoluto evertentia 2. quia etiam secluso Dei decreto existentiam inferente, conditionata habent pro quovis instanti reali esse vel non esse conditionate, adeoque veritatem Deo cognoscibilem, ut patet ex ratione allata n. 119.

Transiens à possibilitate ad esse côditionatum fit per actionem conditionat.

125. Ut res transeat à statu meræ possibilitatis ad statum existentiæ conditionalis non requiritur ut Deus ad illam absolute aliter se habeat, quam se habeat ad eandem consideratam in statu meræ possibilitatis; sed sufficit, quod aliter se habeat conditionate: quia ad esse conditionatum quod

nunc nihil est quoad rem, sed solum quoad denominationem, non requiritur ullus Dei concursus absolutus, qui nunc fit, sed solum conditionatus, qui esset si causa poneretur in certis circumstantiis.

Vnde potest homo qui nec est, nec unquam erit, actionem suam transferre à statu meræ possibilitatis ad statum futuritionis conditionatæ; atque ita facere ut Deus de facto habeat aliquam cognitionem, quam alioqui non haberet, absque eo quod interveniat ullum actuale Dei decretum, modo supponatur decretum proportionatum, id est conditionatum, tam ex parte actus, quam ex parte objecti: quia hæc translatio ad statum futuritionis, quamvis sit nunc aliquid quoad denominationem quam nunc suo modo causat; quoad rem tamen non est aliquid nunc præsens, imo nec aliquid absolute pro ulla temporis differentia: sed tantum aliquid conditionate, seu quod esset si: ac proinde non requirit causam, quæ nunc aut aliquando sit aliquid absolute sed solum, quæ sit aliquid conditionate, id est, quæ esset & operatur, si in talibus circumstantiis poneretur. Quod sufficit ad divinam intellectionem, ex sua essentia necessario repræsentantem omne cognoscibile, extrinsece determinandam ad repræsentandum id, quod alioqui non repræsentaret, atque ita suo modo causandam certam sçientiam conditionatam, quæ alioqui non esset. Qualiter extrinsece determinari potest divina mens, non solum à merè possibilibus, sed etiam à chymericis ad eorum cognitionem.

Illum causare potest homo, qui non est, nec unquam erit.

Quia non est jam aliquid quod ad rem, sed solùm quoad denominationem.

Sufficit tamen ad Dei intellectionem terminandam.

Dices secluso Dei decreto, res sub conditione non est potius futura, quam non futura, cum non habeat esse plus quam merè possibile; quia non est à quo illud accipiat, non enim à Dei decreto cùm supponatur non esse neque ab ipsa conditione: quæ cum non sit futura sub conditione, alioqui enim daretur processus in infinitum, non habet esse plus quam merè possibile, ergo ab illa non potest res accipere esse plus, quam merè possibile.

Futurum sub conditione habet esse plus quam merè possibile à sua causa supposita existere.

R. n. seq. quia ut res à conditione accipiat esse plus quam merè possibile, seu esse futurum sub conditione, non est opus ut conditio sit futura sub conditione, sed sufficit quod sit supposita conditionaliter, seu ut causa rei supponatur existere, ut patet in conditionatis necessariis, ut in hac si producatur ignis calefaciet, quæ juxta omnes est vera, & ejus objectum conditionate futurum: ac ut tale non solum à Deo sed etiam à nobis cognoscibile in natura ignis habente necessariam connexionem cum calefactione, & à Deo quidem etiam in se ipso per scientiam mediam hoc sensu, quod sit objecti inter mere possibile & absolute existens medii.

Habent itaque conditionata esse plusquam mere possibile non absolute sed conditionate, non quod jam sit quoad rem, sed quod esset, aut erit si: quod esse potest vere affirmari de futuro sub conditione, v. g. de conversione Tyriorum sub conditione miraculorum, & non de ejus contradictorio, quamvis æque possibili, à quo proinde differt per aliquod esse plus quam possibile.

Istud autem esse non habetur à nostra expressione sub conditione, seu à nostra suppositione qua ejus causa supponitur esse: sed ab ejus causa supposita existere, quæ, si sit necessaria necessariò habet effectum sub conditione, si libera vel effectum, vel ejus contradictorium disjunctive.

Divina libertas est radix contingentiæ per decretum conditionat.

126. Divina libertas tam in conditionatis, quam in absolutis est prima radix omnis contingentiæ, ita ut non possit pro ullo statu haberi ulla existentia contingens quæ non dependeat mediate vel immediate à divinæ libertatis exercitio, seu decreto sibi proportionato, id est absoluto, si res absolute existat, conditionato ex parte actus, si tantum conditionate; indifferenti, si ponatur libere; determinato, si necessario.

Vi cujus cōditionata creaturis libera sunt mediatè in Dei potestate.

Conditionata creaturis libera, sunt absolute loquendo, in Dei potestate, scilicet mediate: quia, licet non possit Deus efficere, ut quæ sub certa conditione sunt futura, sub eadem non sint futura, hæc tamen conditionata eorum futuritio, ex parte conditio-

ditionis essentialiter præsupponit conditionatum exercitium Divinæ potestatis suum concursum indifferentem libere exhibentis. Vnde ejusmodi conditionata sunt extra potestatem Dei immediate non tamen mediate & absolute. Simile est in nostris actibus liberis absolute futuris, qui non sunt Deo liberi nisi mediante decreto ipsi libero de exibendo concursu indifferenti quo posito sunt extra ejus potestatem ex hypothesi.

Dices Aug. lib. 26. cont. Faust. c. 4. ait; *Non enim futurum est nisi quod ipse est facturus, & voluntas Dei habet ut futurum sit* R. Loquitur de absolute futuris quibus prærequirit decretum Dei absolutum vel eorum existentiam determinans si pendeant à sola libertate increata, vel exibens concursum indifferentem: si à creata; Quod si sub inde etiam conditionatis videatur præsupponere Dei decretum intelligendus est de decreto conditionato ex parte actus.

Aug. prærequirit futuris decretum proportionatum eorum futuritioni.

Cum verò de prædest. SS. c. 10. ait: *Prædestinatione quippe Deus ea præscivit quæ fuerat ipse facturus.* Loquitur de futuris dependentibus à sola Dei libertate, quæ præsupponunt decretum proportionatum suæ futuritioni, nempe absolutum si sint futura absolute, conditionatum ex parte actus si solum conditionate: quod vero non loquatur universaliter sed solum de bonis patet ex his sequentibus: *præscire autem potens est quæ ipse non facit, sicut quæcumque peccata* quæ ex mente Aug. non præscit *prædestinatione*, quod nostram doctrinam confirmat, cum inde constet ex mente Aug. ad præscientiam eorum, quæ sunt à nobis, decretum non esse prærequisitum.

127. Hæc infallibilis Dei scientia fundatur ex parte Dei in perfectione infinita divinæ intellectionis per se infallibiter cognoscentis omne cognoscibile; ex parte verò objecti in existentia ejus conditionate futura ex determinatione causæ secundæ in his aut illis circumstantiis pro suo libitu sic potius quam aliter acturæ. Prob. 1. quia in nullo alio fundari potest cùm nihil sit quod habeat necessariam

Scientia cõditionalium fundatur in conditionata eorum existentia.

connexionem cum ejusmodi futuris in quo possint cognosci ut patet ex n. 120. sup. Prob. 2. quia cum divina intellectio sit infinite perfecta necessario cognoscit & quidem infallibiliter futura conditionate eo ipso quo habent existentiam conditionalem, sic ut nunc de illis potius quam de eorum contradictorio vere dici possit, erunt si; cum eo ipso habeant veritatem objectivam, sufficientem, tum ad verificationem propositionis illa enunciantis, tum ad actum divinæ intellectionis extrinsece determinandum ad infallibilem eorum notitiam. v. n. 119. & 120.

Ejus infallibilitas in perfectione infinita intellectionis divinæ.

Frustra igitur adversarii hic aliud requirunt determinativum, cum divina intellectio satis determinetur ad repræsentationem futuritionis potius quam non futuritionis ab ipsa objecti existentia conditionate futura, tanquam à conditione sine qua non; ad infallibilitatem vero sit summe determinata ex suis intrinsecis quatenus est essentialiter vera & certissima cognitio omnis cognoscibilis.

Potest haberi contradictorium veritatis quæ nunc est per solam mutationem conditionatam.

Dices; ergo potest absolute haberi in rebus contradictorium ejus quod nunc de facto absolute habetur, nempe scientiæ actualis de conditionata conversione Tyriorum & actualis veritatis propositionis eam affirmantis sine ulla reali mutatione actuali & absoluta: si enim Tyri (ut potuissent) Christi miraculis non fuissent convertendi Deus non cognosceret (ut jam cognoscit) eorum conversionem sub conditione miraculorum, sed oppositum; & propositio illam affirmans non esset (ut modo est) vera, sed absolute falsa; & tamen nulla facta esset in rebus mutatio actualis & absoluta. R. facta esset mutatio realis conditionata, quæ hic sufficit ad transitum à contradictorio ad contradictorium: quia licet scientia conversionis Tyriorum sit jam absolute & adæquate quoad denominationem, non est tamen absolute & adæquata quoad rem, cum præter actum divinæ intellectionis nunc absolute existentem importet existentiam conversionis solum futuram sub conditione, sub qua si non esset futura, non

esset

esset in Deo illius cognitio nec veritas in propositione illam affirmante. Simile est in veritate propositionum de absolute futuris & præteritis, quæ nunc est tota quoad denominationem non quoad rem, ad cujus proinde contradictorium non requiritur mutatio in iis quæ nunc sunt, sed sufficit, si habeatur in iis, quæ fuerunt vel erunt.

Quia jam non est tota quo ad rem.

128. Scientia de futuro conditionato non suspenditur à conditione, sed est absoluta ex parte actus, & solum conditionata ex parte objecti: quia intellectus divinus cum sit infinite perfectus, & summe actuatus, necessario semper actu cognoscit omne cognoscibile eo modo, quo est cognoscibile sine imperfectione cognoscentis, esset enim magna Dei imperfectio, si aliquid cognoscibile ignoraret.

Scientia de conditionatis non suspenditur à conditione.

Decretum verò de futuro conditionato suspenditur à conditione, sic ut non sit absolutum, sed conditionatum ex parte actus, quia Dei voluntas, quamvis summe actuata, non necessario decernit, seu vult efficaciter omne volibile eo modo, quo est volibile; alioqui enim non esset libera.

Decretum suspenditur.

Quamvis scientia conditionatorum non suspendatur à conditione, potest nihilominus bono sensu admitti in Deo scientia conditionata ex parte actus, nempe respectu objectorum, quæ jam non habent cognoscibilitatem, aut certum modum cognoscibilitatis, quem haberent facta certa suppositione. Talis est scientia visionis alterius mundi quæ nunc non est, sed foret, si alter mundus, esset absolute futurus. Item scientia conditionata conversionis Iudæ per Christi osculum, quæ non est, sed fuisset, si Iudas Christi osculo fuisset conversus.

Datur scientia conditionata ex partei actus.

Deus cognoscendo futura conditionata, cognoscit sua decreta conditionata ex parte actus, non illa affirmando, sed supponendo.

129. Hæc scientia nullo modo officit libertati creatæ, cùm sit posterior ejus exercitio, spectato in statu conditionato: & quamvis eo sit prior in statu absoluto, nullo modo tamen immutat modum operandi causæ liberæ, nec immutare potest, nisi

Scientia conditionata non officit libertatis creaturæ, cum sit posterior ejus determinatione.

(quod implicat)seipsam destruendo;cum illam certo repræsentet sub tali conditione libere operaturam.

Hinc est in potestate mea nunc efficere, ut nunquam fuerit in Deo præscientia conditionata de locutione, qua nunc loquor; sed de ejus contradictorio, nempe, quod mihi jam liberum, nunc non loquendo. Nunc tamen loquendo non facio absolute, ut conditionata meæ locutionis præscientia fuerit in Deo: quandoquidem etiam me nunc non existente, & consequenter me loquente æque in Deo fuisset ab æterno; cum non pendeat à mea locutione ut existente absolute, sed solum ut existente conditionate. Vnde mea locutio nunc est solum prærequisita ad præscientiam ejus conditionatam ex hypothesi quod nunc sim, non absolute.

Hac Deus sua decreta conditionata novit priùs, ratione quã absoluta.

Per hanc scientiam cognoscit Deus sua decreta conditionata ex parte actus; cum argumenta n. 120. allata pro scientia actuum conditionatorum voluntatis creatæ, etiam hic militent.

Deus sua decreta absoluta prius ratione cognoscit ut conditionata quam ut absoluta; cum etiam in decretis divinis & æternis esse conditionatum prius sit absoluto, saltem prioritate logica, seu essendi consequentia non mutua. Illa tamen ex dictis sup. n. 116. non cognoscit ut conditionate futura.

Prout illa respicit est immediate Deo libera.

Hæc scientia, prout terminatur ad Dei decreta, est immediate, & simpliciter Deo libera: prout verò ad liberos actus creaturarum, solum mediate & secundum quid.

Non se extẽdit ad contingent. sub conditione indeterminata.

Deus non cognoscit contingentia conditionate futura sub conditione vaga, & indeterminata quoad circumstantias, ad eorum existentiam pertinenter se habentes: quia ex conditione sic indeterminata non potest sequi, ac proinde nec certò cognosci determinatus effectus: unde non cognoscit determinate veritatem hujus; *si Petrus tentetur peccabit*; nisi ex parte conditionis supponatur determinata duratio, & gravitas tentationis; determinata virtus, & copia auxiliorum ad resistendum & similia.

Futura sub conditione disparata id est, quæ ad eorum

eorum existentiam non habet se pertinenter, neque tanquam causa vel occasio, neque ut difficultas seu impedimentum à causa superandum (ut in hac conditionali, si Papa Romæ vigilet ego hic dormiam) non sunt objectũ scientiæ conditionatæ, unde Deus quidem illa cognoscit, non tamen proprie ut conditionata, defectu respectus ad conditionem, aliquo modo pertinenter se habentem; sed ut mere concomitantia, seu contingenter coexistentia. Aut dispa-rata.

Deus cognoscit conditionata etiam sub conditione impossibili. Patet in his necessariis v. g. si Spiritus Sanctus non procederet à filio, ab eo non distingueretur: si chymera videret Deum, illum amaret: hæc enim certe novit Deus; immo & nos. Ex quo idem sequitur de conditionatis contingentibus, modo principale prædicatum id est consequentis tribuatur subjecto sub tali conditione illius capaci, ut in his, si angelus esset hic homo, in his circumstantiis, se inebriaret fornicaretur &c. Item in hac pia S. Augustini protestatione, si tu esses Augustinus, & ego essem Deus, vellem esse Augustinus, ut esses Deus: quæ est vera hoc sensu, si per impossibile, esses Augustinus cum eadem bonitate quam nunc habes, & ego essem Deus cum eodem erga te affectu benevolentiæ, quo te amo plus quam me, vellem esse Augustinus ut esses Deus. Secus sub conditione impossibili.

130. Hæc scientia recte dicitur media: cum ejus objectum sit medium inter mere possibile, & absolute futurum, & consequenter ipsa etiam mediet inter scientiam simplicis intelligentiæ, & visionis. Inter necessariam, & liberam. Dicitur media quia media inter simplicem intelligentiam, & visionem.

Nec meritò opponi potest vocis novitas; cum enim sub annum 1565. in scholis usurpari cæperit, jam annos centum numerat. Deinde, ut recte Aug. l. de dono persev. c. 10. reprehendi non debet si occasione novarum hæresum aut controversiarum ad res distinctius explicandas, nova usurpantur nomina; ut olim factum est à Scotistis, cum primum usi sunt nomine distinctionis formalis ex natura rei, & recentius à Thomistis, dum usurpare cœperunt

prius inauditum & (teste P. Iosepho de vita Dominicano) D. Thomæ ignotum Physicæ prædeterminationis nomen.

Scientia Dei invariabilis potuit, ut visio, ad plura se extendere.

Scientia Dei est invariabilis; quia cum Deus sit immutabilis, quidquid sit & sciet scivit ab æterno & sciet in æternum. Vnde ab æterno scivit, & semper sciet hanc propositionem, *Christus nascetur*, esse veram pro omni tempore Christi nativitatem antecedente: falsam vero pro tempore eam sequente.

Deus potuit plura producere quam produxerit, & consequenter plura scire scientia visionis quam de facto sciat, non potuit tamen incipere scire, quod prius non scivit aut desinere scire quod scivit: hoc enim esset proprie ejus scientiam variari quod repugnat.

Denominatio videntis creaturas Deo convenit ab æterno, quia est principaliter ab actu immanente, qui est æternus, non tamen denominatio Domini & similes, quia sunt ab operatione externa, quæ non est ab æterno sed cœpit in tempore.

Plura V. apud Suar Ruiz. Henào, Henr. a S. Ign.

Profusiore explicatione omnium, quæ ad scientiam mediam pertinent, videri possunt Suar. Ruiz. Annatus, Ferier, aliique per multi, tum externi, tum domestici, qui de hoc argumento prolixos ediderunt tractatus, scipturæ, ac Patrum authoritatibus refertissimos, quibus Gabriel de Henao multa recenter addidit in sua *scientia media Theologice defensata*, hanc scientiam solide stabilientia; ejusque impugnationum vim omnem enervantia; in quibus proinde suorum argumentorum solutionem facilem, ut reor, invenient Gonetus, Henricus à S. Ignatio (qui dist. 8. infallibilem conditionatorum scientiam fundat in decretis quidem efficacibus ac determinatis non tamen physice prædeterminantibus) aliique scientiæ conditionatæ oppugnatores, quos hic refellere non permittit synopsi præscripta brevitas, ex qua tamen omnes adversariorum objectiones non ægre dissolvet ingeniosus doctrinæ nostræ defensor.

Varia scitu digna, tum historice, tum Theologice certam futurorum conditionalium scientiam firman-

mantia habet Henao sup. cit sec. 179. & seqq. & Hen. à S.Ign. multa efficaciter rejicientia *scientiam mediam paulo strictiorem & reformatam* August. Gibboni disp. 27. dub. 3. §. vlt. & *scientiam mediam late sumptam.* Francisci Bonæ spei disp. 11. dub. unico.

131. Datur idea divina, secundum quam Deus efficit quidquid extra se operatur. Constat ex Dionys. Aug. mox citandis, aliisque PP. apud Ruiz. Petav. & ratio est quia quidquid Deus operatur, illud producit modo intellectuali & perfecto, ex illius intentione, & propria cognitione modi quo fieri debet, quod est operari secundum ideam, quæ in genere recte definitur. **Datur in Deo Idea juxta quam operatur ad extra.**

Forma existens in mente artificis, ad quam respiciens artifex, operatur.

Vnde duplex est alia formalis, quæ est cognitio modi: quo res facienda est; alia objectiva, quæ est forma imitabilis, præfixa agenti intellectuali ad effectum aliquem secundum ejus imitationem exprimendum. De utraque loquuntur PP. sæpius tamen de objectiva, de qua hic præcipue controvertitur. sitne aliquid Deo intinsecum, ut vult D. Th. an ipsa res possibilis prout ab æterno objective existens in mente Dei, ut vult Durand. **Ex cognitione, & intentione sibi suum opus assimilandi.**

132. Idea divina objectiva est perfectio Deo intrinseca, ipsa nempe essentia divina, prout à se est plenitudo essendi, seu complexio omnis perfectionis, à qua essentialiter, secundum omne suum esse, procedunt entia per participationem. **Idea divina objectiva est Dei essentia, ut varie participabilis.**

Prob. 1. ex PP. Dionys. c. 5 de Div. Nom. dicente, *exemplaria rerum in Deo esse essentia earum effectrices rationes.* Aug. l. 83. qq. q. 46. ubi docet ideas divinas esse *rationes rerum stabiles, incommutabiles: æternas, quarum participatione fit ut sit quidquid est, quomodo est, quarum visione anima beatissima fit.* Quibus addit grauem censuram contrariæ sententiæ, his verbis; *non enim extra se positum intuebatur, ut secundùm id constitueret, quod constituebat: hoc enim opinari sacrilegum est.* **Vt sic enim est Deo ratio cognoscendi res ut à se factibiles.**

Prob. 2. quia perfectio Deo intrinseca seu divina essentia, est Deo prima ratio cognoscendi omnes creaturas possibiles secundum suas naturas, proprietates,

tates, & modum quo fieri possunt, ut patet ex n. 79. & seqq. adeoque, & idea, qua Deus per se primo dirigitur in earum productione. Deinde cum Deus sit supremus artifex, debet uti perfectissimo exemplari, sibique intrinseco.

Est virtualiter multiplex.

133. Hæc idea quamvis realiter simplex, (utpote ipse Deus) virtualiter tamen, & secundum rationem est multiplex, sensu explicato de attributis n. 31. Ideo autem ideæ divinæ, conformiter Dionys. Aug. Damasc. aliisque PP. eas in plurali semper exprimentibus, simpliciter dicuntur plures; quia nomen ideæ, uti nomen attributi, significat divinam perfectionem cum præcisione secundum ordinem ad diversas creaturas in particulari, tanquam ratio unicuique propria, & commensurata, ac singularum distinctiva; quo sensu Aug. l. 83. qq. q. 46. dicit, *singula propriis creata esse rationibus, & absurdum esse existimare, quod eadem ratione creatus sit homo & equus.*

Hinc à PP. exprimitur in plurali.

CAPUT IV.

Voluntas Dei.

§. I.

Volitiones Dei liberæ.

Est in Deo voluntas, per modum actus puri.

134. Datur voluntas in Deo, est de fide ex Mat. 6. *Fiat voluntas tua*, & 1. Thes. 4. *hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra*. Non habet rationem potentiæ, sed actus purissimi, uti enim Deus est sibi suum intelligere, ita est sibi suum velle sive est essentialiter actus purus volendi, sicut est essentialiter actus purus intelligendi: cum hoc tamen discrimine, quod non sit essentialiter volitio efficax omnis volibilis eo modo, quod est efficaciter volibile, sicut est judicative cognitio omnis cognoscibilis eo modo, quo judicative est cognoscibile; alioqui enim non esset liber & vellet efficaciter contradictoria (quod repugnat) sicut judicative cognoscit contradictoria; non quidem illis assentiendo; quod repugnat essentiali ejus cognitionis veritati; sed actu simplici æquivalenter affirmando unum esse verum, alterum esse falsum.

Sicut intellectus cum discrimine libertatis.

In his

In his duobus purissimis actibus intelligendi ac volendi inter se quoad intrinseca realiter identificatis consistit tota vita, & juxta nonnullos tota essentia Dei.

In actu intelligendi & volendi sita est vita Dei.

135. Deus amat se necessario, non solum quoad specificationem, sive sic ut non possit seipsum odisse; sed etiam quoad exercitium, id est sic ut non possit se non amare.

Prob. 1. quia infinita Dei bonitas est proprium ac specificativum ejus voluntatis objectum sua infinitudine ad sui amorem infinite rapiens, adeoque necessitans eum à quo perfecte cognoscitur. 2. quia perfectius est actualiter amare bonum infinitum, quam illud non amare, ergo necessario convenit Deo. 3. quia Deum necessario amare amore infinito suam bonitatem infinitam est perfectio simpliciter: cum enim ista necessitas non oriatur ex defectu advertentiæ, aut limitatione potentiæ, sed ex summa perfectione objecti; & ex summa proportione appetitus cum illo, nullam arguit imperfectionem, sed summam perfectionem, & supremam Dei beatitudinem.

Quia iste amor est in Deo perfectio simpliciter.

Iste autem Dei amor non solùm habet (ut vult Ribas) rationem gaudii seu quietis vitalis in perfectione ac bonitate infinita divinæ essentiæ, sed etiam rationem complacentiæ ac benevolentiæ, in quo consistit formaliter ratio amoris ut a gaudio distincti.

Habet rationem gaudij & beneuolentia.

Deus alia a se non vult necessario, quia secundum se non habent bonitatem infinitam, neque quoad esse existentiæ, connexionem necessariam cum bonitate increata; in iis tamen ut possibilibus habet necessariam complacentiam: quia ut sic habent necessariam connexionem cum ejus essentia.

136. Datur in Deo volitio simpliciter libera, est de fide contra Averro. Avissen. Porphyr. & alios veteres philosophos quorum blasphemiam amplexi sunt Abaillard. Vviclef. Luther. aliique hæretici.

Datur in Deo volitio libera.

Prob. 1. ex script. Psal. 13. *omnia quacumque voluit, fecit*. 1. Cor. 12. *dividens singulis prout vult* quid est inquit Amb. 2. de fide c. 3. *pro libero voluntatis arbi-*

Est de fide ex script. & PP.

trio

trio, non pro necessitatis obsequio. Prob. 2. ex Aug. 22. de civit. c. ult. *Deus ipse quoniam peccare non potest, numquid liberum arbitrium habere negandus est;* Et alijs PP. apud Ruiz, Petav. &c.

Et demonstratur.

1. quia Deus est sibi sufficiens.

2. quia libertas est perfectio simpliciter.

Potest hæc veritas (contra OcKam & Gabr. volentes eam sola fide constare) etiam ratione demonstrari, 1. quia Deus cum sit agens perfectissimum extra se operatur per intellectum & voluntatem; non per voluntatem necessariam: cum enim sit sibi sufficientissimus, nihil agit necessario ad extra, ergo per liberam. 2. quia licet voluntas, indifferenter flexibilis ad bonum & malum, aut vertibilis ab uno contradictorio ad aliud contradictorium etiam post factam electionem involvat imperfectionem Deo repugnantem, peccabilitatem scilicet, & inconstantiam; tamen voluntas simpliciter libera, & indifferens ad creaturarum existentiam efficaciter volendam, aut non volendam est perfectio simpliciter, ac proinde Deo competit, & hoc sensu liberum arbitrium.

Volitio Dei æterna est necessaria ex suppositione.

137. Dices 1. omnis volitio Dei est æterna. R. non ideo est absolute necessaria: non enim omne æternum est absolute necessarium, sed solum vel absolute, vel ex suppositione.

Bonitas Dei necessario ipsum movet ad amorem bonorum cũ ipso connexorum.

Dices 2. Dei bonitas est ipsi ratio amandi alia à se. Ergo cum Deum necessario moveat ad sui amorem etiam ipsum necessario movet ad amorem aliorum à se. R. solum movet ad amandum necessario Deum, & ea quæ cum ipso aut aliqua ejus perfectione habent necessariam connexionem, quam non habent creaturæ secundum esse existentiæ. Similiter amor finis solum necessitat ad volitionem mediorum sine quibus finis non potest subsistere.

Dices 3. actus quo Deus vult alia a se, est idem cum actu, quo vult se; atqui hic est necessarius ergo. R. dist. ma. est idem quoad Deo intrinseca c. quoad extrinseca, n.

Potest volitio Dei libera secundum extrinseca quæ connotat, dici contingens late seu contingentia logica, non solum importante libertatem & indifferentiam antecedentem, vi cujus ita est ut potuerit

non

non esse; non tamen contingens stricte seu contingentia importante in Deo mutabilitatem & modum operandi fortuito absque prævia cognitione, aut talem defectum virtutis activæ, ut à suo effectu per alias causas possit impediri.

Deus est determinatus ad optimum quoad modum, non quoad substantiam, ne quidem moraliter.

Contingentiæ jam admissæ non repugnat, quod Deus, intrinsece optimus, sit ab intrinseca bonitate sua determinatus ad semper faciendum quod est optimum: solum enim determinatus est ad optimum quoad modum operandi, tenentem se ex parte Dei, seu ex parte ejus sapientiæ & intentionis; non quoad substanciam rei faciendæ, nequidem determinatione morali, quæ licet non officiat libertati creatæ, officeret tamen increatæ ab omni difficultate, insufficentia, & imperfectione essentialiter expeditæ. Vnde potuit facere perfectiora factis, non tamen sapientia & intentione perfectiori.

Potestas ad bonum & malum importat imperfectionem secus potestas ad bonum & minus.

Dices actus primus ad bonum & malum est imperfectio posita Deo repugnans. Ergo actus primus ad bonum & minus bonum est imperfectio, saltem negativa, seu minor perfectio in Deum in omni genere perfectissimum non cadens. Ergo Deus est moraliter determinatus ad optimum etiam quoad substantiam rei faciẽdæ R N.1.seq. disparitas est, quod ad actus primus bonum & malum dicat peccabilitatem, seu mali moralis amorem possibilem divinæ sanctitati repugnantem: at vero actus primus ad bonum & minus bonum nullam importat imperfectionem Deo, aut alicui ejus attributo contrariam; sed potius summam bonorum intrinsecorum abundantiam, qua ipse sibi ita sufficit, ut nullo prorsus bono extrinseco indigeat, nec ab ullo perficiatur, ac proinde tam majus quam minus bonum possit velle absque ulla imperfectione.

Maior conuenientia non est ratio, sed congruentia actorum Dei.

Hinc 1. ratiocinationes Patrum de variis à Deo factis v. g. de assumptione naturæ humanæ potius quam angelicæ; quia sic erat melius vel convenientius; sunt meræ congruentiæ se solis insufficientes ad efficacem probationem aut quæstionis solutionem. 2. libertas, sumpta pro indifferentia activa, est in creaturis habentibus potestatem ad malum ea ex

Libertas creatura est

parte

secundùm quid major libertate Dei.

parte extensive major, quam in Deo, licet aliunde sit in Deo infinities major, quatenus se extendit ad bona infinities plura & majora. Potestas ad malum est in creaturis perfectio extensiva libertatis indifferentiæ, sed admixta imperfectionibus defectibilitatis, peccabilitatis &c. Eam ob rem Ansel. de lib. arb. c. 1. dicit (sicut & alii PP.) *nec libertas, nec libertatis pars est peccandi potestas*, quia nempe non est pars libertatis perfectæ, id est acceptæ prout dicit exemptionem à miseria, & servitute peccati ac diaboli.

Volitio Dei libera non est præcise actus intrinsecus divinæ voluntatis.

138. Volitio Dei libera qua talis, non est (ut volunt Suar. Valent. Ruitz. Henric. à S. Ign. & alij) præcise actus divinæ voluntatis necessarius in essendo, ratione suæ infinitatis, & eminentiæ incomprehensibilis ita liber in terminando ut pro Dei arbitrio se extendat & intrinsece terminetur ad hæc, aut ista objecta determinate; atque ita seipso absque ullo alio sive intrinseco, sive extrinseco, sive re sive ratione supperaddito, formaliter constituat Deum illa libere volentem sic ut actus omnino idem; absque ulla sui variatione potuerit non terminari ad illa, sed ad eorum contradictoria atque ita se solo formaliter constituere Deum illa volentem.

Alioqui volitio creandi mundum esset necessaria & libera in essendo adæquatè identificata nolitioni.

Prob. 1. quia alioqui libera Dei volitio, v. g. creandi hunc mundum, esset adæquate necessaria in essendo, & quia adæquate identificata actui necessario & simul simpliciter libera in essendo, quia ut talis potuit non esse. 2. quia sequeretur eundem Dei necessarium adæquate identificari duobus actibus realiter incompossibilibus, volitioni nempe hujus mundi, & ejusdem nolitioni, quæ absolute potest esse, & consequenter posse in Deo dari transitum à contradictorio ad contradictorium nempe à volente ad non volentem, sine mutatione reali. Item volitionem & nolitionem in Deo esse formaliter idem, quia essent formaliter & adæquate idem cum uno tertio 3. quia sequeretur causam formalem adæquatam qua Deus constituitur volens creare mundum posse esse in Deo sine suo effectu formali, quæ & similia inde consequentia manifeste repugnant huic principio: idem non potest simul esse & non esse.

Et possit esse sine suo effectu formali.

Di-

139. Dices 1. libera volitio hujus mundi non est actus Dei necessarius quomodocumque, sed prout includit terminationem ad esse hujus mundi quam potuit non habere. Ergo probationes nullæ. R. n. seq. vel enim illa terminatio superaddit aliquid entitatis divino actui necessario; vel nihil: si primum, stat nostra conclusio: si secundum, ergo repugnat esse entitatem divini actus sine ista terminatione, adeoque remanent implicantiæ in nostris probationibus deductæ.

Terminatio ad esse mundi superaddit aliquid vel non &c.

Dices 2. ad hoc ut actus Dei necessarius in se invariatus tribuat denominationem libere volentis, vel contra, sufficit connotatio mutationis ex parte objecti, quæ mutatio non habeat se per modum partis, aut complementi intrinseci formæ tribuentis istam denominationem, sed per modum connotati extrinseci, seu puræ conditionis extrinsecę sine qua non R. n. aff. quia, cum effectus formalis non sit aliud quam constitutum ex subjecto capaci, & forma debite inexistente, non potest forma de se adæquata & sufficiens suo subjecto vel quasi subjecto debite inexistens impediri à suo effectu formali per defectum conditionis extrinsecæ, aut per hanc, forma de se insufficiens, reddi sufficiens ad suum effectum formalem. Vnde defectus conditionis solum potest impedire, ne forma ponatur in subjecto. Vt patet in approximatione, cujus defectus potest impedire ne actio calefactiva ponatur in subjecto, non tamen efficere ut, posita in eo actione calefactiva, subjectum non fiat calidum.

Defectus conditionis potest impedire positionem formæ in subjecto, non ejus effectum formalem.

Dices cum Henr. à S. Ign. Volitio Dei libera consistit in terminatione ad creaturas, quæ non superaddit ad perfectiones Dei necessarias aliquid seu realiter seu ratione distinctum, nec defectibile sub cōceptu entitatis, aut perfectionis, sed solum aliquid ratione distinctum & defectibile sub conceptu terminationis. R. hoc assumptum terminis subobscuris involuere implicantias detectas in nostra probatione, & in solutione objectionum præcedentium; ut patebit ejus subtilitates attentius expendenti.

140. Volitio Dei libera non superaddit divino

Volitio libera.

non addit aliquid Deo intrinsecum redistinct.

actui necessario aliquid Deo intrinsecum, ab eo realiter distinctum; ut vult Vortsius Calvinista; hoc enim repugnat divinæ simplicitati, & rationi actus puri: nec solam indifferentiam judicii, ut vult Ban. hæc enim non sufficit ad libertatem formalem in creatis ut ostenditur p.2.c.1.§.3. adeoque nec in Deo: neque merum respectum rationis, ut cum variis Thomistis vult Mol. cum Deus sit formaliter libere volens, independenter ab omni intellectu fingente respectum rationis, seu habitudinem intrinsecam divinæ volitionis ad objectum libere volitum quæ de facto non est.

Nec solam indifferentiam judicij, nec respectum rationis.

Cum ergo S. Thom. subinde volitionem Dei liberam explicat per respectum rationis; non loquitur de respectu rationis formali & fictitio, sed de fundamentali qui non est aliud, quam contingens terminatio divinæ volitionis ad existentiam objecti efficaciter voliti.

Neque perfectionem extensivam Deo intrinsecam, quæ potuerit non esse.

141. Volitio Dei libera non superaddit (vt volunt Cajet. Peres. & alii) formalitatem, seu perfectionem extensivam Deo intrinsecam ac realiter identificatam & solum virtualiter distinctam, quæ tamen qua talis ab æterno potuerit non esse in Deo, idque absque ulla imperfectione; quia si in Deo non esset volitio mundi, v. g. adesset opposita nolitio æque perfecta.

Prob. quia repugnat formalitatem liberæ volitionis secundum se totam Deo realiter identificari, & tamen potuisse ab æterno non esse, alioqui enim idem posset realiter separari a seipso, simul esse & non esse, & quod nunc est realiter Deus, & ens à se, potuisset ab æterno esse non ens, & contra quod nunc est, & ab æterno fuit non ens, nempe nolitio hujus mundi, potuisset ab æterno esse Deus, & ens à se, quæ omnia, præter manifestam implicantiam, important mutabilitatem in Deo, non quidem strictam, qua Deus posset nunc aliter se habere quam ante, sed latam (æque tamen Deo repugnantem) qua potuisset ab æterno aliter se habere quam de facto se habuerit.

Alioqui Deus esset mutabilis.

Identificata unitertio,

Dices libera volitio, hujus mundi v. g. solum in-

adæ-

adæquate identificatur divino actui necessario, cum hic sit identificabilis nolitioni ejusdem mundi cui non potest identificari, imò nec coexistere volitio mundi: atqui è duobus solum inadæquate identificatis unum potest existere sine alio; ut patet in anima rationali, quæ desinente homine, cui inadæquate identificatur, permanet in esse. Ego R. dist. mi. quando è duobus identificatis unum habet se ut inclusum, aliud ut includens, & compositum ex pluribus realiter distinctis non idētificatis uni tertio realiter indivisibili, ut contingit in exemplo animæ & hominis C. quando non intervenit ejusmodi inclusio & compositio sed summa simplicitas, ut in divinis, N. alioqui enim posset essentia divina existere sine singulis personalitatibus, & singulæ personalitates sine essentia; cum inter essentiam & singulas personalitates interveniant realis distinctio inadæquata.

realiter indivisibilis non possunt ab invicem separari quoad existentiam.

142. Divina volitio completur in esse volitionis liberæ per aliquem terminum realem Deo extrinsecum, vi illius contingenter existentem in aliqua temporis differentia. Ita Altisiodor. Halen. Pesan. Navaret. Daniel à S. Ioseph. & è nostris Vasques, Gill. Arrub. Granad. Amic. Recupit. Fasol. Veken DerKen. & alii.

Dei volitio est formaliter libera per terminum extrinsece, vi illius existentem.

Prob quia volitio libera ut sic potest non esse, atqui nihil Deo adæquate intrinsecum potest non esse; ergo volitio libera; ut sic, importat aliquid contingens Deo extrinsecum, quod est intrinsecum volitioni liberæ, non ut volitio est, sed ut libera est, quandoquidem qua talis sine illo esse non possit, & eo posito non possit non esse: illud verò pertinet ad rei intrinseca sine quo implicat rem esse & quo existente implicat non esse. Ad cujus pleniorem intelligentiam & solutionem eorum, quæ possent objici, sint sequentes positiones.

Quia ut libera, potest non esse.

143. 1. Non datur in Deo libera voluntas per modum potentiæ indifferentis ad diversos actus producendos, sed per modū actus secundi per se sūme actuati quoad intrinseca, indifferentis tamē ad cōtingentia efficaciter volēda vel nō volendo & vi suæ efficaciæ immediate ponēda vel nō ponēda in rerū natura.

Non est in Deo libertas per modum potentiæ.

Sed per modum actus indifferentis ad diversa.

2. Hic actus, ex suis intrinsecis est affectus simplicis complacentiæ circa omnia secundum rectam rationem volibilia etiam opposita, & simul est efficax eorumdem volitio, quoad sufficientiam tantum; quoad applicationem vero, non nisi accedente termino extrinseco vi illius posito in esse.

Ad quæ determinat se formaliter per eorum productionem.

3. Actus divinæ volitionis absque ulla sui variatione intrinseca determinat se ad objecta contingentia libere ponenda, efficienter quidem per suam efficacitatem intrinsecam, active indifferentem; formaliter verò per eorum productionem, quæ est immediatus terminus complens positivam Dei volitionem in esse volitionis formaliter liberæ.

Quæ est terminus immediate complens volitionem liberam.

Dico, *positivam*, quia negativa seu mera nolitio existentiæ objecti, si detur, completur per negationem existentiæ objecti quam infert: unde in priori rationis quam intelligatur nolitio objecti, non habetur negatio existentiæ objecti, sed præcisio à negatione & existentia, & in Deo non habetur indeterminatio negative, sed solum præcisive.

4 Hic actus est necessarius in essendo, & liber in terminando, seu efficiendo.

5. Divina volitio libera ut sic non est forma simplex, sed quippiam complexe significabile, realiter integratum ex tendentia vitali effectiva Deo intrinseca, & connotato extrinseco, vi istius tendentiæ posito in esse; sic tamen ut principaliter & in recto importet tendentiam vitalem, ratione cujus dicitur simpliciter Deo intrinseca, vitalis, æterna &c.

Ad quam non sufficit mutatio moralis.

6. Mutatio quæ ad liberam Dei volitionem requiritur, non potest haberi (ut vult Salazar) per formam intrinsecam, quæ nec sit physica nec modalis, sed moralis; quales sunt nobilitas, doctoratus, dignitas regia &c. Quia ejusmodi formæ morales conceptæ ut reales intrinsecæ sunt entia rationis, cum denominatio regis, doctoris &c. non oriatur à forma reali intrinseca sed a variis connotatis extrinsecis, positivis, negativis, præsentibus, præteritis, &c.

Eget extrinseco, quia potest non esse.

144. Patet 1. cur volitio Dei libera potius compleatur per terminum extrinsecum quam necessaria: cum enim necessaria non potuerit non esse in Deo

(ut ex

(ut ex ipsis terminis clarum est) nulla est ratio dicendi quod importet aliquid ipsi extrinsecum.

Patet 2. Volitionem Dei liberam non esse vitalem secundum omnia quæ importat tam in obliquo quam in recto: esse tamen vitalem simpliciter, nempe secundum id, quod dicit principaliter & in recto.

Quoad rem non est vitalis adæquatè. Sed secundùm id quod dicit in recto.

Neque propterea dici debet aliquid non vitale v. g. creatio mundi, esse partialiter Dei volitio libera ut sic, nisi in sensu mere materiali; quia non omnia quæ quomodocumque concurrunt ad aliquam denominationem, possunt aut debent secundum seipsa participare istam denominationem, aut rationem formæ per illam principalius importatæ, sed solum ea quæ concurrunt principaliter. Quod manifestum est in actuum nostrorum libertate, quæ partialiter oritur ab advertentia rationis non libera: in malitia transgressionis præcepti divini ad quam concurrunt impositio præcepti, cognitio Dei, ejusque infinita dignitas, quibus nihil inest malitiæ.

Patet 3. quod, licet Deum velle operari ad extra, & libere operari sint prorsus idem materialiter, & quoad rem, formaliter tamen, & quoad modum significandi, valde differant: primum enim importat principaliter, & in recto tendentiam vitalem; secundum è contra principaliter & in recto operationem, quod sufficit, ut, juxta S. Tho. hic q. 13. art. 7. ad 3. primum vere Deo conveniat ab æterno, sicut propositioni de futuro nunc & ab æterno convenit esse veram, licet tota realitas per veritatem importata non sit jam; secundum autem solum in tempore, Deo conveniat.

Deum velle operari, & libere operari solùm sunt idem materialiter.

145. Neque obstat illud Ps. 113. *omnia, quæcumque voluit fecit*: quæ verba significare videntur liberam Dei volitionem esse priorem natura suo objecto, adeoque per illud non compleri intrinsece; nam ad veritatem horum verborum, sufficit, si sit prior sumpta inadequate, pro actu vitali, solum active indifferenti, & efficienter libero, quem principaliter importat: esto non sit prior sumpta complete, etiam secundum id, quod, ut formaliter libera,

Volitio libera est natura prior suo objecto si sumatur inadæquate secus si adæquatè.

importat minus principaliter, sic enim solum est prior suo objecto mediato, nempe re producta, non verò suo objecto immediato, id est, rei productione, qua immediate terminatur, & completur in esse volitionis liberæ.

Deus operatur quia vult in sensu formali, & negativo.

Non in reali & positivo.

Vnde, hæc causalis; *Deus operatur, quia vult*, solùm vera est in sensu formali, & secundùm rationem; sicut hæc; *Petrus est homo, quia animal rationale, est Rex, quia legitime electus*: aut in sensu negativo solùm significante Deum non operari ex determinatione alterius; non verò in sensu materiali, & secundùm rem aut in sensu positivo, significante Deum operari ex determinatione volitionis antecedenter liberæ formaliter & completè.

146. Hinc patet 1. absque vitioso circulo admitti posse has causales; *ideo res est futura quia Deus vult, & ideo Deus vult quia res est futura* sumendo nempe posteriorem in sensu materiali, & reali, priorem in sensu formali juxta nostrum modum concipiendi cum fundamento in re, petito ex eo quòd actus divinæ volitionis active indifferens tendat in objectum illi dando esse.

Deus facit quod vult, id est determinatione propria.

Patet 2. hanc propositionem; *Deus facit omnia quæ vult*, ex nostris principiis non habere (ut objicit Ariaga) hunc sensum nugatorium, *Deus facit omnia quæ facit*, sed hunc serium & verum; *omnia quæ Deus facit, facit ex propria determinatione sibi liberrima & à nullo prorsus impedibili*.

Patet 3. potentiam executivam, qua Deus operatur immediatè ex intrinseca suæ voluntatis determinatione, & voluntatem Dei ut liberam, non distingui ratione, sed esse formaliter idem: distingui tamen a voluntate potentiam, qua operatur ex immediata determinatione creaturæ liberæ, v. g. cum ea concurrendo in actu 2. uti & voluntatem necessariam à potentia executiva.

Scientia Dei completur in esse visionis per existentiam sui objecti.

147. Quæ hactenus dicta sunt de volitione Dei libera cum proportione applicanda sunt scientiæ Dei liberæ, seu visionis creaturarum, ac proinde dicendum est actum divinæ intellectionis (qui de se est formaliter simplex repræsentatio omnium scibilium

etiàm

etiam contradictoriorum, & affirmatio eorum existentiæ non formaliter, sed quoad sufficientia, quantum est ex parte sua) compleri in esse visionis, seu affirmationis existentiæ objecti per ipsam objecti existentiam, sicut volitio per eandem completur in esse volitionis liberæ; cum hoc tamen discrimine, quod volitio tendat in existentiam qua completur modo practico, illi dando esse, ac proinde sit illa prior, modo explicato n. 145. contra verò scientia visionis tendat in existentiam qua completur modo speculativo, supponendo illam esse, sicut proinde sit illa posterior secundum rationem.

Non illam inferendo sed supponendo.

148. Datur in Deo libertas contradictionis seu quoad exercitium, hoc est qua potest habere se negative circa existentiam creaturarum, sicut neque eam velit, neque positive nolit. Ita Gabr. Marsil. Dur. Valen. Less. Præpos. contra Suar. Vasq. Ruiz. Granad. VeKen. DerKen. & recentiores communius.

Datur in Deo libertas contradictionis.

Prob. 1. quia libertas quoad exercitium est perfectio simpliciter æque ac libertas quoad specificationem, ergo æque Deo conuenit.

1. Quia est perfectio.

Prob. 2. quia potest Deus nihil velle producere extra se, cum sit sibi sufficientissimus, atqui eo casu haberet se negative circa existentiam creaturarum; ergo &c. Prob. mi. quia eo casu non haberet positivã nolitionem existentiæ creaturarum: quia positiva nolitio non potest compleri in esse nolitionis liberæ per negationem existentiæ rerum; cum enim hæc negatio sufficienter habeatur, etiam ut suo modo dependens à Deo, per negationem volitionis existentiæ rerum, per se concomitantem imo præcedentem natura (saltem logice seu essendi consequentia) ipsam nolitionem positivam existentiæ rerum, non potest hæc positiva nolitio efficaciter inferre negationem rerum, cum hæc negatio habeatur independenter ab ista nolitione per ipsam volitionis negationem, ergo non potest nolitio positiva per illam compleri.

2. Quia potest Deus nihil velle producere.

Quo casu non esse rerum non compleret nolitionem positivam.

149. Confir. hæc probatio 1. quia negatio existentiæ rerum merè possibilium est sub modo à seipsa; cum res merè possibiles ex seipsis nihil sint. Ergo ista negatio non potest oriri ex positiva Dei,

volitione illam inferente quando quidem seclusa omni positiva Dei volitione imo etiam secluso ipsomet Deo æque foret ista negatio: quod autem æque suo modo esset Deo non existente aut nihil volente, in suo esse non dependet, nec dependere potest à Deo ejusve volitione, iis enim non indiget nec indigere potest ad habendum suo modo esse. Ergo ista negatio non potest suo modo esse vi efficaciæ divinæ volitionis & consequenter nec eam complere in esse volitionis liberæ. Si enim daretur aliquod ens positivum quod æque existeret, quamvis per impossibile, Deus non esset aut nihil vellet, non indigeret Deo aut ejus volitione ad existendum, neque ab eo penderet, ideoque non posset terminare efficacem ejus volitionem neque eam complere in esse volitionis liberæ, cum volitio Dei non possit constitui in esse volitionis formaliter liberæ nisi per terminum cujus existentiam inferat.

Quia habetur per negationem volitionis rerum.

Confir. 2. nolitio positiva non existentiæ rerum possibilium frustra esset: cum ista non existentia sufficienter habeatur, etiam ut suo modo dependens à Deo per puram omissionem volitionis existentiæ; hac enim omissione posita necessario habetur ista non existentia. Ergo, cum repugnet Deo inesse aliquid superfluum, repugnat ista nolitio.

Etiam ut dependens à Deo.

Confir. 3. quia plus requiritur ad positivam nolitionem existentiæ rerum, quam ad meram negationem volitionis efficacis rerum: alioqui enim posset transiri à contradictorio ad contradictorium, hoc est à negatione nolitionis positivæ ad nolitionem positivam sine ulla mutatione reali. Ergo cum per meram negationem volitionis, seclusa quacumque positiva nolitione, habeatur negatio existentiæ rerum, ad positivam nolitionem efficacem requiritur aliquid præter istam negationem, nempe aliquis terminus positivus dicens ordinem ad non esse rerum; in quo termino istud non esse sit indirecte volitum. Unde si Deus nihil voluisset extra se, non habuisset positivam nolitionem efficacem sed puram omissionem volitionis efficacis. Et eo casu non existentia rerum non esset Deo libera per positivam

Plus requiritur ad positivam nolitionem quã ad negationem volitionis.

voli-

volitionem sed solùm per liberam omissionem volendi rerum existentiam, qua (si Deus eam voluisset) sublata fuisset negatio existentiæ rerum, quæ proinde negatio, etsi secundum se a Deo non pendeat, ab eo tamen pendet ut est Deo libera libertate negativa.

Confir. 4. non esse rerum est, tanquam à causa sibi proportionata, à negatione volitionis rerum: cum enim sit effectus negativus exigit causam negativam, ergo non est necesse potest à nolitione positiva. Deinde per sublationem positionis mundi præcisè tollitur libera volitio mundi; quæ habetur formaliter per positionem mundi, non verò ponitur volitio ei contrariè opposita: cum generaliter loquendo per sublationem formæ præcisè tollatur ejus effectus formalis, non ponatur alius ei oppositus. Hinc Deus non est efficaciter nolens per omne id quo desinit esse efficaciter volens: nam positivè velle, plura importat, v. g. affectum complacentiæ erga rem, & rem poni in rebus, ex vi determinativa istius complacentiæ quorum altero deficiente, desinit esse efficax volitio.

Non esse est à negatione volitionis ut à causa sibi proportionata.

150. Prob. 3. quia de facto Deus habet se negative circa infinita volibilia sub conditione de quibus (ex dictis sup. n. 124.) solùm habet volitiones conditionatas ex parte actus, idest quæ essent si: illa enim sunt volibilia volitione absoluta ex parte actus & solùm conditionata ex parte objecti; & tamen neque sunt sic volita neque nolita. Igitur circa illa Deus habet se negative sive sic ut neque illa velit neque positivè nolit. Ita Alber. Bon. Alex. Mol. Vasq. Suar. Curiel. & alii.

Deus habet se negativè circa volibilia sub conditione.

151. Prob. 4. Volibile finitum non necessitat voluntatem creatam quoad exercitium: ergo multo minus increatam.

Neque hic dici potest quod necessitas volitionis vel nolitionis disjunctivè circa volibile creatum non oriatur ex parte objecti sed ex parte solius voluntatis divinæ, per suam infinitatem essentialiter determinatæ ad omnem perfectionem possibilem in genere volendi adeoque ad volitionem vel nolitionem

Non est perfectio voluntatis sed imperfectio libertatis necessitari ad contingentia volenda vel nolenda.

sub

sub disiunctione necessariò habendam. Hæc enim necessitas disjunctiva volitionis vel nolitionis efficacis circa volibilia contingentia non est perfectio, cum volitiones liberæ ut sic nihil dicant perfectionis Deo intrinsecæ, sed contra est imperfectio libertatis, seu carentia perfectionis ei inesse possibilis, nempe indifferentiæ quoad exercitium.

Deus habet se negative circa peccata absolutè futura.

152. Alij libertatem contradictionis probant, & quidem, ut putant, efficaciter ex eo quòd Deus habeat se negative circa varia absolute futura 1. circa peccata ab hominibus committenda; neq; enim vult efficaciter illa fieri, neque non fieri; alioqui non fierent. 2. circa bona opera præcepta, quæ non fient; illa enim non vult efficaciter fieri, cum non sint facienda neque vult efficaciter non fieri, cùm illa imperet 3. circa futuros actus bonos non prædefinitos: quia non vult efficaciter ut fiant, alioqui essent prædefiniti; neque vult efficaciter ut non fiant, alioqui non essent futuri. Ergo &c.

Non tamen merè negative, quia vult illa permittere.

Verùm hæc probatio, quamvis in speciem valida, non est tamen omnino efficax: falsum est enim Deum circa ejusmodi objecta habere se merè negativè, cum circa illa exercuerit alteram partem suæ libertatis, non quidem illa efficaciter volendo aut efficaciter nolendo, sed libertati creatæ ea permittendo.

Potest quædam volibilia neque velle neque nolle efficaciter, immediatè in se ipsis.

Potest itaque Deus (etiam adversariorum confessione) circa objecta contingentia, ut in aliquo medio volibilia, aut immediatè pendentia à sola libertate creata, habere se negative hoc sensu, quod illa immediate, & in se, neque velit, neque nolit efficaciter: sed hoc non est habere se negative simpliciter, sed solum secundum quid. Hoc sensu Deus haberet se negative circa alterum mundum si (quod potest) poneret terminum suspensiuum suæ voluntatis ab omni volitione, vel nolitione circa existentiam alterius mundi: eò ipso tamen indirecte in isto termino ut medio, nollet esse alterum mundum, quippe qui non potest esse sine positiva Dei volitione, ejus existentiam inferente. Hic igitur solùm controvertitur de objectis contingentibus, ut in se directe & immediate volibilibus, à sola voluntate

Quod est se habere negative secundum quid.

divi-

divina dependentibus, ut creare, vel non creare.

153. Dices Deus non potest suspendere suum intellectum ab omni intellectione circa objectum contingens, sic ut illud, neque cognoscat esse, neque cognoscat non esse. Ergo neque voluntatem ab omni volitione, sic ut illud neque velit esse, neque velit non esse. R.n. seq. disparitas est, quòd suspensio ab omni intellectione involveret imperfectionem ignorantiæ Deo repugnantem: at verò similis suspensio ab omni volitione nullam dicat imperfectionem, sed perfectionem libertatis nulla imperfectione mixtam.

Deo repugnat suspensio intellectus, ab omni actu circa contingentia non suspensio voluntatis.

Voluntas divina est quidem in ratione volendi summe actuata, & expers omnis potentialitatis quo ad intrinseca; non tamen quoad extrinseca, quæ important volitiones liberæ ut sic: cum enim ista nullam dicant perfectionem Deo intrinsecam, potest, Deus in ordine ad illa absque imperfectione esse in potentia, seu cum illorum carentia.

Vnde non est perfectius perfectione Deo intrinseca, Deum circa contingentia exercere suam libertatem, per actum positivum nolitionis, vel volitionis, quam per puram omissionem: sed solum est perfectius perfectione extrinseca, Deo non necessaria. Contra verò est absolute perfectius Deum posse circa contingentia exercere suam libertatem, non solum per actum positivum nolitionis vel volitionis, sed etiam per puram omissionem: hoc enim dicit majorem libertatis extensionem.

Nō est perfectius exercere libertatem per nolitionem quam per omissionem.

Sed perfectius est posse utroque modo.

Hinc si Deus haberet carentiam, non solum volitionis, sed simul volitionis, & nolitionis efficacis, circa esse vel non esse contingentium, non ideo esset in potentia ad ullam perfectionem sibi intrinsecam, ut foret, si caret complacentia simplici circa illa, hæc enim complacentia est ipsi adæquate intrinseca.

Negatio volitionis, non est carentia perfectionis.

154 Dices volitio Dei libera est simplex complacentia quam Deus habet de quolibet objecto contingenter possibili, completa inesse volitionis liberæ & efficacis per connotationem futuritionis objecti vel in esse nolitionis per connotationem non futuritionis, sed quodlibet objectum contingenter possi.

Actus divinæ voluntatis non completur in esse nolitionis efficacis per negationem.

possibile est futurum vel non futurum. Ergo respectu cujuslibet objecti possibilis divina complacentia est completa in esse volitionis vel nolitionis liberæ. Ergo divina voluntas non potest habere se negative respectu ullius objecti. R. dist. mai. volitio libera est complacentia completa in esse volitionis liberæ, &c. Per futuritionem vel non futuritionem objecti procedentem ex efficacia, & determinatione activa divinæ voluntatis C. non procedentem ex illa efficacia N. omnia enim futura vel non futura ex immediata determinatione solius voluntatis creatæ non complent ullam Dei volitionem, aut nolitionem liberam. Vnde N. utranque consequentiam, & dico non futuritionem rerum à sola Dei libertate dependentium, v.g. alterius mundi, non complere positivam Dei nolitionem, quia non procedit ex positiva determinatione activa divinæ voluntatis sed ex sola determinatione negativa per puram omissionem, nisi sit in aliquo medio indirecte volita. Patet ex Prob. 1. sup. n. 149.

ex positiva divinæ voluntatis efficacia procedentem.

155. Ex dictis 1. Deus non potuit positive nolle quidquam extra se; quia positiva nolitio non potest compleri; nisi per terminum positiuum; ut ostendimus sup. n. 146. potuit tamen in aliquo termino dicente ordinem ad negationem rerum positive nolle quidquam producere præter istum terminum dicentem essentialem habitudinem ad non existentiam rerum, cujusmodi terminus posset esse hæc externa Dei locutio, *nolo quidquam producere*.

Deo repugnat positiva nolitio omnis rei.

2. Hoc ipso quo Deus non facit quod potest; illud liberæ non facit: non tamen eo ipso vult non facere, sed solum non vult facere.

3. Est perfectio divini intellectus necessario intelligere omnia intelligibilia eo modo, quo sunt intelligibilia sine imperfectione intelligentis; non tamen est perfectio diuinæ voluntatis necessario velle efficaciter omnia simul volibilia; eo modo, quo sunt volibilia sine imperfectione volentis: hæc enim uolendi necessitas officeret summæ perfectioni diuinæ libertatis, ut ostensum est sup. n. 151.

Est perfectio intelligere omnia; secus velle omnia.

4. Deus in priori signo rationis, seu in statu præcisio-

Deus circa contingentia

cisionis, quo necdum intelligitur se determinasse circa existentiam objecti contingentis, habet indifferentiam ad tria nempe ad volendum, ad nolendum positive, & ad negative se habendum seu ad liberam omissionem volitionis, & nolitionis positivæ pro tota æternitate. An autem etiam ad negative se habendum usque ad certum tempus, & postea incipiendum velle, aut nolle, ut videtur sensisse Ariaga, minus certum est. Etsi enim satis constet, quod Deo non possit occurrere aliqua ratio nova, propter quam in tempore velit, quod ab æterno non voluit: non apparet tamen cur ab æterno non potuerit cognosci ratio, propter quam voluerit certas volitiones in tempus opportunum differre absque ulla inconstantiæ nota, cum hoc videatur pertinere ad extensivam libertatis perfectionem.

est indifferens ad volitionem nolitionem & ad utriusque actus omissionem per totam æternitatem.

Verum his non obstantibus longe probabilius est, si non certum, hoc repugnare morali diuinæ voluntatis immutabilitati, ac constantiæ infinite perfectæ, adeoque & his scripturæ verbis num. 23. *non est Deus ut filius hominis, ut mutetur*. Deinde prius quam Deus se determinasset ad Petri creationem v. g. Petrus fuisset futurus, & non fuisset futurus, quia non potest nunc existere quin ab æterno fuerit determinate futurus; & non fuisset futurus, quia Deus necdum quidquam determinasset circa ejus existentiam, adeoque fuisset indifferens ad futuritionem vel non futuritionem.

Non usque ad certum tempus, quo expleto incipiat volitio, vel nolitio.

5. Potuit divina immensitas incipere in tempore habere terminationem præsentiæ localis ad res creatas: non tamen divina voluntas incipere in tempore habere terminationem volitionis efficacis ad objectum. Ratio disparitatis est (inquit Recupitus) quod terminatio præsentiæ sit non vitalis & adæquate extrinseca; terminatio autem volitionis sit vitalis partim intrinseca partim extrinseca.

Terminatio immensitatis ad creata potest incipere quia est adæquate extrinseca.

156. Volitio, qua Deus libere ordinat unum ad aliud, ad quod non ordinatur per se, debet compleri per terminum Deo extrinsecum, distinctum ab objecto sic accidentaliter ad aliud ordinato, quia ista ordinatio est volitio Deo libera, distincta, & separa-

Volitio qua Deus ordinat unum ad aliud, completur per specialem productionem objecti sic ordinati.

parabilis, à volitione ipsius objecti secundum se, cum Deus possit velle istud objectum, & illud non ordinare ad talem finem extrinsecum, v. g. velle hominem, & illum non ordinare ad finem supernaturalem. Hæc autem ordinatio ad finem extrinsecum commodissime dicitur compleri per specialem rei sic ordinatæ productionem, dicentem essentialem habitudinem ad istum finem.

Volitio Dei secundum se non habet causam.

Nulla datur vera; & realis causa actus divinæ volitionis secundum se; cum sit ipse Deus, cui repugnat habere causam: unde proprie, & realiter loquendo nullum etiam datur ejus motivum, seu objectum formale specificativum, quandoquidem motio & specificatio actuum vitalium, proprie non fiat sine causalitate reali. Datur tamen ratio motiva, & causa finalis divinæ volitionis, quatenus terminatur ad objecta creata, quæ omnia vult propter suam bonitatem, ut finem ultimum, sic tamen ut etiam quædam velit propter bona creata, ut finem non ultimum v. g. homini gratiam propter ejus salutem: hinc etiam potest dari causa meritoria divinæ voluntatis, ut ad certa objecta terminatæ.

Habet prout terminatur ad extrinseca.

Deus necessario amat se, & sibi complacet in creaturis ut possibilibus.

157. Deus necessario amat seipsum, & quidem infinite cum sic seipsum actualiter amare amore proportionato suæ bonitati, sit, saltem ex parte, essentialis Dei beatitudo, & perfectio simpliciter. Item necessario amat affectu simplicis complacentiæ creaturas ut possibiles, quatenus in illis nulla involvitur malitia moralis, circa quam Deus necessariam habet displicentiam, quia sicut non potest comprehensive seipsum cognoscere, nisi indirecte cognoscat craturas possibiles, cum suis perfectionibus necessario connexas, ita nec suam bonitatem amare velit comprehensive seu quantum est amabilis, nisi affectu simplici indirecte attingat creaturas possibiles, quas videt, secundum esse idæale, & objectivum ex suis perfectionibus, necessario resultare tanquam earum imitationes.

Et existentibus.

Datur præterea in Deo affectus velut approbationis: & gaudii erga creaturas existentes, respondens scientiæ visionis, eaque posterior, necessarius ex

hypo-

hypotheſi exiſtentiæ creaturarum, cum nullam inferat ulteriorem mutationem, qualis ſimiliter agnoſcendus eſt circa conditionate futura. Poteſt etiam admitti aliquis amor, quo Deus libere amet ſeipſum, nempe in creaturis, ut exiſtentibus.

§. II.

Voluntas Dei antecedens, decretum concurrendi, & prædefinitio.

158. VOluntas Dei dividitur 1. in voluntatem beneplaciti, qua Deus proprie, & formaliter aliquid vult, & in voluntatem ſigni, quæ non eſt voluntas propriè, ſed ſolum metaphorice, quatenus eſt ejus ſignum; ut eſt præceptum, quo v. g. Deus mandavit Abrahamo immolationem Iſaaci, quam nullo modo volebat, nequidem inefficaciter, ſed ſolum, ut Abrahamus ad eam obligaretur, eamque vellet exequi.

Voluntas beneplaciti eſt qua Deus proprie vult.

Signi, quâ ſignificat, ſe velle.

Dividitur 2. in antecedentem, quam Deus habet à ſeipſo, non ex occaſione data à libertate creata, qualis eſt, voluntas ſalvandi omnes: & in conſequentem, quam Deus non concipit ex ſeipſo, ſed ex occaſione vitii libertatis creatæ, manente voluntate antecedente de oppoſito, qualis eſt voluntas damnandi hominem propter ſua peccata, quem alioqui de ſe vellet ſalvare. Voluntas antecedens & conſequens ſtricte ſecundum mentem Damaſceni l. 2. de fide c. 29. ſolum eſt dé objectis aliquo modo pendentibus à libertate creata, & quidem ſic, ut conſequens importet aliquam oppoſitionem cum antecedente ut in voluntate antecedente omnes ſalvandi, & conſequente aliquos damnandi, latius loquendo, antecedens comprehendit omnem Dei voluntatem quæ non ſupponit uſum noſtræ libertatis conſequens, quæ illum ſupponit.

Antecedentem habet ex ſe.

Conſequentē habet ex occaſione creaturæ.

Dividitur 3. in efficacem qua Deus omnino vult aliquid fieri: & in inefficacem, qua Deus quidem non omnino vult rem fieri, ex ſe tamen deſiderat ut fiat, unde tendit aliquo modo licet inefficaciter ad eſſe rei per quod differt à ſimplici cōplacētia in poſſibilibus.

Alia eſt efficax & abſoluta alia inefficax & conditionata.

Dividitur 4. in abſolutam qua abſolute vult rem

fieri & in conditionatam, qua solum sub certa conditione, Voluntas qua Deus vult neminem perire, ut omnes servent mandata est absoluta, non tamen efficax; & contra voluntas dandi gloriam justis si perseverent est conditionata, & efficax seu talis, ut, si purificetur conditio, vi illius secutura sit datio gloriæ, unde hæ divisiones non omnino coincidunt, licet sæpe confundantur.

Datur in Deo voluntas antecedens & inefficax.

159. Datur in Deo voluntas antecedens, inefficax & conditionata. Ita Bonav. Alen. Mol. Suar. Alvar. Nazar. Salman. contra Ma, Cajet. Ban. Silvi. Estium &c.

Prob. quia Deus habet voluntatem omnes justificandi ac salvandi; non efficacem & absolutam, cum in multis effectu careat; ergo solum antecedentem, inefficacem & conditionatam, major nunc quibusdam videtur certa, ex decreto Innocentii X. de morte Christi pro omnium salute, & probatur efficaciter 1. ex Script. 1. Tim. 2. *obsecro primum omnium fieri obsecrationes pro omnibus hominibus: hoc enim acceptum est coram Salvatore nostro Deo, qui omnes vult salvos fieri, &c.* Quæ non recte explicantur à Ians. Ipr. de voluntate antecedente peccatum Adami; cum ibi Apost. hortetur ad orandum in hoc statu naturæ lapsæ pro omnibus & singulis nullo excepto, quia Christus vult omnes salvare, & *Christus dedit semetipsum redemptionem pro omnibus* 2. Petr. 3. *nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reverti.*

Qua vult omnes salvos fieri, & voluit Christum mori pro omnibus.

Est communis PP. & præcipue Augustini.

160. Prob. 2. ex PP. apud Ruiz. Petav. ac nominatim Paulino Epist. 2. ad Seuer. *Omnem enim, quantum in ipso est, hominem salvum fieri vult qui fecit omnes.* Aug. l. de spir. & lit. c. 33. *Vult Deus omnes homines salvos fieri, non sic tamen ut eis adimat liberum arbitrium, quo benè vel malè utentes iustissimè judicentur.* Vbi manifestè loquitur de omnibus omnino hominibus cum loquatur de omnibus & judicandis, & constet omnes nullo excepto esse judicandos.

Cujus verba non continent objectionem pelagian.

Neque hæc verba continent objectionem Pelagianorum, ut vult Ians. sed ipsissimam Aug. sententiam, ut patet 1. ex his, quæ subjungit: *Qua disputatio*

tatio si sufficit quæstioni illi solvendæ, sufficiat. Quibus verbis à se ibi disputata manifeste approbat; non enim potuisset de falsa & hæretica Pelagianorum opinione sic loqui, sine scandalo. Neque ibi dubitat utrùm vera sit doctrina à se tradita de generali voluntate Dei antecedente omnes salvandi: sed utrum ista generalis voluntas sufficiat ad hoc ut prima voluntas credendi quam habent fideles, dicatur esse à Deo, sicut volebant Pelagiani, quod ipse negat, ad id requirens specialem Dei voluntatem præparantem credentibus auxilia congrua. 2. Quia Bæda, Ansel. Catharin. & alii docent verbis illis exprimi veram Aug. & Ecclesiæ sententiam. 3. Quia prosper fidelissimus Augustini interpres, ad object. Vinc. Resp. 2. idem docet his verbis: *Sincerissimè credendum atque profitendum est, Deum velle, ut omnes homines salvi fiant: si quidem Apostolus præcipit, ut Deo pro omnibus hominibus supplicetur*. Et ad capitula Gallorum senten. 8. ubi habet: *Qui dicit quòd non omnes homines, velit Deus salvos fieri: sed certum numerum prædestinatorum, duriùs loquitur, quàm loquendum est de altitudine inscrutabilis gratiæ Dei, qui, & omnes vult salvos fieri*.

Sed ipsissimum Augustini doctrinam.

Vt constat ex Ansel. & Prosp.

161. Dices Aug. enchir. c. 13. & de nat. & gra. c. 41. ly *omnes* 1. Tim. 2. sup. explicat universaliter accommodè, hoc sensu quod Deus velit salvare omnes, qui de facto salvantur, ita ut nullus salvetur nisi quem Deus voluerit salvari *sicut* (inquit) ibid. Aug. *unico literarum Magistro in Civitate constituto, rectissimè dicimus: omnes isto hic literas docet, non quia omnes Cives literas discunt, sed quia nemo discit, nisi, quem ille docuerit*. Præterea Aug. de cor. & gra. c. 14. istud *omnes* accipit universaliter non pro singulis generum sed pro generibus singulorum, hoc sensu quòd Deus ex omni omnium genere, ætate, conditione, sexu &c. velit aliquos salvari; ergo ex mente Aug. verbis Apostoli sup. citatis non significatur Deum velle omnes omninò homines salvos fieri. R. n. seq. Aug. enim locis objectis & alijs similibus solùm vult ostendere; quomodo verba Apost. possint verificari de voluntate consequente,

Alibi explicat quomodo Apost. possit intelligi de voluntate efficaci.

Ac proinde nostrum sensum non rejicit, sed varias adfert explicationes adversus Pelag. & Semipelag.

absoluta & efficaci, de qua ibi agit; non tamen rejicit nostrum sensum à Chrysost. Ambr. & cæteris PP. passim receptum quod patet ex his, quæ addit enchir. c. 103. *vel quocumque alio modo intelligi potest; dum tamen credere non cogamur, aliquid omnipotentem Deum fieri voluisse factumque non esse.*

Aug. de Cor. & gra. c. 15. eundem locum explicat de voluntate signi, qua Deus vult nos velle & à Deo petere omnium salutem, quo sensu *Deus vult omnes salvos fieri.*

Ideò autem Aug. varias attulit explicationes verborum Apost. sup. ut Pelagianos, & semipelagianos efficacius refelleret, qui circa generalem Dei voluntatem de omnium salute diversimode errarunt 1. in eo quod docuerint Deum velle, ut omnes salvi fiant, si velint per solas naturæ vires. 2. in eo quod istam conditionem (*si velint*) etiam extenderint ad morientes in infantia, in quibus volebant requiri, & sufficere voluntatem sub conditione prævisam. 3. in eo quod docuerint Deum velle æqualiter omnium salutem, sic ut excluserint specialem Dei affectum erga prædestinatos.

Deus non potest aliquid velle quantum est de se, id est efficaciter, quin illud obtineat.

162. Dices imperfectionis est velle aliquid quantum est de se, & illud non essequi. R. n. as. quia ly *quantum est de se*, hic non importat voluntatem absolute efficacem ex parte volentis, quæ tamen ex ejus impotentia ab effectu impediatur, quod esset imperfectionis; sed solùm voluntatem, ex parte volentis seriam adhibendi media sufficientia, sic ut per illum non stet, quo minus effectus dependens ab alterius arbitrio, reipsa ponatur, qualem hic in Deo agnoscimus. Talis autem voluntas non est imperfecta, hoc sensu, quod in se involvat aliquam imperfectionem Deo repugnantem, sed solum quod non sit prorsus absoluta, nec de objecto spectato simpliciter aut secundum omnes circumstantias, neque de adhibendo omni medio possibili pro obtinendo effectu, quo sensu S. Thom. hic q. 19. a. 6. ad 1. dicit solùm esse voluntatem secundum quid, seu velleitatem potius quam voluntatem. Quibus verbis non vult quod si voluntas impropriè dicta;

Potest hoc sensu, quod per ipsum nō stet quominus fiat &c.

cum

cum eam ibi explicet exemplo judicis furem suspendio adjudicantis, quem voluntate proprie dicta, quamvis non absoluta vult vivere, Et 3. cont. Gent. c. 159. nostram doctrinam aperte tradat dum ait: *Deus quantum in se est paratus est omnibus gratiam dare, vult enim omnes homines salvos fieri & ad agnitionem veritatis venire.*

Vult itaque Deus omnium salutem *quantum in se est*, id est, voluntate de se sufficienti, providente media saltem, remote sufficientia ad omnium salutem: non verò *quantum in se est*, id est, quantum potest velle seu voluntate efficaci omnium mediorum quæ potest adhibere. De hujusmodi voluntate efficaci intelligendæ sunt scripturæ Gen. 50. & alibi docentes neminem posse divinæ voluntati resistere. In quo nihil est imperfectionis.

Hinc 1. Deus aliter vult salutem omnium viatorum, etiam reproborum quam damnatorum, quia licet etiam, erga eorum salutem ut possibilem, habeat aliquem affectum complacentiæ, vi illius tamen illis non providet media ullo modo sufficientia ad salutem sicut viatoribus. 2. licet Deus velit efficaciter omnium damnationem, sub hac conditione, si moriantur in peccato; sicut vult omnium salutem si moriantur in gratia: non tamen dicitur velle omnium damnationem, sicut salutem, quia non adhibet media pro omnium damnatione, sicut pro omnium salute V. plura de generali Dei voluntate omnes salvandi apud Steph. des champs de hæresi lauseniana l. 3. disp. 7. c. 12. 13. 16. Deus aliter vult salutem viatorum reproborum, quàm damnatorum.

163. Omnis voluntas Dei antecedens quamvis inefficax respectu sui principalis objecti, infert aliquam mutationem realem in ordine ad objectum, Deo extrinsecam: quia cum non sit simplex complacentia in possibilitate objecti, sed aliquo modo tendat ad ejus existentiam, est Deo libera, adeoque (ut patet in nostris principiis n. 142) debet compleri per aliquid Deo extrinsecum, cujus existentiam infert. Voluntas Dei antecedens est semper efficax alicujus.

Hinc non potest Deus inefficaciter velle finem in se directe, & immediate, sed tantum in aliquo V. g. auxili proximè.

aut remotè sufficientis.

medio indifferendi efficaciter volitio, v. g. salutem omnium in auxilio, saltem remotè, sufficienti. 2. non potest dari in Deo ulla volitio libera purè inefficax, cùm non possit esse libera, nisi sit efficax alicujus termini, seu objecti, in quo aliud vult inefficaciter.

Nulla Volitio libera est purè inefficax quamvis sit conditionata ex parte objecti.

Voluntas libera absoluta ex parte actus, & conditionata ex parte objecti (qualem posse dari communiùs docent nostri) etiam necessariò infert aliquam mutationem realem, & absolutam extra Deum, ut rectè Arrubal contra Granad.

1. Quia est absolutum, & actuale exercitium divinæ libertatis, quod, ex dictis n. 142 constitui debet per efficaciam sibi proportionatam, adeoque actualem & absolutam. 2. quia ad decretum absolutum ex parte actus, & solùm conditionatum ex parte objecti, plus requiritur quam ad conditionatum etiam ex parte actus: atqui ad hoc requiritur mutatio conditionata; ergo &c.

Cum absolutum divinæ libertatis exercitium debeat, compleri per aliquid vi illius absolute existent.

164. Unde licet ejusmodi voluntas, considerata precisè quatenus intendit existentiam objecti conditionatam, non videatur requirere ullum terminum actualem per quem compleatur, si tamen consideretur quatenus ex parte actus est actuale, & absolutum exercitium divinæ libertatis, necessariò infert aliquem terminum Deo extrinsecum, ejus completivum in esse liberi, qui per modum medij, aut signi, vel aliter dicat ordinem ad objectum in illo solùm conditionate volitum.

Quod non requiritur ad scientiam conditionatam quia non est libera formaliter.

Hinc habes, cur talis Dei voluntas potius exigat mutationem aliquam absolutam ex parte objecti, quam scientia conditionata ex parte objecti, & absoluta ex parte actus: ad quam dicimus sufficere existentiam objecti conditionatam: disparitas est enim, quòd volitio sit formaliter libera, & qua talis necessariò tendat in aliquod objectum, practicè ejus existentiam inferendo: scientia verò solùm sit libera denominativè ac præsuppositivè, & in suum objectum tendat merè speculativè, illud supponendo, ac simpliciter repræsentando, quomodocunque sit.

Ob-

Ob eandem rationem, complacentia, quam habet Deus de nostris actibus, & suis decretis conditionatè futuris, nullam infert aut requirit mutationē absolutam, quia nempe non est libera formaliter, & immediate, sed solùm mediate, & denominativè, seu libertate participata à volitione efficaci sive absoluta ex parte actus, sive conditionata, formaliter libera inferente existentiam objecti conditionatam, de qua habetur complacentia non necessaria cum potuerit non esse, adeoque libera, quæ, si versetur circa futura conditionata, dependentia à sola libertate divina participans suam libertatem à Dei volitione absoluta, vel conditionata illa volente sub conditione: si verò circa futura dependentia à libertate creata illam participat à decreto conditionato de concursu in talibus circumstantiis exhibendo.

Vti nec complacentia Dei in futuris conditionatis.

165. Voluntas divina beneplaciti etiam sumpta late prout se extendit ad antecedentem inefficacem & conditionatam semper aliquo modo impletur. 1. quia est semper efficax respectu alicujus termini. 2. semper consequitur aliquem finem sive antecedenter & primario sive consequenter & secundariò intentum. Patet in volitione quam habet Deus quemlibet hominem salvandi, si moriatur in gratia, vel damnandi, si in peccato: posita enim priori conditione, impletur voluntas Dei antecedens; posita secunda, impletur consequens. Hoc sensu Aug. de spir. & lit. c. 33. & S. Th. hic q. 19. a. 6. & q. 23. de verit. a. 2. docent voluntatem divinam non posse unquam frustrari vniversim, semper esse invictam &c. 3. quia Deus semper assequitur finem quem in omnibus ultimate intendit, nempe suam gloriam ex præmiatione bonorum, vel ex punitione malorum resultantem.

Dei volitio beneplaciti est efficax respectu alicujus termini.

Ex his habes nullam Dei volitionem immediate liberam esse pure conditionatam, & inefficacem, sed esse necessario absolutam & efficacem respectu alicujus objecti.

166. Datur in Deo decretum de exibendo causis secundis concursu in actu primo, alioqui enim

Datur in Deo decretum concurrendi.

sub disiunctione necessariò habendam. Hæc enim necessitas disjunctiva volitionis vel nolitionis efficacis circa volibilia contingentia non est perfectio, cum volitiones liberæ ut sic nihil dicant perfectionis Deo intrinsecæ, sed contra est imperfectio libertatis, seu carentia perfectionis ei inesse possibilis, nempe indifferentiæ quoad exercitium.

Deus habet se negative circa peccata absolutè futura.

152. Alij libertatem contradictionis probant, & quidem, ut putant, efficaciter ex eo quòd Deus habeat se negative circa varia absolute futura 1. circa peccata ab hominibus committenda; neq; enim vult efficaciter illa fieri, neque non fieri; alioqui non fierent. 2. circa bona opera præcepta, quæ non fient; illa enim non vult efficaciter fieri, cum non sint facienda neque vult efficaciter non fieri, cùm illa imperet 3. circa futuros actus bonos non prædefinitos: quia non vult efficaciter ut fiant, alioqui essent prædefiniti; neque vult efficaciter ut non fiant, alioqui non essent futuri. Ergo &c.

Non tamen merè negative, quia vult illa permittere.

Verùm hæc probatio, quamvis in speciem valida, non est tamen omnino efficax: falsum est enim Deum circa ejusmodi objecta habere se merè negativè, cum circa illa exercuerit alteram partem suæ libertatis, non quidem illa efficaciter volendo aut efficaciter nolendo, sed libertati creatæ ea permittendo.

Potest quædam volibilia neque velle neque nolle efficaciter, immediatè in se ipsis.

Potest itaque Deus (etiam adversariorum confessione) circa objecta contingentia, ut in aliquo medio volibilia, aut immediatè pendentia à sola libertate creata, habere se negative hoc sensu, quod illa immediate, & in se, neque velit, neque nolit efficaciter: sed hoc non est habere se negative simpliciter, sed solum secundum quid. Hoc sensu Deus haberet se negative circa alterum mundum si (quod potest) poneret terminum suspensiuum suæ voluntatis ab omni volitione, vel nolitione circa existentiam alterius mundi: eò ipso tamen indirecte in isto termino ut medio, nollet esse alterum mundum, quippe qui non potest esse sine positiva Dei volitione, ejus existentiam inferente. Hic igitur solùm controvertitur de objectis contingentibus, ut in se directe & immediate volibilibus, à sola voluntate

Quod est se habere negative secundum quid.

divi-

divina dependentibus, ut creare, vel non creare.

153. Dices Deus non potest suspendere suum intellectum ab omni intellectione circa objectum contingens, sic ut illud, neque cognoscat esse, neque cognoscat non esse. Ergo neque voluntatem ab omni volitione, sic ut illud neque velit esse, neque velit non esse. R.n. seq. disparitas est, quòd suspensio ab omni intellectione involveret imperfectionem ignorantiæ Deo repugnantem: at verò similis suspensio ab omni volitione nullam dicat imperfectionem, sed perfectionem libertatis nulla imperfectione mixtam.

Deo repugnat suspensio intellectus, ab omni actu circa contingentia non suspensio voluntatis.

Voluntas divina est quidem in ratione volendi summe actuata, & expers omnis potentialitatis quo ad intrinseca; non tamen quoad extrinseca, quæ important volitiones liberæ ut sic: cum enim ista nullam dicant perfectionem Deo intrinsecam, potest, Deus in ordine ad illa absque imperfectione esse in potentia, seu cum illorum carentia.

Vnde non est perfectius perfectione Deo intrinseca, Deum circa contingentia exercere suam libertatem, per actum positivum nolitionis, vel volitionis, quam per puram omissionem: sed solum est perfectius perfectione extrinseca, Deo non necessaria. Contra verò est absolute perfectius Deum posse circa contingentia exercere suam libertatem, non solum per actum positivum nolitionis vel volitionis, sed etiam per puram omissionem: hoc enim dicit majorem libertatis extensionem.

Nō est perfectius exercere libertatem per nolitionem quam per omissionem.

Sed perfectius est posse utroque modo.

Hinc si Deus haberet carentiam, non solum volitionis, sed simul volitionis, & nolitionis efficacis, circa esse vel non esse contingentium, non ideo esset in potentia ad ullam perfectionem sibi intrinsecam, ut foret, si caret complacentia simplici circa illa, hæc enim complacentia est ipsi adæquate intrinseca.

Negatio volitionis, non est carentia perfectionis.

154 Dices volitio Dei libera est simplex complacentia quam Deus habet de quolibet objecto contingenter possibili, completa inesse volitionis liberæ & efficacis per connotationem futuritionis objecti vel in esse nolitionis per connotationem non futuritionis, sed quodlibet objectum contingenter possi-

Actus divinæ voluntatis non completur in esse nolitionis efficacis per negationem.

ex positiva divinæ voluntatis efficacia procedentem. possibile est futurum vel non futurum. Ergo respectu cujuslibet objecti possibilis divina complacentia est completa in esse volitionis vel nolitionis liberæ. Ergo divina voluntas non potest habere se negative respectu ullius objecti. R. dist. mai. volitio libera est complacentia completa in esse volitionis liberæ, &c. Per futuritionem vel non futuritionem objecti procedentem ex efficacia, & determinatione activa divinæ voluntatis C. non procedentem ex illa efficacia N. omnia enim futura vel non futura ex immediata determinatione solius voluntatis creatæ non complent ullam Dei volitionem, aut nolitionem liberam. Vnde N. utranque consequentiam, & dico non futuritionem rerum à sola Dei libertate dependentium, v.g. alterius mundi, non complere positivam Dei nolitionem, quia non procedit ex positiva determinatione activa divinæ voluntatis sed ex sola determinatione negativa per puram omissionem, nisi sit in aliquo medio indirecte volita. Patet ex Prob. 1. sup. n. 149.

Deo repugnat positiva nolitio omnis rei. 155. Ex dictis 1. Deus non potuit positive nolle quidquam extra se; quia positiva nolitio non potest compleri; nisi per terminum positiuum; ut ostendimus sup. n. 146. potuit tamen in aliquo termino dicente ordinem ad negationem rerum positive nolle quidquam producere præter istum terminum dicentem essentialem habitudinem ad non existentiam rerum, cujusmodi terminus posset esse hæc externa Dei locutio, *nolo quidquam producere*.

2. Hoc ipso quo Deus non facit quod potest; illud liberæ non facit: non tamen eo ipso vult non facere, sed solum non vult facere.

Est perfectio intelligere omnia; secus velle omnia. 3. Est perfectio divini intellectus necessario intelligere omnia intelligibilia eo modo, quo sunt intelligibilia sine imperfectione intelligentis; non tamen est perfectio diuinæ voluntatis necessario velle efficaciter omnia simul volibilia; eo modo, quo sunt volibilia sine imperfectione volentis: hæc enim uolendi necessitas officeret summæ perfectioni diuinæ libertatis, ut ostensum est sup. n. 151.

Deus circa contingentia 4. Deus in priori signo rationis, seu in statu præcisio-

cisionis, quo necdum intelligitur se determinasse circa existentiam objecti contingentis, habet indifferentiam ad tria nempe ad volendum, ad nolendum positive, & ad negative se habendum seu ad liberam omissionem volitionis, & nolitionis positivæ pro tota æternitate. An autem etiam ad negative se habendum usque ad certum tempus, & postea incipiendum velle, aut nolle, ut videtur sensisse Ariaga, minus certum est. Etsi enim satis constet, quod Deo non possit occurrere aliqua ratio nova, propter quam in tempore velit, quod ab æterno non voluit: non apparet tamen cur ab æterno non potuerit cognosci ratio, propter quam voluerit certas volitiones in tempus opportunum differre absque ulla inconstantiæ nota, cum hoc videatur pertinere ad extensivam libertatis perfectionem.

est indifferens ad volitionem nolitionem & ad utriusque actus omissionem per totam æternitatem.

Verum his non obstantibus longe probabilius est, si non certum, hoc repugnare morali diuinæ voluntatis immutabilitati, ac constantiæ infinite perfectæ, adeoque & his scripturæ verbis num. 23. *non est Deus ut filius hominis, ut mutetur*. Deinde prius quam Deus se determinasset ad Petri creationem v. g. Petrus fuisset futurus, & non fuisset futurus, quia non potest nunc existere quin ab æterno fuerit determinate futurus; & non fuisset futurus, quia Deus necdum quidquam determinasset circa ejus existentiam, adeoque fuisset indifferens ad futuritionem vel non futuritionem.

Non usque ad certum tempus, quo expleto incipiat volitio, vel nolitio.

155. Potuit divina immensitas incipere in tempore habere terminationem præsentiæ localis ad res creatas: non tamen divina voluntas incipere in tempore habere terminationem volitionis efficacis ad objectum. Ratio disparitatis est (inquit Recupitus) quod terminatio præsentiæ sit non vitalis & adæquate extrinseca; terminatio autem volitionis sit vitalis partim intrinseca partim extrinseca.

Terminatio immensitatis ad creata potest incipere quia est adæquate extrinseca.

156. Volitio, qua Deus libere ordinat unum ad aliud, ad quod non ordinatur per se, debet compleri per terminum Deo extrinsecum, distinctum ab objecto sic accidentaliter ad aliud ordinato, quia ista ordinatio est volitio Deo libera, distincta, & separa-

Volitio qua Deus ordinat unum ad aliud, completur per specialem productionem objecti sic ordinati.

parabilis; à volitione ipsius objecti secundum se, cum Deus possit velle istud objectum, & illud non ordinare ad talem finem extrinsecum, v.g. velle hominem, & illum non ordinare ad finem supernaturalem. Hæc autem ordinatio ad finem extrinsecum commodissime dicitur compleri per specialem rei sic ordinatæ productionem, dicentem essentialem habitudinem ad istum finem.

Volitio Dei secundum se non habet causam.

Nulla datur vera; & realis causa actus divinæ volitionis secundum se; cum sit ipse Deus, cui repugnat habere causam: unde proprie, & realiter loquendo nullum etiam datur ejus motivum, seu objectum formale specificativum, quandoquidem motio & specificatio actuum vitalium, proprie non fiat sine causalitate reali. Datur tamen ratio motiva, & causa finalis divinæ volitionis, quatenus terminatur ad objecta creata, quæ omnia vult propter suam bonitatem, ut finem ultimum, sic tamen ut etiam quædam velit propter bona creata, ut finem non ultimum v.g. homini gratiam propter ejus salutem: hinc etiam potest dari causa meritoria divinæ voluntatis, ut ad certa objecta terminatæ.

Habet prout terminatur ad extrinseca.

Deus necessario amat se, & sibi complacet in creaturis ut possibilibus.

157. Deus necessario amat seipsum, & quidem infinite cum sic seipsum actualiter amare amore proportionato suæ bonitati, sit, saltem ex parte, essentialis Dei beatitudo, & perfectio simpliciter. Item necessario amat affectu simplicis complacentiæ creaturas ut possibiles, quatenus in illis nulla involvitur malitia moralis, circa quam Deus necessariam habet displicentiam, quia sicut non potest comprehensive seipsum cognoscere, nisi indirecte cognoscat craturas possibiles, cum suis perfectionibus necessario connexas, ita nec suam bonitatem amare velit comprehensive seu quantum est amabilis, nisi affectu simplici indirecte attingat creaturas possibiles, quas videt, secundum esse idæale, & objectivum ex suis perfectionibus, necessario resultare tanquam earum imitationes.

Et existentibus.

Datur præterea in Deo affectus velut approbationis: & gaudii erga creaturas existentes, respondens scientiæ visionis, eaque posterior, necessarius ex

hypo-

hypothesi existentiæ creaturarum, cum nullam inferat ulteriorem mutationem, qualis similiter agnoscendus est circa conditionate futura. Potest etiam admitti aliquis amor, quo Deus libere amet seipsum, nempe in creaturis, ut existentibus.

§. II.

Voluntas Dei antecedens, decretum concurrendi, & prædefinitio.

158. VOluntas Dei dividitur 1. in voluntatem beneplaciti, qua Deus proprie, & formaliter aliquid vult, & in voluntatem signi, quæ non est voluntas propriè, sed solum metaphorice, quatenus est ejus signum; ut est præceptum, quo v. g. Deus mandavit Abrahamo immolationem Isaaci, quam nullo modo volebat, nequidem inefficaciter, sed solum, ut Abrahamus ad eam obligaretur, eamque vellet exequi.

Voluntas beneplaciti est qua Deus proprie vult.

Signi, quâ significat, se velle.

Dividitur 2. in antecedentem, quam Deus habet à seipso, non ex occasione data à libertate creata, qualis est, voluntas salvandi omnes: & in consequentem, quam Deus non concipit ex seipso, sed ex occasione vitii libertatis creatæ, manente voluntate antecedente de opposito, qualis est voluntas damnandi hominem propter sua peccata, quem alioqui de se vellet salvare. Voluntas antecedens & consequens strictè secundum mentem Damasceni l. 2. de fide c. 29. solum est dé objectis aliquo modo pendentibus à libertate creata, & quidem sic, ut consequens importet aliquam oppositionem cum antecedente ut in voluntate antecedente omnes salvandi, & consequente aliquos damnandi, latius loquendo, antecedens comprehendit omnem Dei voluntatem quæ non supponit usum nostræ libertatis consequens, quæ illum supponit.

Antecedentem habet ex se.

Consequentē habet ex occasione creaturæ.

Dividitur 3. in efficacem qua Deus omnino vult aliquid fieri: & in inefficacem, qua Deus quidem non omnino vult rem fieri, ex se tamen desiderat ut fiat, unde tendit aliquo modo licet inefficaciter ad esse rei per quod differt à simplici cōplacētia in possibilibus.

Alia est efficax & absoluta alia inefficax & conditionata.

Dividitur 4. in absolutam qua absolute vult rem

fieri

fieri & in conditionatam, qua solum sub certa conditione, Voluntas qua Deus vult neminem perire, ut omnes servent mandata est absoluta, non tamen efficax; & contra voluntas dandi gloriam justis si perseverent est conditionata, & efficax seu talis, ut, si purificetur conditio, vi illius secutura sit datio gloriæ, unde hæ divisiones non omnino coincidunt, licet sæpe confundantur.

Datur in Deo voluntas antecedens & inefficax.

159. Datur in Deo voluntas antecedens, inefficax & conditionata. Ita Bonav. Alen. Mol. Suar. Alvar. Nazar. Salman. contra Ma, Cajet. Ban. Silvi. Estium &c.

Qua vult omnes salvos fieri, & voluit Christum mori pro omnibus.

Prob. quia Deus habet voluntatem omnes justificandi ac salvandi; non efficacem & absolutam, cum in multis effectu careat; ergo solum antecedentem, inefficacem & conditionatam, major nunc quibusdam videtur certa, ex decreto Innocentii X. de morte Christi pro omnium salute, & probatur efficaciter 1. ex Script. 1. Tim. 2. *obsecro primum omnium fieri obsecrationes pro omnibus hominibus: hoc enim acceptum est coram Salvatore nostro Deo, qui omnes vult salvos fieri, &c.* Quæ non recte explicantur à Ians. Ipr. de voluntate antecedente peccatum Adami; cum ibi Apost. hortetur ad orandum in hoc statu naturæ lapsæ pro omnibus & singulis nullo excepto, quia Christus vult omnes salvare, & *Christus dedit semetipsum redemptionem pro omnibus* 2. Petr. 3. *nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reverti.*

Est communis PP. & præcipue Augustini.

160. Prob. 2. ex PP. apud Ruiz. Petav. ac nominatim Paulino Epist. 2. ad Seuer. *Omnem enim, quantum in ipso est, hominem salvum fieri vult qui fecit omnes.* Aug. l. de spir. & lit. c. 33. *Vult Deus omnes homines salvos fieri, non sic tamen ut eis adimat liberum arbitrium, quo benè vel malè utentes iustissimè judicentur.* Vbi manifestè loquitur de omnibus omnino hominibus cum loquatur de omnibus & judicandis, & constet omnes nullo excepto esse judicandos.

Cujus verba non continent objectionem pelagian.

Neque hæc verba continent objectionem Pelagianorum, ut vult Ians. sed ipsissimam Aug. sententiam, ut patet 1. ex his, quæ subjungit: *Qua disputatio*

tatio si sufficit quæstioni illi solvendæ, sufficiat. Quibus verbis à se ibi disputata manifeste approbat; non enim potuisset de falsa & hæretica Pelagianorum opinione sic loqui, sine scandalo. Neque ibi dubitat utrùm vera sit doctrina à se tradita de generali voluntate Dei antecedente omnes salvandi: sed utrum ista generalis voluntas sufficiat ad hoc ut prima voluntas credendi quam habent fideles; dicatur esse à Deo, sicut volebant Pelagiani, quod ipse negat, ad id requirens specialem Dei voluntatem præparantem credentibus auxilia congrua. 2. Quia Bæda, Ansel. Catharin. & alii docent verbis illis exprimi veram Aug. & Ecclesiæ sententiam. 3. Quia prosper fidelissimus Augustini interpres, ad object. Vinc. Resp. 2. idem docet his verbis: *Sincerissimè credendum atque profitendum est, Deum velle, ut omnes homines salvi fiant: si quidem Apostolus præcipit, ut Deo pro omnibus hominibus supplicetur*. Et ad capitula Gallorum senten. 8. ubi habet: *Qui dicit quòd non omnes homines, velit Deus salvos fieri: sed certum numerum prædestinatorum, duriùs loquitur, quàm loquendum est de altitudine inscrutabilis gratiæ Dei, qui & omnes vult salvos fieri.*

Sed ipsissimum Augustini doctrinam.

Vt constat ex Ansel. & Prosp.

161. Dices Aug. enchir. c. 13. & de nat. & gra. c. 41. ly *omnes* 1. Tim. 2. sup. explicat universaliter accommodè, hoc sensu quod Deus velit salvare omnes, qui de facto salvantur, ita ut nullus salvetur nisi quem Deus voluerit salvari *sicut* (inquit) ibid. Aug. *unico literarum Magistro in Civitate constituto, rectissimè dicimus: omnes isto hic literas docet, non quia omnes Cives literas discunt, sed quia nemo discit, nisi, quem ille docuerit*. Præterea Aug. de cor. & gra. c.14. istud *omnes* accipit universaliter non pro singulis generum sed pro generibus singulorum, hoc sensu quòd Deus ex omni omnium genere, ætate, conditione, sexu &c. velit aliquos salvari; ergo ex mente Aug. verbis Apostoli sup. citatis non significatur Deum velle omnes omninò homines salvos fieri. R. n. seq. Aug. enim locis objectis & alijs similibus solùm vult ostendere; quomodo verba Apost. possint verificari de voluntate consequente,

Alibi explicat quomodo Apost. possit intelligi de voluntate efficaci.

Ac proinde nostrum sensum non rejicit, sed varias adfert explicationes adversus Pelag. & Semipelag.

absoluta & efficaci, de qua ibi agit; non tamen rejicit nostrum sensum à Chrysost. Ambr. & cæteris PP. passim receptum quod patet ex his, quæ addit enchir. c. 103. *vel quocumque alio modo intelligi potest; dum tamen credere non cogamur, aliquid omnipotentem Deum fieri voluisse factumque non esse.*

Aug. de Cor. & gra. c. 15. eundem locum explicat de voluntate signi, qua Deus vult nos velle & à Deo petere omnium salutem, quo sensu *Deus vult omnes salvos fieri.*

Ideò autem Aug. varias attulit explicationes verborum Apost. sup. ut Pelagianos, & semipelagianos efficacius refelleret, qui circa generalem Dei voluntatem de omnium salute diversimode errarunt 1. in eo quod docuerint Deum velle, ut omnes salvi fiant, si velint per solas naturæ vires. 2. in eo quod istam conditionem (*si velint*) etiam extenderint ad morientes in infantia, in quibus volebant requiri, & sufficere voluntatem sub conditione prævisam. 3. in eo quod docuerint Deum velle æqualiter omnium salutem, sic ut excluserint specialem Dei affectum erga prædestinatos.

Deus non potest aliquid velle quantum est de se, id est efficaciter, quin illud obtineat.

162. Dices imperfectionis est velle aliquid quantum est de se, & illud non essequi. R. n. as. quia ly *quantum est de se*, hic non importat voluntatem absolute efficacem ex parte volentis, quæ tamen ex ejus impotentia ab effectu impediatur, quod esset imperfectionis; sed solùm voluntatem, ex parte volentis seriam adhibendi media sufficientia, sic ut per illum non stet, quo minus effectus dependens ab alterius arbitrio, reipsa ponatur, qualem hic in Deo agnoscimus. Talis autem voluntas non est imperfecta, hoc sensu, quod in se involvat aliquam imperfectionem Deo repugnantem, sed solum quod non sit prorsus absoluta, nec de objecto spectato simpliciter aut secundum omnes circumstantias, neque de adhibendo omni medio possibili pro obtinendo effectu, quo sensu S. Thom. hic q. 19. a. 6. ad 1. dicit solùm esse voluntatem secundum quid, seu velleitatem potius quam voluntatem. Quibus verbis non vult quod si voluntas improprie dicta; cum

Potest hoc sensu, quod per ipsum nō stet quominus fiat &c.

cum eam ibi explicet exemplo judicis furem suspendio adjudicantis, quem voluntate proprie dicta, quamvis non absoluta vult vivere, Et 3. cont. Gent. c. 159. nostram doctrinam aperte tradat dum ait: *Deus quantum in se est paratus est omnibus gratiam dare, vult enim omnes homines salvos fieri & ad agnitionem veritatis venire.*

Vult itaque Deus omnium salutem *quantum in se est*, id est, voluntate de se sufficienti, providente media saltem, remote sufficientia ad omnium salutem: non verò *quantum in se est*, id est, quantum potest velle seu voluntate efficaci omnium mediorum quæ potest adhibere. De hujusmodi voluntate efficaci intelligendæ sunt scripturæ Gen. 50. & alibi docentes neminem posse divinæ voluntati resistere. In quo nihil est imperfectionis.

Hinc 1. Deus aliter vult salutem omnium viatorum, etiam reproborum quam damnatorum, quia licet etiam, erga eorum salutem ut possibilem, habeat aliquem affectum complacentiæ, vi illius tamen illis non providet media ullo modo sufficientia ad salutem sicut viatoribus. 2. licet Deus velit efficaciter omnium damnationem, sub hac conditione, si moriantur in peccato; sicut vult omnium salutem si moriantur in gratia: non tamen dicitur velle omnium damnationem, sicut salutem, quia non adhibet media pro omnium damnatione, sicut pro omnium salute V. plura de generali Dei voluntate omnes salvandi apud Steph. des champs de hæresi lauseniana l. 3. disp. 7. c. 12. 13. 16. Deus aliter vult salutem viatorum reproborum, quàm damnatorum.

163. Omnis voluntas Dei antecedens quamvis inefficax respectu sui principalis objecti, infert aliquam mutationem realem in ordine ad objectum, Deo extrinsecam: quia cum non sit simplex complacentia in possibilitate objecti, sed aliquo modo tendat ad ejus existentiam, est Deo libera, adeoque (ut patet in nostris principiis n. 142) debet compleri per aliquid Deo extrinsecum, cujus existentiam infert. Voluntas Dei antecedens est semper efficax alicujus.

Hinc non potest Deus inefficaciter velle finem in se directe, & immediate, sed tantum in aliquo V. g. auxili proximè.

 me-

medio indifferendi efficaciter volitio, v.g. salutem omnium in auxilio, saltem remotè, sufficienti. 2. non potest dari in Deo ulla volitio libera purè inefficax, cùm non possit esse libera, nisi sit efficax alicujus termini, seu objecti, in quo aliud vult inefficaciter.

aut remotè sufficientis.

Nulla Volitio libera est purè inefficax quamvis sit conditionata ex parte objecti.

Voluntas libera absoluta ex parte actus, & conditionata ex parte objecti (qualem posse dari communiùs docent nostri) etiam necessariò infert aliquam mutationem realem, & absolutam extra Deum, ut rectè Arrubal contra Granad.

1. Quia est absolutum, & actuale exercitium divinæ libertatis, quod, ex dictis n. 142 constitui debet per efficaciam sibi proportionatam, adeoque actualem & absolutam. 2. quia ad decretum absolutum ex parte actus, & solùm conditionatum ex parte objecti, plus requiritur quam ad conditionatum etiam ex parte actus : atqui ad hoc requiritur mutatio conditionata ; ergo &c.

Cum absolutum divinæ libertatis exercitium debeat, compleri per aliquid vi illius absolute existent.

164. Vnde licet ejusmodi voluntas, considerata precisè quatenus intendit existentiam objecti conditionatam, non videatur requirere ullum terminum actualem per quem compleatur, si tamen consideretur quatenus ex parte actus est actuale, & absolutum exercitium divinæ libertatis, necessariò infert aliquem terminum Deo extrinsecum, ejus completivum in esse liberi, qui per modum medij, aut signi, vel aliter dicat ordinem ad objectum in illo solùm conditionate volitum.

Quod non requiritur ad scientiam conditionatam quia, non est libera formaliter.

Hinc habes, cur talis Dei voluntas potius exigat mutationem aliquam absolutam ex parte objecti, quam scientia conditionata ex parte objecti, & absoluta ex parte actus : ad quam dicimus sufficere existentiam objecti conditionatam : disparitas est enim, quòd volitio sit formaliter libera, & qua talis necessariò tendat in aliquod objectum, practicè ejus existentiam inferendo: scientia verò solùm sit libera denominativè ac præsuppositivè, & in suum objectum tendat merè speculativè, illud supponendo, ac simpliciter repræsentando, quomodocunque sit.

Ob-

Ob eandem rationem, complacentia, quam habet Deus de nostris actibus, & suis decretis conditionatè futuris, nullam infert aut requirit mutationẽ absolutam, quia nempe non est libera formaliter, & immediate, sed solùm mediate, & denominativè, seu libertate participata à volitione efficaci sive absoluta ex parte actus, sive conditionata, formaliter libera inferente existentiam objecti conditionatam, de qua habetur complacentia non necessaria cum potuerit non esse, adeoque libera, quæ, si versetur circa futura conditionata, dependentia à sola libertate divina participans suam libertatem à Dei volitione absoluta, vel conditionata illa volente sub conditione: si verò circa futura dependentia à libertate creata illam participat à decreto conditionato de concursu in talibus circumstantiis exhibendo.

Vti nec complacentia Dei in futuris conditionatis.

165. Voluntas divina beneplaciti etiam sumpta late prout se extendit ad antecedentem inefficacem & conditionatam semper aliquo modo impletur. 1. quia est semper efficax respectu alicujus termini. 2. semper consequitur aliquem finem sive antecedenter & primario sive consequenter & secundariò intentum. Patet in volitione quam habet Deus quemlibet hominem salvandi, si moriatur in gratia, vel damnandi, si in peccato: posita enim priori conditione, impletur voluntas Dei antecedens; posita secunda, impletur consequens. Hoc sensu Aug. de spir. & lit. c. 33. & S. Th. hic q. 19. a. 6. & q. 23. de verit. a. 2. docent voluntatem divinam non posse unquam frustrari vniversim, semper esse invictam &c. 3. quia Deus semper assequitur finem quem in omnibus ultimate intendit, nempe suam gloriam ex præmiatione bonorum, vel ex punitione malorum resultantem.

Dei volitio beneplaciti est efficax respectu alicujus termini.

Ex his habes nullam Dei volitionem immediate liberam esse pure conditionatam, & inefficacem, sed esse necessario absolutam & efficacem respectu alicujus objecti.

166. Datur in Deo decretum de exibendo causis secundis concursu in actu primo, alioqui enim

Datur in Deo decretum concurrendi.

non essent completæ in actu primo ad suam operationem.

Quo Deus causis 2. exhibet potentiam suam easque complet in actu.

Hoc decretum non officit libertati creatæ, cum non sit physicè prædeterminans aut prædefiniens actionem creaturæ in seipsa immediatè, sed Dei potentiam ad utrumlibet indifferenter exhibens causæ liberæ, ei relinquendo plenam potestatem, seipsam, & potentiam Dei jam sibi addictam, in actu secundo ad utramvis partem contrarietatis, aut contradictionis, pro libitu determinandi, sic enim optime conciliatur cum libertate creata.

Non est formaliter conditionatum.

Sed absolutum cum determinatione ad individuum sub disjunctione.

Non potest tamen hoc decretum esse formaliter conditionatum, sicut Deus dicat; *volo concurrere cum cura, si agat*: quia alioqui, cum Dei concursus in actu 2. realiter identificetur actioni creaturæ, præsupponeret suum objectum ex parte conditionis, adeoque esset nugatorium, sicut foret hoc votum, *voveo jejunium, si jeiunem*, similiter enim diceret Deus: *volo concurrere si concurram*. Vnde est absolutum, & aliquo modo determinatum ad actiones in particulari, non tamen determinatione omninò ultima, sed sub disjunctione, sic ut Deus dicat, *volo hoc instanti addicere potentiam meam Petro, ut ex pro libitu utatur vel ad actum amoris A, vel ad actum odij* B, *vel ad liberè cessandum ab utroque, & ita de alijs*. Sic enim commodissimè intelligitur fieri exibitio concursus in actu 1. cum determinatione ad individuum, illæsa libertate creata, quare dici potest conditionatum æquivalenter. Rectè dicitur compleri in esse decreti, formaliter liberi per specialem voluntatis creatę productionem aut conservationē.

Officeret libertati si esset determinatum ad unum.

167. Multò minus potest hoc decretum salva, libertate esse absolutum, & determinatum, ad hunc numero actum, etiam si ponatur procedere ex directione scientiæ mediæ, qua Deus prævidit, in quam partem, his aut illis circumstantiis voluntas sit se determinativa 1. quia cùm istud decretum sit ut ex prærequisitis, antecedenter ad illud prævideri nequit ulla determinatio voluntatis: 2. quia ad libertatem nihil juvare potest scientia media, si in statu absoluto ponatur aliquid antecedenter, & physicè deter-

determinans, (quale esset ejusmodi decretum,) non prævisum in statu conditionato.

Præter hoc non datur aliud decretum concomitans concurrendi in actu 2 nam 1. esset superfluum cum supposito decreto concurrendi in actu 1. Deus absque nova volitione sufficienter determinetur, ad hic & nunc concurrendum in actu. 2. per hoc quòd creatura seipsam, & potentiam Dei sibi applicatam, & velut permissam ad operandum determinet. 2. quia non videtur Deus posse determinari ad tale decretum, nisi ex prævisione actualis determinationis creaturæ, quod tamen manifestè repugnat; cum enim concursus in actu 2. sit necessariò requisitus, ad omnem creaturæ determinationem, non potest ulla ratione hæc illi præintelligi.

Non datur decretum concurrendi in actu 2.

Quia esset superfluum & impossibile.

Iuxta hanc viam, non potest Deus velle determinate, quidquid potest facere; sed solùm quidquid potest libere libertate proxima, seu ex immediata determinatione propria. Dici potest operari modo mortuo, hoc sensu, quod concurrat instar habitus, aut potentiæ executivæ, nullo modo ex sua immediata determinatione propria, sed ex aliena: non ideò tamen dici potest operari cœco modo, cùm antecedenter ad hoc suum decretum per scientiam conditionatam, & post suum decretum per scientiam absolutam ab æterno distinctissimè cognoverit, rationem specificam, ac individualem, & omnes circumstantias actionis per quam concurrit.

Deus non potest velle quidquid potest facere.

Non concurrit cæco modo.

168. Si daretur decretum concurrendi in actu 2. ut multi è nostris probabiliter admittunt, non officeret libertati creatæ: quia creaturæ determinationem pure concomitaretur; nullo modo inferret, sicut illam infert, eique libertatem aufert, decretum physicè prædeterminandi, à Bannesio inventum, & à mente sancti Thomæ prorsus alienum, ut demonstrat Iosephus de vita Dominicanus, in suo opere; *de proprio, & per se principio, unde provenit peccatum in actionibus voluntarijs*; ex quo tractatum de primo movente prædeterminationis fundamenta omnia diruentem fideliter excerpsi & Duaci typis vulgavi anno 1673.

Hoc decreto concomitans non noceret libertati.

Noceret physice prædeterminans.

Cui ex Ioſeph de vita repugnat ratio & D. Angel.

Certè huic Bannezii decreto phyſice prædeterminativo non favet hic S.D. q. 19. a. 8. O. dum ait: *Cum igitur voluntas divina ſit efficaciſſima, non ſolum ſequitur quod fiant ea, quæ Deus vult fieri, ſed quod eo modo fiant, quo Deus ea fieri vult. Vult autem quædam fieri contingenter, & ideò quibuſdam aptavit cauſas contingentes, ex quibus effectus contingenter eveniant*.

Ex his enim male colligunt recentiores Thomiſtæ phyſicam prædeterminationem non lædere libertatem creaturæ, quia voluntas Dei efficaciſſima prædeterminando, non ſolum facit ut creatura operetur, ſed etiam ut libere operetur: etſi enim divina voluntas ſit efficaciſſima, non poteſt tamen efficere, ut res fiat certo modo, cum quocumque incompoſſibili cum iſto modo, vel ſublato quocumque ad iſtum modum requiſito. Vti enim non poteſt efficere ut paries ſit albus per nigredinem, vel ſine albedine, ita non poteſt efficere ut creatura agat ex determinatione propria, & non ex aliena per phyſicam prædeterminationem, qua efficaciſſime, & irreſſiſtibiliter determinatur a Deo, ſivè ut libere agat ſine indifferentia judicii & voluntatis.

Docens Deum contingentibus contingentes cauſas aptaſſe.

Prædeterminationi igitur non favet, ſed adverſatur S. Thomas ibi O. dicens: *quia Deus voluit quoſdam effectus contingenter evenire, contingentes cauſas ad eos præparavit*: non enim effectibus contingentibus ſeu liberis aptaret ac præpararet Deus cauſas contingentes, id eſt liberas adeoque antecedenter ad ſuam operationem active indifferentes, ſi eas prius natura quam agant phyſice determinaret ad unum. Ergo ex mente S. Tho. cauſæ liberæ non ſunt antecedenter ad ſuam operationem per prævium Dei concurſum determinate ad unum, ſed per concurſum in actu primo, ad utrumlibet indifferenter completæ, atque ita effectibus contingentibus adaptatæ.

Prædefinitio eſt volitio efficax actus e creatura ponendi an-

169. Prædefinitio, de qua hic, eſt abſoluta & efficax voluntas qua Deus antecedenter ad creaturæ liberæ determinationem abſolute præviſam, aliquem ejus actum ponendum decrevit ſive in ſe imme-

immediate, sive in aliquo medio habente infallibilem connexionem cum illo, ut conversionem Petri in gratia efficaci.

Prædefinitio actuum humanorum inferens physicam eorum prædeterminationem, aut immediate ipsos actus, repugnat libertati, cum faciat, ut voluntas creata non operetur ex propria determinatione & cum suæ actionis dominio; sed ut antecedenter à Deo efficaciter & irresistibiliter determinata per aliquid quod non est in ejus potestate.

Antecedens absolutam ejus prævisionem.

170. Supposita scientia media, possibilis est prædefinitio actuum humanorum in aliquo medio de se indifferenti; certò & infallibiliter efficax, quæ tamen nullo modo immutet modum operandi creaturæ ex sua propria determinatione, & consequenter nec ulla ratione officiat ejus libertati. Ita Suar. Granad. Ruiz, Ariag. Amic. & alii contra Vasq. Alarcon. Herice &c.

Nocet libertati si inferat actum immediate, secus si mediante auxilio indifferenti, conditionate prævise cum effectu.

Prob. 1. Quia posito quòd Deus per scientiam mediam præviderit Petrum consensurum in hunc aut illum actum bonum, si in talibus circumstantiis sic vel sic excitetur per gratiam, excitatione de se sufficienti ad consensum obtinendum, ex se tamen indifferenti ut reipsa conjungatur cum consensu vel dissensu potest Deus velle Petrum in illis circumstantiis sic excitare ex efficaci intentione ejus consensus, atqui ista voluntas est vera prædefinitio, cum antecedat absolutam existentiam consensus Petri, illumque efficaciter, quamvis solum mediate, & infallibiliter inferat, cùm infallibile sit, id esse absolute futurum posita conditione, quod Deus per scientiam mediam prævidit sub tali conditione futurum; & nullo modo immutat modum operandi voluntatis Petri ex propia determinatione: quandoquidem sua efficacia non attingat determinationem voluntatis Petri immediate, sed solum mediante excitatione de se indifferenti, ad quam immediate terminatur, illamque ita inferat ex efficaci intentione consensus Petri, ut vim quam ex se habet movendi voluntatem Petri, non magis immutet quam si non procederet ex præscientia conditionata consensus

Si enim non est absolute antecedens.

Neque immutat modum operandi voluntate.

ex ea

ex ea secuturi, aut ex huius intentione efficaci sed imprimeretur, cœco modo, aut solum ex intentione generali & inefficaci ejus effectum obtinendi, ergo &c.

Cùm non aliter moveatur quam si abesset prædefinitio.

Confir. 1. quia posita hujusmodi prædefinitione, omnia principia, immediate influentia in determinationem voluntatis creatæ non aliter influunt, quam si abesset ista prædefinitio. Ergo posita ejusmodi prædefinitione nihil est, quod officiat libertati: non enim ipsa prædefinitio, cum per se non influat immediate, neque etiam gratia aut excitatio, cum de se sit indifferens, & non aliter moveat quam si abesset prædefinitio.

Confir. 2. quia hæc prædefinitio est posterior actu in statu conditionato, & consequenter in potestate voluntatis creatæ, ut patet ex dictis sup. n. 139. & mox dicendis.

Quæ non potest frustrari, adeoque actus prædefinitus est necessarius suppositione consequente.

171. Nec obstat, quod, cum repugnet voluntatem Dei efficacem frustrari, actus prædefinitus non possit non fieri: solum enim non potest non fieri ex suppositione simpliciter consequente, seu alicujus quod supponit liberam voluntatis determinationem in statu conditionato: & quod non influit immediate; nec ullo modo immutat modum operandi eorum, quæ immediate influunt; quod proinde, quamvis ex se habeat necessariam connexionem cum actu non impedit quominus voluntas illum ponat ex sua propria, & libera determinatione.

Solùm antecedente; secundùm quid

Fatemur itaque prædefinitionem à nobis admissam esse, conditionem necessario connexam cum actu, & antecedentem secundum quid, non tamen antecedentem absolute & simpliciter; quia sicut licet sit prior determinatione voluntatis spectata in statu absoluto, est tamen posterior illa in statu conditionato, quod sufficit ut sit remote, & indirecte in potestate hominis, qui, cum possit non consentire gratiæ seu motioni de se indifferenti, potest efficere, ut suus consensus non fuerit prævisus sub conditione talis motionis, & consequenter nec prædefinitus; immò nec prædefinibilis in tali motione.

Non est in potestate hominis ut sit est, ut non sit.

Vnde

Vnde licet non sit in potestate hominis efficere ut ab æterno fuerit prædefinitio sui actus boni, cum posita prævisione illius per talem gratiam obtinendi, possit Deus istam gratiam non dare ex efficaci intentione istius actus, immò etiam absolute illam non dare: est tamen in ejus potestate, ut non fuerit, quod sufficit ut ejusmodi prædefinitio non noceat, nec possit nocere libertati, cum ejus exercitium præsupponat infallibiliter prævisum sub conditione talis gratiæ. Hinc. Quod sufficit ad libertatem.

Prædefinitio etiam, facta ante usum scientiæ conditionatæ de medio indifferenti effectum habituro, non noceret libertati, si ea posita Deus per scientiam conditionatam seligeret gratiam de se indifferentem, quam prævideret certis circumstantiis consensum prædefinitum obtenturam, eamque isto fine efficaciter intento homini istis circumstantiis impertiret: quia nempe licet isto casu esset absolute antecedens, nullo modo tamen immutaret modum operandi voluntatis creatæ. Cui non noceret concepta ante usũ scientiã media.

Verùm quidem est, quod in statu absoluto isti motioni addatur prædefinitio, quæ non habeatur in statu conditionato, cum qua non potest componi non actus, adeoque nec cum motione formaliter ut substanti tali prædefinitioni: non ideò tamen redditur libertati noxia; quia cum ista prædefinitio non augeat, aut ullo modo variet vim movendi istius motionis, non facit (quod faceret prædeterminatio physica) ut voluntatem sua efficacia sibi subjiciat, eamve rapiat, & ad operandum ita determinet; ut ipsa non operetur ex sua propria determinatione; ac proinde nihil nocet ejus libertati, cum non impediat ejus indifferentiam activam, nec tollat potentiam antecedentem componendi tam non actum, quam actum, cum motione, & cæteris prærequisitis spectatis secundum se, seu secundum vim movendi voluntatem quam etiam, ut substant prædefinitioni, habent, & exerunt, quæ potentia ad perfectam libertatem necessaria est & sufficiens. Quia non immutat vim movendi gratiæ, nec modum operandi voluntatis.

172. Actus prædefinitus evenit infallibiliter, quia divina prævisio nequit falli, nec prædefinitio frustrari,

Actus prædefinitus sit infallibiliter, non inevitabiliter.

strari, non tamen inevitabiliter, quia homo habet potentiam antecedentem ad oppositum actus prædefiniti. quam non tolleret revelatio homini facta de sui actus prædefinitione, licet istius revelationis recordatio antecedenter se habens impeditura esset conatum efficacem in oppositum, quia hoc esset velle commponere non actum cum revelatione, & prædefinitione actus, quod repugnat.

Prædefinitio supponit voluntatem exhibendi concursum indifferentem.

Prædefinitio efficax consensus stare potest cum seria voluntate exhibendi concursum indifferentem ad consensum, & dissensum, immo sine hac stare nequit: cùm enim prædefinitio sit volitio efficax liberi consensus, necessario præsupponit voluntatem exhibendi concursum indifferentem, quæ ad consensus prædefiniti libertatem est prærequisita, & ut talis in statu conditionato prævisa.

Neque est ulla oppositio inter istas volitiones, cum non sint de eodem objecto: voluntas enim concurrendi in actu 1. habet pro objecto exhibitionem potentiæ indifferenter paratæ ad utrumlibet; prædefinitio autem habet consensum liberum essentialiter præsupponentem hominis voluntatem, æque ad dissensum, quam ad consensum in actu 1. completam & expeditam.

Neque ei opponitur cùm habeat diversum objectum.

Verum quidem est quod voluntas exhibendi concursum indifferentem importet volitionem conditionatam concurrendi in actu 2. ad dissensum, si ad hunc homo se determinet; sed hæc volitio dissensus cum sit antecedens, & inefficax, non magis repugnat volitioni consensus consequenti, & efficaci, quam volitio antecedens, & inefficax omnes salvandi repugnet volitioni consequenti, & efficaci aliquos non salvandi, sed propter eorum peccata damnandi.

Igitur posita prædefinitione consensus potest Deus velle dissensum, seu velle ad eum concurrere in actu 2 tum voluntate antecedente, conditionata, & inefficaci, tum etiam voluntate absoluta, & efficaci, sed solum potentia antecedente quæ sufficit ad libertatem Dei & creaturæ ad consensum prædefinitæ.

Sup-

Supposita prædefinitione Deus dat gratiam dependenter à scientia media ut proponente medium, quo infallibiliter obtineat consensum liberum; non ut proponente motivum per modum meriti, ut volebant Semipelagiani.

170. Observandum hic 1. quod motio impressa, seu gratia data ex efficaci intentione consensus non terminet, nec compleat istam intentionem in esse volitionis liberæ per se ipsam immediate, sed per actionem sui productivam, sicut (conformiter dictis n. 143.) hæc sola dicat essentialem ordinem ad consensum, ut ad finem tali medio infallibiliter obtinendum, non vero ipsa motio, quæ proinde non debet esse intrinsece diversas ab ea, quæ daretur sine tali intentione. *Prædefinitio completur in esse liberæ per gratiæ productionem, sic ut hæc sola sit connexa cum consensu.*

2. Quamvis daremus motioni impressæ ex tali intentione intrinsecum esse ordinem essentialem, quem in actione ejus productiva ponimus, sic ut ex suis intrinsecis haberet necessariam connexionem cum actu prædefinito, non propterea foret libertati noxia, quia per hanc non augeretur, nec ullo modo mutaretur ejus vis movendi voluntatem, adeoque nec modus operandi voluntatis. *Cujus libertatem non tolleret gratia sic cum illo connexa.*

3. Etsi prædefinitio, prout à nobis admissa nullo modo sit libertati noxia, ei tamen noceret; si ad omnem actum voluntatis esset prærequisita, (ut in sententia Thomistarum prædeterminatio physica) quia cum Deus non possit simul efficaciter intendere opposita, non posset voluntas creata simul esse completa in actu 1. ad opposita. Adde non posse prærequiri, cum dirigatur prævisione conditionata actus per tale medium, etiam seclusa prædefinitione, infallibiliter obtinendi. *Tolleret si esset ad omnem actum prærequisita.*

174. Omnes nostri actus boni, vitæ æternæ meritorii sunt prædefiniti, saltem virtualiter in auxilio gratiæ, quod Deus prævidit fore efficax: eo ipso enim quo Deus vult dare tale auxilium, virtualiter vult actum, quem videt ex eo infallibiliter secuturum. *Omnes actus bonis ut virtualiter prædefiniti.*

Probabilius videtur, omnes nostros actus bonos esse formaliter prædefinitos.

Prob.

Probabilius etiam formaliter.

Prob. 1. quia hoc videtur conformius Aug. Enchi. c. 95. *Non fit aliquid, nisi Omnipotens fieri velit vel (si malum sit) sinendo ut fiat, vel (si bonum) ipse faciendo*: nempe per auxilium ex efficaci illius intentione datum. 2. Quia sic melius intelligitur. *Deus in nobis operari velle, & perficere*, ad Philip. 2. & Quidem juxta Aug. de cor. & gra. c. 12. & 14. *Ita indeclinabiliter, & inseparabiliter, ut nullum humanum resistat arbitrium*. Item quomodo prima & maxime radicalis discretio convertendi, à non convertendo, & consequenter salvandi à non salvando, sit à gratuito, & efficaci Dei beneplacito; juxta illud, ad Cor. 14. *Quis te discernit*, sic ut quamvis homo, *sicut se emundat, ut sit vas in honorem*, 2. ad Tim. 2. ita seipsum aliquo modo discernat formaliter & in actu 2. nullo modo tamen possit *Gloriari quasi non acceperit*. 1. ad Cor. 4. sed humiliter debeat confiteri. *Non ego, sed gratia Dei mecum*, Ibid. 15 quia nempe *Ille* principaliter *discernit, qui unde discernaris* (per gratiam sc. & efficacem prædefinitionem) *impertit*. Aug. l. 2. cont. 2. epist. Pelag. c. 7.

Sic melius intelligitur discretio electorum ex gratuito Dei beneplacito.

3. Denique, quia inde habetur quod gratia efficax differat à sufficiente non solùm in actu 2. sed etiam in actu 1. ac proinde sit semper major moraliter in ratione beneficii: atque ita redditur facilior & adversariis intelligibilior doctrina nostra de gratia efficaci non ex suis intrinsecis, sed dependenter à conditionata Dei prævisione.

Et differentia gratiæ efficacis a sufficiente.

Ob has rationes P. Claud. Aquaviva Societ. Iesu V. General. decreto speciali Anno 1613. Hinc viam nobis præscripsit his verbis: *Mandamus ut nostri in posterum doceant quod Deus ex efficaci proposito ac intentione efficiendi certissime in nobis actus boni de industria ipse ea media seligit, atque eo modo, & tempore confert, quo videt effectum infallibiliter habitura aliis usurus; si hæc inefficacia prævidisset*: Quia tamen oppositum non ægre sustineri potest in suo decreto postea dispensavit, & utramvis sententiam eligere nobis liberum reliquit.

§. III.

§ III.

Providentia, prædestinatio, & reprobatio.

175. DEo inest providentia. Est de fide, ex Sap. 8. *Attingit à fine usque ad finem fortiter & disponit omnia suaviter.* Formaliter, & quoad conceptum

Est præscientia, & dispositio mediorum ad finem.

Providentia est ordinatio ad finem.

Quoad rem verò est actus partim intellectus, quo Deus novit rerum fines, & media, quibus ad eos convenienter perduci possint; partim voluntatis, quo res quaslibet ad suos fines ordinat & perducit mediis convenientibus.

Includit cognitionem ac volitionem mediorum & finis quem semper assequitur.

Dur. & alii volunt providentiam principalius importare actum voluntatis, Alber. & Alex. utrumque æque primò; omnes probabiliter, & cum fundamento in PP. cùm à Damasc. 2. de Fide c. 25. providentia definiatur: *Voluntas Dei, per quam res gubernantur*; à Boet. 4. de cons. prosa 5. *Ipsa Divina ratio, quæ cuncta disponit.*

Semper assequitur suum finem ultimum, & generalem, nempe Dei gloriam, & fines quovis particulares efficaciter intentos, & hos quidem juxta Thomistas, per media physice prædeterminantia, juxta scientiæ mediæ defensores, per media de se indifferentia, sed infallibiliter prævisa effectum habitura.

176. Aliam viam, præeunte Iosepho de Vita Dominicano, iniit P. Henricus a S. Ignatio dist. 10. a. 3. resolutione 1. ubi, contra prædeterminatores, & (ut vocat) medi scientiantes, docet quod medium, quo divina providentia infallibiliter assequitur effectus bonos causarum secundarum, *Sit ipsamet causa secunda completa, defectibilis quidem, & impedibilis, quantum est ex se, sed sine impedimento, & defectu servata, ut substat ordini universali Divinæ providentiæ, quæ, ut causa universalissima & prima simpliciter in omni genere, sic disponit omnes series, & omnes concursus et occursus causarum secundarum, quomodolibet per se vel per accidens, directe vel indirecte discentium ad illos effectus, ut causa secunda proxima,* per

P. Henr. à S. Ign. cum Iosepho de vita probabiliter docet medium infallibile divinæ providentiæ esse causam 2. ut complete dispositam & non impeditam, ut substant iam ordini divinæ providentiæ.

per quas Deus decrevit in illos earum effectus procedere, inveniantur in illa universali dispositione, concursuque, & occursu aliarum causarum proportionatis adminiculis, defectum earum impedientibus, adjuta, & servata sine defectu. Vno verbo juxta hujus doctrinæ, authores medium infallibile Divinæ providentiæ est causa; in iis circumstantiis posita, in quibus, ut substat ordini Divinæ providentiæ est infallibiliter operatura.

177. Hanc doctrinam probat P. Henr. 1. authoritatibus SS. Aug. & Thomæ claris & efficacibus, contra prædeterminationem physicam, non ita contra scientiam mediam, ut æquo rerum æstimatori patebit.

2. Hac potissimum ratione: *Omnis causa etiam libera, quantumcumque ex se impedibilis & defectibilis, complete disposita ad ponendum effectum, nec ab eo impedita, sed ab impedimento, et defectu præservata, infallibiliter, omnimoda infallibilitate habet effectum*: sed talis est *omnis causa etiam libera ut substans universali ordini Divinæ providentiæ modo supra explicato*. Ergo ut substans, universali ordini Diuinæ providentiæ infallibiliter omnimoda infallibilitate, habet effectum.

Consequentia patet uti & mi. Ma. Prob. quia implicat causam, quantumvis liberam, per universalissimum ordinem, seu decreta generalissima Divinæ providentiæ sic dispositam, & ab impedimento ac defectu præservatam, carere suo effectu; cum implicet Divinam providentiam non assequi quod efficaciter intendit: ergo &c.

Hæc quidem subtiliter, & ex principiis Aug. & Th. probabiliter dicuntur, ex quibus patet nullam esse necessitatem prædeterminationis physicæ ad salvandam infallibilem Divinæ providentiæ efficaciam.

Non videtur hac via posse conciliari infallibilitas divinæ providentiæ cum libertate creata.

178. Contra est tamen 1. quod (secluso scientiæ mediæ subsidio) hac via ægre concilietur infallibilitas Divinæ providentiæ cum libertatæ creata: quia tota illa dispositio completa & præservatio ab impedimento, & defectu collective sumpta secun-

secundum se spectata præscindendo à decreto & præscientia Dei per illam intendentis certum effectum causæ liberæ, vel habet connexionem omnimodè, hoc est non solùm moraliter, sed etiam physicè & metaphysicè, necessariam cum effectu causæ liberæ, vel non habet: si habet, æquè tollit libertatem, ac prædeterminatio physica: cum enim æquè antecedat omnem voluntatis creatæ determinationem, & consequenter æquè sit extra ejus potestatem ac prædeterminatio physica, & æquè necessariò connexa cum effectu, æquè ac illa inferre debet necessitatem antecedentem & absolutam libertati repugnantem: si verò de se, antecedenter ad Dei decretum & præscientiam, non habet connexionem cum effectu omnimodè necessariam, non potest Deus in illa infallibiliter præscire effectus contingentes causæ liberæ illosve per eam, ut per medium infallibile obtinendus decernere. Cum in medio non necessariò, seu indifferenti non possit actus voluntati creatæ liber infallibiliter prædefiniri & certò præsciri, nisi præsupposita ejus prævisione conditionata, modò sup. explicato de prædefinitione n 170.

179. Contra est 2. quod per ly *servata sine defectu*, seu carentia alicujus prærequisiti ex parte actus primi; *vel sine defectu* ipsiusmet actus secundi, seu operationis à Divina providentia intentæ: si primum per ly *servata sine defectu*, solum habeatur actus primus proximus operationis liberæ, seu voluntas creata proximè completa ad actum amoris Dei v. g. cum qua completione proxima componi potest non amor, alioqui enim voluntas esset in actu primo determinata ad amandum, & consequenter non esset indifferens in actu 1. ad amorem & non amorem, adeoque nec libera: si secundum, petitur principium; cùm enim realiter idem sit voluntatem servari sine defectu seu carentia operationis, & voluntatem operari; dicere Divinam providentiam infallibiliter consequi operationes liberas voluntatis creatæ per hoc, quod voluntas sit completa & servata sine defectu, idem est ac dicere Divinam providentiam consequi operationes liberas

Quia dispositio completa causæ 2. cũ præservatione ab impedimento & defectu est indifferens ad actionem, & non actionem cum cõstituat actum 1. libitum.

voluntatis creatæ per hoc, quod voluntas libere operetur, quod est nugari.

Contra est 3. quod causa secunda libera ut complete disposita, & non impedita, aliud non sit, quam causa ut constituta in actu primo proximo ad libere operandum; hujusmodi enim actus proximus consistit in habentia omnium complementorum prærequisitorum sine impedimento, atqui causa 2. libera ut constituto in actu primo proximo est indifferens ad utrumlibet, alioqui non esset libera Ergo ut complete disposita & non impedita, spectata præcisè secundum se, non potest esse medium infallibile infallibilitate physica & metaphysica, ad certissime obtinendos effectus à divina providentia efficaciter intentos: cùm enim ut sic sit physice indifferens ad utrumlibet, nullam cum illis habet connexionem necessariam, seu infallibilem, per quam habere possit rationem medii infallibilis ad illos præsciendos, & infallibiliter obtinendos.

Neque dies potest habere infallibilitatem ab ipsa providentia; alioqui hæc esset sibi medium infallibilè, & per falli bile moveret infallibiliter.

180. Dices 1. cum P. Henr. pag. 731. n. 330. & seqq. causa secunda libera ut complete disposita &c. non habet rationem medii physice infallibilis præcisè secundum se, sed formaliter ut substat ordini Diuinæ providentiæ, R. inde sequi 1. totam infallibilitatem haberi à solo efficaci decreto Diuinæ prouidentiæ, nullo modo à causa secunda, quantumvis complete disposita & non impedita cum ut sic sit ad utrumlibet indifferens, & libera; adeoque solam Divinam providentiam esse sibi medium infallibile ad suos effectus infallibiliter obtinendos, non ipsam causam secundam, quod est absurdum, imò impossibile: cum repugnet Deum velle obtinere infallibiter finem, per medium fallibile ut tale, seu quod non sit conditionate prævisum in talibus circumstantiis finem obtenturum, si ponatur, alioqui enim efficax Dei decretum exponeretur periculo frustrationis.

Confir. 1. Deus non potest velle causam secundam movere ad agendum necessariò per medium indifferens; neque ad agendum libere per medium necessarium, seu necessitans: Ergo nec ad agendum infallibiliter

biliter

-biliter per medium fallibile; quod reddi nequit infallibile extrinsece per decretum efficax infallibiliter obtinendi effectum per tale medium: cum istud decretum non influat se ipso immediate in voluntatem creaturæ; nec ulla ratione augeat, vel immuter vim movendi ipsius medii de se fallibilis & indifferentis ad effectum & ad ejus negationem. Similiter medium intrinsece indifferens, per Dei decretum, fieri nequit extrinsece necessarium, neque intrinsece necessarium extrinsece indifferens. Verum quidem est quod medium fallibile reddatur extrinsece infallibile per præscientiam conditionatam; sed hæc præsupponit creaturæ determinationem sub conditione, quod in Adversariorum decreto locum non habet.

181. Confir. 2. quia priusquam Deus efficaciter decernat aliquem effectum causæ liberæ per aliquod medium, vel cognoscit medium istud effectum certò habiturum, vel non cognoscit, si non cognoscit, manifeste exponit suum decretum frustrationi, quod Deo repugnat: si cognoscit, admittenda est scientia media; illud enim non potest cognoscere per scientiam simplicis intelligentiæ, cum medium sit de se indifferens ad effectum habendum vel non habendum, nec per scientiam visionis, quia antecedenter ad decretum, medium non est futurum potius, quam non futurum, in secutura temporis differentia, sed est ad futuritionem, vel non futuritionem, planè indifferens, sicut à fortiori etiam ejus effectus; ac proinde non potest, antecedenter ad decretum, cum suo effectu terminare scientiam visionis, quæ est essentialiter objecti existentis ut existentis in aliqua temporis differentia.

Deus debet scire utrum medium habiturum sit effectum, priùs quam decernat hoc per illud consequi, alioqui procederet cœco modo, & exponeret se frustrationi quod tamen de medio fallibili scire nequit, seclusa scientia media.

182. Dices 2. Deus, in priori naturæ, efficaciter & absolute decernit actum liberum creaturæ, deinde in posteriori signo rationis, seligit media tot & tam congrua, ac proportionata ad movendam ejus voluntatem, donec tandem moveatur & actum libere eliciat R. Hunc modum certò procurandi consensum creaturæ, involvere imperfectionem Deo repugnantem: sic enim Deus eligeret

media cœco modo & velut fortuitò, de singulis, antecedenter ad eorum electionem, nesciens utrum essent effectum habitura, vel non: cùm enim media supponantur ex se indifferentia, hoc de illis (secluso scientiæ mediæ usu) scire non posset, donec varia simul aut successivè adhibendo, seu adhibenda decernendo, tandem deveniret ad unum, aut ad certam illorum multitudinem, quibus (post decretam eorum electionem) videret voluntatem esse movendam vel non movendam & ejus actum esse, in certa temporis differentia, absolutè futurum, vel absolutè non futurum. Deus enim, per scientiam visionis, non potest, pro secutura temporis differentia, cognoscere obiectum in statu medio inter absolute futurum, & absolutè non futurum, seu in statu suspensionis à futuritione, & non futuritione.

Quod si Deus videat voluntatem hoc aut illo medio non esse movendam, & consequenter ejus actum absolutè non futurum, non potest, electis in posteriori naturæ efficacioribus mediis pro eadem temporis differentia, fieri absolutè futurus, nisi pro eadem temporis differentia, sit absolutè futurus; & absolutè non futurus, seu, quod idem est, in eadem secutura temporis differentia, absolutè existat & non existat, quod repugnat. Hæ & aliæ ejusmodi tenebræ, in quas incidunt, qui media inter prædeterminationem physicam, & scientiam conditionatam via incedere volunt, unico scientiæ mediæ radio facillimè dissipantur, nec alio dissipari posse videntur.

Hanc proinde meritò valde commendans, Malder, Daniel à S. Ioseph. & alii.

183. Hinc meritò Malder. Episcop. Antverp. 1. 2. q. 111. a. 3. dub. 10. Memb. 4. dicit: *veritatem scientiæ mediæ in primis indicat, quod secundum illam, omnia quæ Scripturæ Sacræ & PP. præsertim D. Aug. de gratia efficaci dixerunt, rectè explicentur & quod alius modus hactenus repertus non sit, quo æquè clare & commodè explicari queat, concordia gratiæ & liberi arbitrii.*

Volentes esse perutilem imò necessariam ad providentiæ & gratiæ myste-

Huic consonat Daniel à S. Ioseph. Carmel. Calceat. tom. 1. disputationum in S. Th. disp. 24. c. 9. ubi sententiam affirmantem dari scientiam mediam neganti ob varias causas præferens, sic loquitur (ut refer

refert VeKenus de Deo disp.19.c.4. num. 17. *de homi-num salute qua tota divina gratia adiumentis, libe-roque arbitrio nititur, malè merentur ii qui conditio-natam à Deo scientiam reiiciunt, pejus, qui eam agno-scere coacti, absolute præfinientique decreto subjectam vo-lunt, pessimè, qui apud theologicarum rerum indoctos, aut certè non satis peritos maledictis suis in invidiam tra-hunt. De quibus ego sic censeo, eos in ista controversia vel partis utriusque momenta non planè assequi vel opinioni suæ potius quàm veritati servire. Contra vero plurimum rempublicam debere Christianam iis, qui conditionalem scientiam absoluto Dei decreto priorem sacris ex litteris Patrumque ac D. Thom. monumentis in quibus delitesce-bat, in lucem Theologia vocaverint; quoque modo libe-ram creatura voluntatem, cum Dei scientia & auxiliis conciliet, atque ita de VVicleffi, Lutheri, Calvini, erroribus triumphet magno Christiani orbis bono ostende-rint.*

ria modo cla ro, & intelli-gibili expli-canda.

184. His similia in commendationem scientiæ mediæ habent Diotellevius Episcop. S.Angeli, Sta-pletonus, Pennerus, Petrus à S. Ioseph, Alphonsus Mendoza ex Ord. Erem. S. Aug. q.7. Scolastica n.4. ubi ait: *de prædestinatione & reprobatione, de vocatione efficaci & inefficaci differentes PP. antiqui hac scientia media se à mille calumnijs adversantium protegunt,* Con-clus. 3. n. 3. (apud Paulum Leonardi n. 59.) addit: *eos qui hanc scientiam inficiantur plurimum derogare thesauris sapientia & scientia Dei*. Consentit Curiel, Controv. 7. in c.4. sapien. a. 4. n. 1. (apud Leonar. num. 59.) his verbis, *ope hujus scientia difficultates de divina prædestinatione facilius conciliantur, Scriptura majori proprietate explicantur, humana libertas vix aliter salvari potest*. Idem sentiunt ex quovis ordine alii permulti virtute & doctrina illustres, quos fideliter citatos reperies apud Paulum Leonardi, seu Sarlo-gum, apud Matthiam Borrull. Gabrielem de He-nao, & in meo philalethe Eupistino contra præde-terminationem physicam pro scientia media c. 3. §. 3. n. 129. & seqq.

185. Prædestinatio, juxta strictum & commu-nem Ecclesiæ usum, *est Divina praordinatio natura* intel-

Prædesti-natio est præscientia, & volitio

intellectualis ad gratiam , & gloriam, prout restringitur ad homines post peccatum originale definitur ab Aug. de bono preserv. l. 1. c. 14.

gratiæ & gloriæ per media quibusdam conferenda.

Præscientia & præparatio beneficiorum Dei ; quibus certissime liberantur , quicumque liberantur.

Importat actum partim intellectus, quo gloria & media ad eam producentia cognoscuntur, partim voluntatis, quo efficaciter decernuntur , & quidem hunc principaliùs, cùm prædestinatio ex suo conceptu, præcipuè videatur importare efficacem determinationem dationis gratiæ , ad gloriam infallibiliter producentis, & consequenter ipsius gloriæ, quæ determinatio soli actui voluntatis convenit.

Est principaliùs volitio præsupponens scientia præcipuè mediam.

Scientia ad prædestinationem concurrens, est partim simplicis intelligentiæ, qua cognoscitur natura mediorum ad salutem, partim & præcipuè scientia conditionata per quam media (non obstante eorum indifferentia) infallibiliter cognoscuntur Iustitiæ finalis & æternæ salutis effectum habitura, si dentur; partim visionis meritorum, propter quæ fit electio ad gloriam.

Completè est volitio gratiæ & gloriæ, incomplete solius gra. vel solius glor.

186. Prædestinatio, sumpta complete, est efficax præparatio gratiæ de facto perducentis ad gloriam, & etiam ipsius gloriæ : sumpta verò incomplete, est præparatio, vel solius gratiæ, vel [ut sæpe sumitur] solius gloriæ. Dictum est *de facto*; quia gratia, quæ datur reprobis, non est objectum prædestinationis, quæ solùm est *præparatio beneficiorum*, quibus homines de facto liberantur, sed providentiæ supernaturalis.

Deus providet auxilia ad vitanda peccata.

187. Deus quovis tempore & loco providet omnibus adultis, saltem justis, auxilium sufficiens ad vitanda peccata & servanda præcepta cum urgent, est de Fide ex Trid. sess. 6. c. 11. *Deus namque sua gratia semel justificatos non deserit nisi ab eis priùs deseratur*, & ex Innocentio X. ut hæreticam damnante: hanc primam Iansenij propositionem: *Aliqua Dei præcepta hominibus justis sunt impossibilia , deest quoque gratia, qua possibilia fiant*. Idem dicendum esse etiam de adultis injustis, & infidelibus sequitur ex decreto ejusdem Innocent. contra tertiam

propo-

propoſitionem Ianſenianam definientis ad *merendum, & demerendum requiri libertatem à neceſſitate*, qua carerent injuſti & infideles, ſi, dum peccant, eſſent deſtituti auxilio ſufficienti ad non peccandum, eo enim caſu non poſſent non peccare, adeoque neceſſariò peccarent, & demererentur abſque libertate à neceſſitate, cum ſola *libertate à coactione*, quæ ex Innoc. non ſufficit.

Prob. ex Aug. l. 3. de lib. arb. c. 18. ubi ait: *ſi non ei poteſt reſiſti, ſine peccato ei ceditur, quis enim peccat in eo* (inquit infra) *quod nullo modo caveri poteſt!* quæ verba Calv. l. 3. de lib. arb. & Ianſ. l. pr. l 2. de ſtatu nat. Lap. perperam reſtringunt ad ſtatum naturæ integræ, contra apertam Aug. mentem, qui ibi non ſolùm loquitur generaliter de quovis peccato, ſed etiam determinatè de peccato in præſenti ſtatu; quod patet 1. ex his quæ ſubjungit: *peccatur autem* (nempe jam) *caveri igitur poteſt*. 2. ex eo quod in ſequentibus c. 19. disertè doceat etiam ſuppoſita ignorantia, & concupiſcentia ex peccato Adami orta, homini *ad culpam non deputari, quod invitus ignorat*, aut facit.

Hoc docet Aug. etiam in natura lapſa.

188. Deus adultis omnibus injuſtis etiam infidelibus ac barbaris, quandiu ſunt in via, & ſtatu moraliter operandi, providet ſuo tempore media, proxime, vel remotè ſufficientia ad converſionem, & juſtificationem. Eſt nunc communiſſima, & multis certa, non tamen de fide.

Deus adultis omnibus providet auxilio.

Prob. 1. ex 1. Tim. 2. alijſque ſcript. ac PP. ſup. n. 159 docentibus Deum, quantum eſt de ſe, ſeriò velle omnes ſalvos fieri, quod falſum eſſet, ſi quibuſdam negaret media ad ſalutem ſufficientia, 2. ex Script. quibus omnes ad ſe invitat, ut Matt. 11. *venite ad me omnes*, &c. quæ invitatio eſſet illuſoria ſi quibuſdam negaret auxilia ſufficientia ad veniendum 3. ex Aug. ſup. n. 160. & de nat. & grat. c. 67. Proſp. de voc. gent. lib. 1. c. 21. *credimus, nullis hominibus opem gratia in totum fuiſſe ſubtractam*; aliiſque PP. apud Ruiz, Petav. 4. Quia alioqui peccatores, & infideles eſſent excuſabiles in ſua impœnitentia & infidelitate; cum

Quia ex Script. & PP. omnes vult ſalvare, & ad ſe invitat.

ex Aug. ſup. n. 187. ad culpam deputari non poſſit, quod vitari nequit.

Eſt apertè S. Thomæ.

Confir. ex S. Thom. q. 14 de Verit. a. 11. ad 1. ubi ait: *ſi quis in ſilvis ductum luminis naturalis ſequeretur in appetitu boni & fuga mali, certiſſimè tenendum eſt, quod ei Deus vel per internam inſpirationem revelaret ea, quæ credenda ſunt, vel aliquem fidei prædicatorem ad eum dirigeret, ſicut miſit Petrum ad Cornelium* Act. 10.

Script. & PP. volunt quibuſdam obduratis converſionem eſſe impoſſibilem impoſſibilitate cõſequente.

189. Dices 1. ſcriptura ſignificat obduratis non dari gratiam ſufficientem Ioan. 12. his verbis: *propterea non poterant credere, quia dixit Iſaias induravit cor eorum*. R. intelligenda eſt de impoſſibilitate conſequente, ſeu ex hypotheſi alicujus, quod erat in eorum poteſtate nempe obſtinationis ipſis liberæ & prædictionis de ea factæ. Quod patet ex Auguſt. tr. 53. in Ioan. *Quare non poterant credere? Si à me quæratur, citò reſpondeo, quia nolebant*. Similiter illud Eccl. 7. *nemo poteſt corrigere quem Deus deſpexerit:* Intelligendum eſt de impoſſibilitate conſequente, poſito nempe, quod Deus decreverit non dare gratiam congruam, ſeu quam præviderit effectum habituram, ſed ſufficientem tantùm, quam prævidit ex defectu voluntatis creatæ effectu carituram. Eodem ſenſu exponendi ſunt Iſidor. de ſum. bono c. 15. Proſp. ad object. vinc. Reſp. 19. aliique PP. dum ſignificant quibuſdam impoſſibilem eſſe pœnitentiam.

Eiſque negari gratiam abundantes.

Cum autem dicitur Deus quoſdam *indurare*, ut Exod. 10. & 11. *tradere in reprobum ſenſum*, Rom. 1. *dimittere ingredi vias ſuas*, Act. 14. ſenſus eſt, quod illis negaverit, eam gratiarum abundantiam, quam aliis etiam peccatoribus ſolet conferre, & in pœnam peccatorum præcedentium, permiſerit eis occurrere tales peccandi occaſiones, ut moraliter non poſſent non peccare, licet poſſent phyſice, quod ad libertatem ſufficit.

Aug. docet inobedientiã Pharaoni nõ fuiſſe imputatam ex hypotheſi infi-

190. Dices 2. Aug. lib. expoſit. Quarumdam propoſ. Epiſt. ad Rom. propoſ. 62. plus vult, dum ait: *non ergo hoc Pharaoni imputatur, quòd tunc non obtemperaverit, quandoquidem obduratio corde obtemperanda*

perare non poterat : sed quia dignum se prabuit , cui cor obduraretur . R. solum vult : Pharaonem non peccasse præcise non obtemperando ex suppositione infidelitatis, qua fidem negabat Moysi, quamvis ista infidelitas tunc illi imputaretur ad peccatum, cum posset, & teneretur eam deponere. Vnde Exod. 9. dicitur: *videns Pharao quod cessasset pluvia, auxit peccatum*.

delitatis ipsi voluntaria.

Ad illud autem quod Aug. de cor. & gra. c. 11. dicit : *dederat adiutorium primo homini , sine quo non posset permanere* (scilicet in sanctitate) *si vellet*, & infra : *si autem hoc adiutorium ei defuisset ; non utique sua culpa cecidisset : nunc autem quibus deest tale adiutorium, pœna peccati est*: Responderi potest eum ibi agere de adjutorio necessario justis ad perseverandum , quod ex num. 187. certum est illis non deesse, idque Aug. agnovisse l. de nat. & gra. c. 26. ubi ait : *Deus non deserit, si non deseratur* : unde dici potest cum Ruiz esse intelligendum de adjutorio, per quod primus homo facile potuisset perseverare ; quo si caruisset , non peccasset , quia supponitur non habuisse aliud , quo posset stare : hoc autem adjutorium ad facile perseverandum , jam quibusdam negari in pœnam peccati originalis , quibusdam autem gratis dari , non idem, sed majus, quo nempe de facto perseverent . Quod si tamen cum nonnullis , ly *quibus deest*, intelligas de injustis, poterit commode explicari de gratia sanctificante cum suis habitibus, per quam primus homo potuit permanere in casto amore actuali, cum quo fuit creatus. V. Stephan. Deschamps.

Alibi quibusdam deesse auxilium ad facile perseverandum quod habuit Adamus quo si caruisset non potuisset perseverare, quia aliud non habuit.

Denique cum Epist. 107. dicit : *scimus gratiam non omnibus dari* : intelligendus est, vel de gratia habituali, seu fidei, vel de efficaci, vel de proxime sufficienti, vel de tollente difficultatem, quæ difficultas, subinde causat impossibilitatem moralem , vel de quolibet momento, aut de incidentibus in amentiam post peccatum.

Alibi contendit quibusdam deesse gratiam proximè sufficientē, imò subinde omnem.

191. Dices 3. Trident. sess. 6. c. 11. docet : quod *Deus sua gratia justificatos non deserit , nisi ab eis prius deseratur* : ergo ex ejus mente . Deus aliquos fal-

Deus ex Tr. à quibus deseritur , deserit secundum quid.

saltem ex ijs, à quibus priùs desertus fuerit, sua gratia deserit, cum particula exceptiva, *nisi*, affirmet quòd in reliqua oratione negatur, ut patet in hac simili, *Deus non salvat, nisi iustificatos*: R. particulam, *nisi*, non habere ibi vim exceptivæ, sed conditionalis, hoc sensu conformi Aug. n 187. *quod Deus non deserat, si non deseratur*. Adde illud posse explicari de desertione per subtractionem gratiæ concomitantis, & copiosæ subsequentis in pœnam neglecti sufficientis auxilii prævenientis.

Nempe per subtractionem gra. copiosa.

Deus etiam infantibus providet in voluntate aliena.

192. Deus etiam omnibus infantibus providet de mediis ad salutem in voluntate aliena. aliquo modo sive proximè sive remote sufficientibus.

Quia ex Aug. etiam ad parvulos pertinet illud vult omnes salvos.

Prob. 1. quia *Deus vult omnes homines salvos fieri*, ex Apost. 1. Tim. 2. cujus sententiam etiam ad parvulos pertinere disertè asserit Aug. l. 4. cont. Iul. c. 8. & meritò, cum id exigat scopus Apostoli probandis pro omnibus esse orandum, eò quod pro *omnibus mortuus sit Christus*.

Et Christus pro omnibus est mortuus & instituit baptismum.

2. Deinde etiam parvulos ex Apost. sup. vult *ad agnitionem veritatis venire*, scilicet habitualem per habitum fidei, & etiam ad formalem suo tempore, si adolescant, quia pro omnibus generatim adeoque etiam pro parvulis instituit sacramentum baptismi, idque ex intentione seria quamvis inefficaci, ut omnibus applicetur; & causis per se ordinatis ad generationem, & conservationem infantium dedit virtutem sufficientem, ad eos in vita satis diu servandos, ut baptizari possint. Vnde, quod aliqui præmaturè moriantur, priùs quam humana industria possint baptizari, non oritur ex eo, quòd Deus, quantum est de se, non velit eos baptizari, aut positiva intentione eos directè excludat à salute, & hoc ejus medio; sed ex eo, quòd ut causa prima & provisor universalis, nolit impedire actiones causarum secundarum, sive naturalium, sive liberarum, item nec punitiones juxta providentiæ suæ leges communitatibus infligendas, ex quibus per accidens contingit aliquos extingui in utero.

Quo salvarentur omnes parvuli nisi impedimento essent causa.

Confir. 1. Quia Deus in orbem universum misit, & etiam nunc mittit prædicatores evangelicos, ut om-

omnibus annuntient remedium peccati parvulis sufficiens. 2. dat viris Apostolicis desideria ferventia omnibus annunciandi, & omnibus etiam parvulis applicandi remedium peccati originalis. 3. Eosdem excitat ut pro omnium etiam parvulorum salute orent. 4. Omnibus etiam parvulis assignat Angelos tutelares, ex affectu erga eorum salutem, quæ omnia obtinerent omnium salutem à Deo seriò intentam, licet solùm inefficaciter; nisi obstaret malitia hominum.

193. Adde Deum probabiliter parentibus sive immediatis sive mediatis, eas dare inspirationes ad parvulorum salutem ordinatas, ut, si illis responderent, infantes non morerentur sine baptismo; quod tradit Prosp. l. 2. de voc. gent. c. 22. his verbis: *non irreligiosè arbitror credi neque inconvenienter intelligi, quòd isti paucorum dierum homines ad illam pertineant gratiæ partem, quæ semper universis est impensa nationibus, qua utique si benè uterentur eorum parentes, etiam ipsi per eosdem juvarentur.* Deus omnibus dat Angel. tutelarem, inspirat SS. ut orent pro omnibus, & parentibus cogitat. nes ad parvulorum salutem sufficientes.

Dices Aug. l. de nat. & grat. c. 8. ait: *ego autem dico parvulum natum eo loco, ubi ei non potuit per Christi baptismum subveniri morte præventum ideircò talem fuisse, idest sine lavacro regenerationis exiisse, quia alter non potuit*: l. 2. de dono persev. c. 12. ijs baptismum *Deo nolente non dari*: epist. 107. *salvos non fieri non quia ipsi, sed quia Deus non vult.* R. Aug. loqui de impossibilitate & nolitione consequente, cum quibus stat in hominibus potestas, & in Deo voluntas, qua vult quantum est de se & seriò licet solùm inefficaciter eorum salutem, & ad eam media sufficientia providet. S. Aug. loquitur de impossibilitate & nolitione consequente.

194. Effectus prædestinationis sunt illa omnia, & sola, quæ à Deo volita sunt ex speciali affectu erga salutem prædestinati hujus aut illius in particulari, & ad eam reipsa conducunt, sive per modum meriti ejusve principii, sive per modum occasionis, aut removentis prohibens, sive alio quovis modo: his enim omnibus, & solis conveniunt conditiones, quæ, ut colligitur ex definitione prædestinationis ad Aug. tradita n. 174. & commu- Effectus prædestinationis est quidquid vult Deus ex intentione salutis prædestinati & ad eam perducit.

in DD.

ni DD. sensu requiruntur ad effectum prædestinationis. Hinc

Peccatum non potest esse effectus prædestinationis, secus ejus permissio.

195. Permissio peccati (licet non ipsum peccatum, quod repugnat à Deo intendi) potest esse verus effectus prædestinationis, hoc sensu, quod Deus ex speciali affectu erga salutem prædestinati possit eam velle, etiam propter bona peccatum essentialiter præsupponentia, v. g. propter pœnitentiam, humiliationem, & confusionem ex peccato. Ita Gran. Ariag. Amic. Recupit Ban. Zum. & alii Thomistæ communiter, contra Vasq. Becan. VeKen. DerK.

Quam ex Aug. Deus potest velle propter pœnitentiam.

196. Prob. 1. quia id aperte docent Amb. l. 6. D. Par. c. 8. ubi reddens rationem cur Deus, cum sit bonus permiserit tantam malitiam in mundo, ait *permisit nostrum materiale tentari quadam trepidatione fragilitatis humanæ ut fœneratior postea gratia per pœnitentiam delictorum in hominis rediret affectum*. Aug. de cor. & gra. c. 9. ubi dicit, quod Deum diligentibus etiam hoc, quod subinde deviant, *Deus faciat proficere in bonum quia humiliores redeunt* l. 14. de civ. c. 13 *audeo dicere superbis utile est cadere in aliquod apertum, manifestumque peccatum, unde sibi displiceant.* & l. de nat. & gra. c. 24. ubi docet Deum permisisse peccatum Davidis: *ut ei esset contra superbiam conturbatio illa medicinalis.* Idem inculcat c. 28. quibus similia habent Damas. Ber. & alii Patres apud Recupit.

Quia permissio peccati est bona, cum sit à Deo, & potest alicui esse per accidens occasio salutis.

Prob. 2. Quia permissio peccati de se bona est, cum sit à Deo, & potest conducere ad salutem prædestinati, tamquam occasio pœnitentiæ, humiliationis, & aliorum bonorum, per accidens illam consequentium. Potest igitur Deus propter hæc bona velle permissionem peccati ex speciali affectu erga salutem prædestinati, idque nullo modo volendo ipsum peccatum, quod licet possit objective, & occasionaliter conducere ad salutem prædestinati cum tamen sit per se malum non potest ullo modo esse à Deo volitum ac proinde nec ex intentione salutis alicujus, cui prævidetur futurum occasio conversionis constantis & æternæ beatitudinis.

Con-

Confir. potest Deus prædefinire passionem Christi & Martyrum, præsupponentem peccatum Tyrannorum : ergo & pœnitentiam præsupponentem peccatum pœnitentis : ergo potest permittere peccatum propter bona illud essentialiter præsupponentia.

Potest Deus illam velle non volendo peccatum.

197. Dices 1. permissio peccati non est beneficium gratiæ per Christum ; atqui non potest esse effectus prædestinationis nisi sit beneficium gratiæ &c. R. disp. ma. spectata præcise secundum se, c. ut subest Divinæ ordinationi, & efficaci conducentiæ ad salutem n. sic enim habet rationem specialis beneficii per Christum ac proinde (secluso periculo complacentiæ in peccato) pie ac prudenter peti potest à Deo sicut Martyrium essentialiter præsupponens peccatum interfectoris in odium virtutis.

Permissio peccati est beneficium gratiæ ut sub est ordinationi ad salutem.

Dices 2. Sequeretur peccatum à Deo intendi saltem implicite & virtualiter ; ut id, sine quo haberi nequit pœnitentia, quæ necessario supponit peccatum, R. n. seq. etsi enim non possit efficaciter intendi finis, quin simul virtualiter intendatur medium, quando istud medium non potest mediante alterius libertate oriri ex sola permissione intendentis finem, sed ab eo debet procurari : aliter tamen se res habet quando mediante alterius libertate oriri potest ex sola permissione intendentis finem ut hic contingit. Vnde dico Deum, ut efficaciter intendat pœnitentiam, solùm debere virtualiter illa velle, quæ videt ex parte sua ad pœnitentiam requiri seu a se esse volibilia & ad hanc obtinendam volenda, inter quæ non est peccatum à Deo nullo modo volibile, sed sola ejus permissio.

Deus efficaciter volens pœnitentiam Petri solum vult omnia ex parte sua ad illam requisita.

198. Dices 3. Si Deus ante peccatum absolute prævisum efficaciter prædefiniret pœnitentiam vellet simul voluntate antecedente duo contradictoria, scilicet peccatum non esse & peccatum esse R. n. as. pro 2. parte, quia volendo pœnitentiam non vellet peccatum esse sed solùm illud permittere, id est non impedire cùm possit : hic enim permissio peccati sumitur pro libera ejus non impeditione; non pro concessione, qua peccatũ reddatur licitũ, quod repugnat.

Vnde non vult peccatum esse sed solum illud non impedire.

Deus

Stat in Deo cum efficaci volitione pœnitentiæ nolitio inefficax pec. cati.

Deus hoc casu habet efficacem volitionem pœnitentiæ tanquam finis cum prohibitione, & seria, quamvis solùm inefficaci nolitione peccati, quod ad pœnitentiam necessariò requiritur tanquam materia per ipsam destruenda. Similiter adjiciens merces metu naufragii habet volitionem efficacem, & simul nolitionem inefficacem abjectionis mercium.

Potest Deus ante peccacatum absolute prævisum vellè efficaciter absolutè vel conditionatè pœnitentiam, non volendo virtualiter omnia ad illam necessaria, sed aliqua solum permittendo.

Dices 4. non potest Deus efficaciter velle pœnitentiam, nisi velit virtualiter omnia ad eam necessaria: & quidem à se ponibilia, ut à se ponenda, ab alio autem ponibilia, & non à se ut ab alio ponenda. R.n.ass. pro 2. parte: ista enim solùm debet velle permittere. Ratio est, quòd efficax intentio finis solùm virtualiter contineat, & in intendente causet volitionem mediorum ad finem necessariorum: atqui ad pœnitentiam, ut à Deo intentam, non requiritur ut peccatum à Deo sit ullo modo volitum, sed solùm, ut sit permissum, & ex solius creaturæ volitione ac determinatione positum. Ergo Deus efficaciter & absolutè decernens pœnitentiam, nullo modo vult peccatum etiam ut ab alio ponendum; sed solam ejus permissionem, & supposita ejus existentia per solius creaturæ determinationem, gratias ad pœnitentiam illius destructivam necessarias. Qualiter ista omnia prævidit per scientiam conditionatam, qua in ejusmodi permissione dirigitur.

199. Adde ad veritatem nostræ conclusionis nu. 165. sufficere; quod pœnitentia intendatur efficaciter conditionatè, sic nempè ut Deus dicat, volo permittere peccatum, ut si homo pro sua libertate peccaverit, per has gratias à me ipsi dandas agat pœnitentiam; in qua volitione ut patet nulla involuitur peccati intentio: sicut non invenitur ulla volitio morbi in medico ante morbum absolutè prævisum decernente medicinam conditionate, si morbus contigerit.

Homo meretur aliquos effectus prædestinationis.

200. Datur ex parte prædestinati causa motiva prædestinationis, quoad aliquos ejus effectus, v. g. quoad gratiam justificantem, quæ confertur prædestinato propter ejus pœnitentiam, uti sæpe ulterior gratia actualis propter bonum usum prioris, non

tamen

tamen datur causa quoad omnes ejus effectus, cùm nulla detur respectu primi ejus effectus, seu primæ prævenientis gratiæ efficacis, quod est de Fide, ex Script. ad Ephes. 2. *Gratis salvi estis facti per fidem, & hoc non ex vobis*. 2. ex Conc. Arausi. can. 25. Trid. sess. 6. c. 5. & can. 3. denique ex PP. Aug. l. de prædest. SS. c. 2. epist. 105. & 106. ejusque discipulis Fulg. Prosp. Hilar.

Non primum.

Dices est in potestate hominis consentire vel non consentire primæ gratiæ & ita faceret ut sit vel non sit effectus prædestinationis: ergo datur ex parte prædestinati causa primi effectus prædestinationis, nempe illius libera determinatio ad consensum, qua prima gratia ipsi data fit efficax in actu secundo. R. n. seq. quia non oritur, nec oriri potest ab homine, quod Deus ex speciali, & gratuito affectu ei det gratiam, quæ prævisa est effectum habitura.

Non enim potest mereri 1. gratiam efficacem, licet suo libero consensu eã reddat efficacem in actu 2.

Neque enim Deus dat hanc gratiam potius quam aliam, quia prævisa est effectum habitura ex libero hominis consensu, si per ly *quia* significetur ratio meriti, aut cujuscumque motivi, Deum primo determinantis ad dandam hanc gratiam potius quam aliam: Deus enim non movetur ad dandas has gratias à bono eorum usu, conditionate præviso; cum respectu cujuslibet etiam perditissimi peccatoris, per scientiam mediam infinitæ prævideantur effectum habituræ, quæ tamen non dantur. Alio tamen bono sensu admitti potest Deum seligere hanc gratiam, quia prævisa est effectum habitura, si nempe per ly *quia* solum significetur conditio, propter quam hæc est eligibilis, ut medium utile, & infallibile ad actum prædefinitum, & propter quam ut rationem secundariam, supposita prædefinitione n. 170. admissa, de facto eligitur, juxta quam viam primus omnino effectus prædestinationis est ipsa actus boni prædefinitio, cujus nulla prorsus datur ratio ex parte prædestinari.

Consensus conditionatè prævisus non movet Deum ad dationem gratiæ efficacis.

Alioqui eam daret omnibus.

201. Efficax electio ad gloriam ut prœmium, potuit illæsa libertate fieri antecedenter ad merita absolute prævisa, quia potuit Deus, ante absolutam prævisionem meritorum homini in aliquo medio effi-

Prædestinatio ad gloriam potuit salva liber-

tate fieri ante merita. efficaciter decernere gloriam, ut per merita obtinendam. Declaratur: quia potuit volitione gratuita; & purè prædestinativa, completa in esse volitionis liberæ per terminum extrinsecum distinctum ab ipsa datione gloriæ, v. g. per productionem hominis aut alicujus rei ad eum pertinentis ei efficaciter velle glori im conferre non gratis, sed propter merita, ac deinde vi istius volitionis ei dare auxilia, quæ per scientiam mediam prævidet fore efficacia meritorum finalium, tum denique meritis jam absolute prævisit, propter illa, ulteriori volitione exequente, completa per ipsam dationem gloriæ, ei velle gloriam in se ipsa tamquam prœmium ejus meritis debitum.

Potuit enim Deus gratis decernere gloria, & deinde auxilia indifferentia.

Eo autem casu prior illa volitio esset efficax electio, ad gloriam antecedenter ad merita, nullo modo noxia, libertati, quia voluntatem prædestinati non moveret, nisi mediantibus auxiliis de se indifferentibus, ac proinde ejus connaturalem operandi modum nihil immutantibus, ut constat ex dictis n. 171. & seqq. ergo &c.

202. Dices ergo isto casu Deus vellet dare gloriam gratuito, quod repugnat. R. n. seq. solùm enim gratuito vellet dare gloriam non gratuito, sed remuneratorie, id est vellet volitione gratuita, seu nullis prædestinati meritis causata dare gloriam, non tamen datione gratuita, sed remuneratoria, seu propter merita in quo nulla involvitur repugnantia, nec oppositio, aut superfluitas volitionum in Deo; utraque enim vellet dationem gloriæ eodem modo ex parte objecti quatenus utraque vellet eam fieri propter merita, licet non eodem modo ex parte actus, quatenus una esset ind pendens à meritis, altera dependens: neque secunda foret superflua, quia prima solum intenderet collationem gloriæ ut finem, non in se ipsa, sed in aliquo medio seu termino ab ea distincto & ad eam auxilia præpararet, unde non esset illius, immediate efficax, ac proinde requireretur alia ulterior executiva, & immediate efficax dationis gloriæ in se ipsa. Itaque vi prioris decreti pure præ-

Deus eo casu volitione gratuita vellet dationem gloriæ non gratuitam, in quo nihil est contradictionis.

desti-

destinativi Deus esset obligatus ad danda prædestinato auxilia, quibus gloriam mereretur, adeoque propter merita ut habentia rationem causæ finalis, moventis ut sit; vi posterioris executivi, de facto daret gloriam propter merita, ut habentia rationem causæ meritoriæ, moventis quia est.

203. Potuit etiam unico actu efficax electio ad gloriam, antecedenter ad merita absolute prævisa, fieri in serie gratiarum, quas Deus per scientiam conditionatam prævidit fore finaliter efficaces, cùm non repugnet Deum unico simplici actu decernere dationem istarum gratiarum, ex efficaci intentione meritorum, & simul collationem gloriæ propter hæc ipsa merita.

Potuit Deus ante merita eligere hanc seriem creaturarum & grātiarum in qua conditionatè prævisi sint hi propter sua merita salvandi, illi damnandi.

Vnde Deus, postquam per scientiam mediam prævidit quinam futuri essent finaliter justi, aut injusti, & consequenter salvandi, aut damnandi, si hæc aut illa creaturarum, circumstātiarum, & gratiarum series poneretur, potuit pro suo beneplacito, ex intentione suam misericordiam, & justitiam manifestandi, hanc eligere seriem, in qua de facto propter sua merita salventur ij, quos conditionate prævidebat in tali serie propter sua merita salvandos; & contra, alii propter sua demerita damnentur; sic totum negotium prædestinationis, & reprobationis peractum fuerit (ut vult Gran.) unico actu. In hoc enim nulla apparet repugnantia, licet hoc displiceat quod sic tota volitio prædestinans ad gloriam, eamque exequens & ab ea positive reprobans simpliciter ponatur ante absolutam prævisionem meritorum, & demeritorum, & proinde non satis salvetur eorum causalitas, cùm nullam in Deo volitionem meritorie, aut demeritorie causent. Quod enim causat meritorie, movet quia est, seu movet Deum ad decernendum prœmium, quia prius intelligitur existere, seu fore tamquam meritum prœmio dignum.

Atque ita unico actu peragere totum prædestinationis, & reprobationis negotium.

In hoc nulla est repugnantia.

204. Certum est radicalem, seu virtualem electionem ad gloriam factam esse antecedenter ad merita; cùm fide constet Deum independenter à meritis, pro suo beneplacito prædestinatis decrevisse eam seriem gratiarum, quas prævideraт fore fina-

Prædestinatio ad gloriam virtualiter facta est ante merita, per volitionem gratiæ efficacis.

finaliter efficaces, idque ex intentione, saltem inefficaci eis dandi gloriam: atqui istud decretum, supposita generali voluntate; quam habet Deus salvandi omnes in charitate finaliter perseverantes, est virtualiter efficax volitio, prædestinatis dandi gloriam, cùm vi illius decreti Deus sit ita determinatus, ad formalem eorum electionem ad gloriam, ut eos in posteriori rationis non possit non ligere, ac proinde vi illius, etiam ante scientiam visionis meritorum certum sit, quinam sint absolute salvandi, quinam damnandi.

Hæc virtualis prædestinatio differt à formali quoad affectum.

Ex quibus patet virtualem hanc electionem ad gloriam à formali (de qua hic tantopere disceptatur an fiat ex meritis) solum differre quoad effectum ex parte Dei, non quoad effectum ex parte prædestinati.

Datio gloriæ fit ex meritis.

Fide certum est executionem electionis ad gloriam, seu ipsam gloriæ collationem de facto fieri propter merita, hoc enim saltem evincunt scripturæ 2. Tim. 4. *Reposita est mihi Corona iustitiæ quam reddet mihi iustus iudex*: & aliæ n. seq.

De formali electione ad glor. variat PP. Societatis.

205. De formali & efficaci electione ad gloriam duæ sunt celebres sententiæ valde probabiles & agitatæ inter DD.

Prima affirmat factam esse ante merita absolute prævisa, hanc tenent Thomistæ communiter sententes esse Divi Thom. hic q. 23. a. 4. Scotistæ non pauci idem tribuentes Scoto, & ex aliis Greg. Dur. Rich. Estius, Sylvius, è nostris Suar. Bel. Tol. Ruiz. Gran. Recup. Ariagnon omnes tamen eodem modo hanc sententiam tuentur: 1. enim Thomistæ volunt hanc electionem tendere ad auxilia physice prædeterminantia, ac proinde esse independentem à scientia meritorum etiam conditionata: contra verò nostri & quidam alii volunt electionem hanc tendere ad executionem per media de se indifferentia, ac proinde quoad suam infallibilitatem dependere à præscientia conditionata ut n. 170. explicatum est, 2. aliqui sentiunt electionem & discretionem à reprobis factam esse antecedenter ad peccatum originale absolute prævisum, ut Suar. Esti. Tan. Alii

Alijs volentibus facta ante merita.

post

post ut Bel. Ruiz &c.

Secunda sententia docet factam esse post absolutam prævisionem meritorum ita Alen. Alber. Bonav. Aureol. & plures antiqui, è recentioribus Taperus Mich. Medin. Staplet. Pennot. Gamac, è nostris Vasq. uterque Turian uterque Hurtad. Les. Bec. Præpos VeKen. DerK. Lug. Palauic. Petav. l. 10. c. 1. & 2. quamvis l. 9. c. 6. seqq. teneat & fuse ac erudite probet affirmantem esse Aug. Alijs post.

Sunt qui tertiam sententiam inter has extreme oppositas excogitaverunt volentes Deum aliquos singulariter dilectos v. g. B. Virginem, Ioan. Bapt. elegisse ante merita absolute prævisa, plerosque verò solum post. Verùm hæc Occami Gabrielis & Catha. sententia rejicitur & meritò, quia argumenta, quæ pro, vel contra electionem ante prævisa merita adferuntur si quid probent, universaliter probant de omnibus. Deinde non videtur majus beneficium, eligi ante, quam post prævisa merita. Tertia senten. de aliquorum electione ante merita & aliorum post caret fundamento.

Duæ priores sententiæ sunt ita probabiles ut non facile decidi possit utra sit verior; cùm loca Scripturæ & PP. allata pro affirmante electionem ante merita haud ægre explicari possint de electione virtuali & inchoata quam n. 193. ostendimus præcedere merita: alia verò quæ adferuntur pro negante commode intelligi possint de ipsa executione seu collatione gloriæ, quam constat sequi merita. Vnde in re problematica. Duæ primæ sunt æque probabiles.

206. Verius, videtur, & fidelium animis ad salutis studium erigendis accomodatius, formalem electionem ad gloriam reipsa factam esse post prævisa merita. Videtur vera & pietati conformius factam esse post merita prævisa,

Prob. 1 ex scripturis quæ significant posse hominem per sua bona opera efficere, ut sit de electis ad gloriam. 2. Tim. 2. *si quis emundaverit se ab istis, erit vas in honorem*, id est (ut cum PP. passim interpretantur etiam adversarii) electus ad gloriam. 2. Petri 1. *quapropter, fratres magis satagite ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis*. Item ex iis, quibus ipsa merita adferuntur tamquam causa præparationis gloriæ, 1. Quia script. significant posse homines sibi procurare electioně per bona opera.

seu tamquam motivum illam decernendi electis; Mat. 29. *Sedere autem ad dexteram, aut sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo*. Scilicet propter merita, ut cùm Epiph. Hieron. & aliis apud Less. explicat Ambro l. 5. de fide c. 3. his verbis: *non est meum, qui justitiam servo, non gratiam*. & infra: *quia Deus personarum acceptor non est*, unde Apost. ait, *quos præscivit, prædestinavit: non enim ante prædestinavit, quàm præsciret, sed quorum merita præscivit, eorum præmia prædestinavit*.

2. Quia Aug. cum Hil tenet electionem ex merito.

207. Prob. 2. ex PP. Hilar. in psal. 64. *non res indiscreti judicij est electio, sed ex meriti delectus facta discretio est*. Aug. l. 1. ad Simpl. q. 2. *non tamen electio* (scilicet ad gloriam) *præcedit justificationem, sed electionem iustificatio, nemo enim eligitur, nisi iam distans ab illo, qui reijcitur. Vnde quod dictum est qui eligit nos ante mundi constitutionem, non video quomodo dictum sit, nisi præscientia*, quam doctrinam nunquam retractavit, ut volunt Bellar. & alii, quandoquidem l. 2. retract. c. 1. & de prædest. SS. c. 4. aliisque sub finem vitæ scriptis, liberos ad Simpl. commendet absque ulla exceptione, aut retractationis specie.

Quod nunquam retractavit nec repugnat electioni ad grat. ante merita, in qua fatetur se errasse ante episcopat.

Neque hæc electio ad gloriam post merita ullo modo repugnat gratuitæ electioni ad gratiam quam summo ardore ac successu contra Pelagian. Semipelagian. aliosque hæreticos propugnavit Aug. de qua sola loquitur de prædest. SS. l. 1. c. 3. dum ait: *nondum inveneram qualis sit electio gratiæ: cùm* (ut habet paulo superiùs) *similiter errarem, putans fidem, qua in Deum credimus non esse donum Dei, sed à nobis esse in nobis, & per illam nos impetrare Dei dona, quem meum errorem nonnulla opuscula mea satis indicant, ante episcopatum meum scripta*.

Prosp. & Damasc. prævisionem meritorum electioni ad glor. prærequirunt.

Prosp. ad 12. object. vnic. *quia præsciti sunt casuri, non sunt prædestinati, essent autem prædestinati, si essent reversuri, & in sanctitate ac veritate permansuri*. Damasc. dialogo contra manich. in fine: *Deus in ea, quæ voluntariò à nobis futura sicut, hoc est ea, quæ in potestate nostra sita sunt, nimirum virtutem, ac vitium præsciens, ea demum*

præ-

præfinit, *quæ in arbitrio nostro minimè consistunt* (nempe prœmia & supplicia) quod patet ex his ejus verbis paulò inferius, *quocirca bona agere ac boni effici contendamus, ut in eorum numero simus, quos Deus bonos fore prænovit, atque ad æternam vitam præordinavit*.

208. Prob. 3. ratione 1. quia efficax electio prædestinatorum ad gloriam, & aliorum rejectio etiam solùm negativa (id est qua aliqui non eliguntur aliis electis) antè apsolutam prævisionem meritorum, & demeritorum non videtur stare cum seria & sincera voluntate antecedente omnes salvandi, quam Deo inesse monstravimus sup. n. 159. 2. quia in eo signo rationis, quo Deus intelligitur elegisse salvandos tanto numero, quantùm præcisè, sive ad replendum locum Angelorum, sive alio fine (ut volunt adversarii) Divina sapientia præstituit, etiam intelligitur positivè determinatus ad aliorum exclusionem, cùm facto illius electionis decreto, non sit ei amplius liberum eos admittere. Igitur si electio fieret ante merita, etiam positiva reprobatio fieret ante prævisa demerita; quod è Catholicis vix ulli audent admittere.

1. Quia prædestinatio, & reprobatio ante merita repugnat voluntati omnes salvandi.

3. Quia iste modus electionis ante merita videtur tollere omnem sollicitudinem bonorum operum, & salutis: quandoquidem, eo posito, possit quilibet sic ratiocinari, vel sum prædestinatus ad gloriam tantam vel tantam, vel non: si sic, non est quod sim sollicitus, quia quidquid hic & nunc egero Deus me perducet ad præfinitum gloriæ gradum: si non, quidquid nunc egero damnabor &c. Deinde hic modus enervat zelum animarum, qui magnopere accéditur hac cogitatione quòd quis possit suis laboribus efficere, ut aliqui salventur, aliàs dãnandi.

Tollit sollicitudinem bonorum operum.

4. Quia modus prædestinandi priùs efficaciter decernendo media, quàm decernatur efficaciter finis seu gloria, est convenientior divinæ bonitati ex se omnium salutem desideranti & modo, quo confertur gloria per modum mercedis seu præmii, quod ex sua ratione specifica præexigit meritum seu dignitatem præmij in eo, cui confertur & cui decernitur

Et non est conformis divinæ bonitati & dationi gloriæ ex meritis.

tur modo conformi ejus collationi.

4. Quia sic prædestinatus non posset offendere Deum usque ad dissolutionem amicitiæ qua illi vult absolutò summum bonum, adeò q; nec mortaliter.

209. Confir. quia si electio ad gloriam facta sit ante prævisa merita, prædestinatus non potest offendere Deum mortaliter, hoc est usque ad dissolutionem amicitiæ seu affectus benevoli, quo illi vult efficaciter summum bonum, cùm, supposita efficaci electione ad gloriam ante prævisionem meritorum, iste affectus sit independens à meritis, & demeritis. ergo sic prædestinatus non potest excidere Dei amicitia, nec incidere in ejus odium, quo juxta S. Thom. l. 3. contra gentes c. 157. n. 2. *Deus peccatores odit, in quantum vult eos privare ultimo fine, quem, his, quos diligit, præparat*. Ergo sic prædestinatus non potest peccare mortaliter; cum Deus non possit efficaciter velle illum privare vita æterna, quam decreto æterno & immutabili ei irrevocabiliter destinavit antecedenter ad prævisa merita & demerita.

Hoc locum non habet in prædestinatione post merita quæ est natura posterior missione omnium mortalium.

Hæc difficultas locum non habet in prædestinato post prævisa merita, quia cum Deus ei non decreverit gloriam, nisi post prævisam ejus mortem in gratia, & consequenter post prævisa omnia ejus mortalia per pœnitentiam deleta, affectus amicitiæ, quo Deus illi vult summū bonum, non debet, nec potest dissolvi per peccata, ipsū Dei inimicū constituentia; cum sit natura posterior prævisa illorum remissione; contra verò respectu prædestinati ante merita, sit natura prior admissione & prævisione ejus peccatorū.

Nec refert quod iste affectus benevolentiæ sit ab æterno, cum affectu odij quo Deus prædestinatum peccatorem aversatur pro tempore, quo illum videt in statu peccati mortalis. Licet enim isti duo affectus aversionis & prosequutionis ejusdem hominis sint simul ab æterno se tamen non destruunt, quia affectus odii est prior natura, & fertur in prædestinatum peccatorem pro tempore quod antecedit ejus justificationem & perseverantiam finalem; affectus vero benevolentiæ, est natura posterior prævisione remissionis peccati, & sublationis odij propter illud concepti, & fertur peccatorem pro eo tempore, quo est justificatus, & in justitia perseveratus usque ad mortem.

210. Dices

210. Dices 1. Apost. ad Rom. 9. agens de Iacob, figura prædestinatorum, & de Esau figura reproborum, dicit: *cum necdum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali, ut secundùm electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei* (nempe Rebeccæ, Gen. 25. 23.) *quia major serviet minori sicut scriptum est* (scilicet Malach. 1. 2.) *Iacob dilexi, Esau autem odio habui*, ergo ex mente Apostoli, electio ad gloriam, & ab eadem rejectio saltem negativa, facta est ante prævisionem meritorum.

Apost. solùm vult Iacob in suis posteris prælatum esse Esau in ordine ad bona temporalia & quædam spiritualia.

R. n. seq. 1. quia loco cit. ex Malach. non agitur de electione Iacob ad gloriam, & de reprobatione Esau, quem Estius. Cornel. & alij probabiliter tenent esse salvatum cum Iobo & aliis eius posteris, sed de dilectione, qua Iacob non in se, sed in sua posteritate prælatus est posteris Esau, in ordine ad bona temporalia, & quædam spiritualia v. g. legis, sacerdotij, cultus veri Dei, Messiæ ex ipsis orti &c.

Non in ordine ad salutem cum Esau probabiliter sit salvus.

2. Quia scopus Apostoli, juxta Tolet. Cornel. & alios, non est declarare modum electionis ad gloriam; de qua ibi non agit, sed de alia, à qua (ut indicat cap. 11. & 20. & seq.) potest quia excidere, nempe de electione ad justificationem, quam ostendit non fieri ex operibus legis Mosaicæ, in quibus gloriabantur Iudæi, neque ex operibus naturæ, sed ex sola fide in Christum, quam Deus pro suo beneplacito voluit esse initium salutis seu dispositionem ad justificationem potiùs quàm ceremonias legis.

Ibi Apost. agit de electione ad justificationem.

Vnde, cum eod. c. 9. subjungit: *non est volentis neque currentis, sed miserentis Dei*: solùm vult, gratiam justificationis esse saltem in sua radice, ex puro Dei beneplacito: quo etiam spectat comparatio figuli, & exclamatio illa c. 11. *ò altitudo divitiarum, sapientiæ & scientiæ Dei: quam incomprehensibilia sunt judicia ejus*.

Ex gratuito Dei beneplacito.

3. Denique quia, si ista, favente Aug variis locis, allegoricè intelligantur de electione ad gloriam, dicendum est, quod solùm verificentur de electione ad gloriam virtuali, seu in radice, id est

Allegoricè verificatur de electione ad gloriam virtuali.

Seu in radice, in qua gratia est vita æterna.

de electione ad gratiam finaliter efficacem, de qua etiam verificatur illud ad Rom. 6. *gratia Dei vita æterna*, quæ licet secundum se sit, *corona iustitiæ*, seu prœmium meritis debitum, in radice tamen, seu in auxilio efficaci ad illam promerendam necessario est mera gratia.

Gratuitè electis ad gratiam & virtualiter ad gloriam mala cedunt in bonum, si perseverent.

211. Dices 2. Apostol. Rom. 8. ait: *scimus autem, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti*: id est illis, qui ex puro Dei beneplacito sunt efficaciter electi ad gloriam, his enim solis omnia cedunt in verum bonum & æternum, ergo ex mente Apost. electio ad gloriam fit ex puro Dei beneplacito non ex meritis.

R. n. sequel. Apost. enim solùm vult quod iis, qui gratis electi sunt ad justificationem, & remote ac virtualiter ad gloriam, quandiu in Dei dilectione permanent omnia; cedant ad augmentum meriti, & consequenter gloriæ, si (quod in similibus semper intelligendum est) in justitia & dilectione divina perseverent usque ad finem. Illis enim non solum incommoda, sed juxta Aug. Ansel. S. Th. etiam peccata (per infinitam Dei sapientiam & bonitatem) cedunt in spirituale bonum. Quia, inquit Aug. de cor. & gra. c. 9. *Talibus*, sc. prædestinatis, *Deum diligentibus omnia cooperantur in bonum, usque adeò prorsus omnia, ut si qui eorum deviant & exorbitant, etiam hoc ipsum eis faciat proficere in bonum, quia humiliores redeunt atque doctiores*. Ex quibus nihil sequitur contra nos.

Etiam peccata.

Electi ad grat. sunt juxta Apost. simpliciter electi secundùm propositum.

Neque verum est, quod assumunt adversarii solos efficaciter electos ad gloriam dici simpliciter electos aut vocatos, cum Apost. ad Ephes 1. v. 5. electos ad justificationem seu *in adoptionem filiorum*, simpliciter nominet vocatos, & electos & quidem etiam cum hoc addito, *secundum propositum* quod ex ejus mente generaliter significat gratuitum & liberale Dei beneplacitum, ut patet ex illo 2. Tim. 1. *nos vocavit non secundùm opera, sed secundùm propositum suum*, ubi ly *secundum propositum*, manifeste opponitur operibus seu meritis.

212. Di-

212. Dices 3. Aug. enchir. c.98. epist. 105. de cor. & gra. c.7. & alibi sępius docet electionem, ad gloriam non fieri ex operibus, etiam futuris: ergo &c.

Aug. ab electione solùm excludit opera naturę & conditionata.

R. 1. doctrinam Aug. de prædestinatione solùm esse approbatam à Pontificibus Leo. Gelas. Sozim. quoad articulos de gratuita electione ad gratiam, ut patet ex Cœlestino Epist. ad Episcopos Galliæ, ubi, sic loquitur: *profundiores difficilioresque partes incurrentium quæstionum, quas latius pertractarunt, qui hæreticis restiterunt,* (Augustinus intelligit) *sicut non audemus contemnere, ita non necesse habemus adstruere.*

R. 2. Fatendum esse Aug. variis locis favere oppositæ sententiæ, nullibi tamen aperte, quam nostræ sup. num. 107. cùm nullus sit ejus textus, qui non possit commodissimè explicari de gratuita electione ad gloriam, non formali, & in se, sed virtuali & in radice seu gratia efficaci, de qua sola verum esse potest, quod dicit l. de dono persev. c. 19. *hoc scio, neminem contra istam prædestinationem, quam secundùm scripturas sanctas defendimus nisi errando disputare potuisse*: constat enim formalem electionem ad gloriam ante merita posse in dubium revocari; imò & negari absque ullo errore: ergo non est illa, quam Aug. ut fide certam defendit.

Approbata est doctrina Aug. de prædestinatione ad gratiam.

De qua sola dicit Aug. ei non posse contradici.

R. 3. Aug. cùm subinde disertè asserit electionem ad gloriam non esse ex operibus, solùm excludere opera naturæ contra Pelagian. ut patet ex his ejus verbis de grat. & lib. arb. c. 6. *si enim merita nostra sic intelligerent ut & ipsa dona Dei esse cognoscerent, non esset reprobanda ista sententia*: quibus verbis sententiam nostram manifestè approbat ut irreprehensibilem & probabilem: vel certe contra Semipelagianos excludit opera gratiæ tantum conditionate prævisa, hactenus enim adversarii nullum potuerunt proferre locum in quo August. clare agat de sola formali electione ad gloriam, & ab ea excludat merita gratiæ absolute prævisa.

Alioqui sibi contradiceret. cum nostram senten. censeat probabilem, & S.Th. rationabilem.

Eodem

Eodem sensu explicandi sunt Prosp. Fulg. aliique PP. cùm subinde nobis videntur adversari.

S. Th. electioni mediorum solum prærequirit intentionem finis efficacem vel inefficacem.

Item S. Th. hic q. 23. a. 4. & 5. O, cum lect. 6. in c. 8. ad Rom nostræ sententiæ apertè suffragetur ut rationabili, dum ait: *Dicunt quidam, quod præscientia bonorum & malorum est ratio prædestinationis & reprobationis, & hoc quidem rationabiliter diceretur, si prædestinatio respiceret tantùm vitam æternam, quæ datur meritis.*

Vnde cùm S. D. ibid. ait: *non præcipitur aliquid ordinandum in finem, nisi ex præexistente voluntate finis*: non vult ordinationi mediorum ad finem, determinate prærequiri voluntatem finis efficacem, sed solum indeterminate efficacem vel inefficacem. Hoc sensu in agibilibus quod habet rationem finis est primum in intentione efficaci vel inefficaci & postremum in executione.

Ordinatum est prius velle media quam finem quãdo media sunt principium meriti, & finis præmium.

Sic velle gratiam conformius est voluntati omnes salvandi.

213. Dices 4. Ordinate volens debet prius efficaciter velle finem, quam media; cùm efficax volitio mediorum causetur ab efficaci intentione finis: uti inefficax ab inefficaci, atqui Deus est essentialiter ordinate volens; cum ei repugnet omnis inordinatio. Ergo electis prius efficaciter decernit gloriam, quam gratias efficaces, cùm hæ sint media, illa finis R. n. ma. potest enim quis efficaciter velle media etiam ut media ex intentione finis solùm inefficaci & conditionata; idque ordinatissime, saltem quando (ut hic contingit) finis intenditur ut consequendus per alterum, mediante ejus libera cooperatione, tanquam præmium ejus meritis reddendum; & media, ad finem sic consequendum, assumpta habent rationem principii meriti; tum enim connaturalius est, & Divinæ bonitati omnium salutem seriò, quantum est de se volenti conformius, adeoque ordinatius ut media prius efficaciter decernantur, finis verò non nisi post absolute prævisum bonum usum mediorum, cujus debet esse præmium:

Volitio efficax mediorum potest causari à volitione inefficax finis.

Vnde non est universaliter verum, quod efficax electio mediorum causetur ab efficaci intentione omnis finis, ad quem media ordinantur: potest enim

enim causari ab intentione solum inefficaci alicujus ex finibus intentis. Constat enim Deum reprobis, saltem aliquando justificatis, efficaciter velle, & de facto dare gratias sufficientes ad perseverantiam finalem & eorum salutem ex intentione solùm efficaci istius finis, cum illum non assequatur.

Dixi omnis finis, quia omnis efficax Dei volitio, est semper ex efficaci intentione alicujus finis, ut in nostro casu ex efficaci intentione 1. Constituendi hominem in manu consilii sui, seu in potestate salutem sibi procurandi 2. Actuum bonorum per gratias datas eliciendorum, si supponantur prædefiniti. 3. Manifestationis gloriæ Dei, quem finem Deus in omnibus ultimate intendit efficaciter, & semper assequitur.

Deus semper intendit efficaciter finem ultimum generalem.

Adde quod hæc ratio petita ab inordinatione nimium probet: cùm enim Deo repugnet omnis inordinatio, ex illa sequeretur electionem post merita esse impossibilem, quod falsum est etiam adversariorum confessione, ex quibus varii cum Ian. Iprensic factam volunt in Angelis.

214. Dices 5. Deus electis vult efficaciter, ante prævisa eorum merita, gratias, quas præscit fore efficaces, ergo vult efficaciter eorum salutem. R. formaliter & in se n. seq. virtualiter, & in alio, nempe in gratiis efficacibus in quibus virtualiter continetur, c. conformiter dictis sup. n. 174. & 204.

Volens gratiam efficaces vult salutem virtualiter.

Instabis 1. vult illas qua efficaces, sic ut alias esset voliturus, si non forent efficaces. Ergo ex efficaci intentione prævia earum effectus, seu finis, sanctitatis videlicet ac salutis prædestinatorum. R. Qua efficaces respectu finis proximi, seu actuum bonorum, ac perseverantiæ finalis, c. supposita eorum prædefinitione à nobis admissa sup. num. 170. ea non supposita, & respectu finis remoti, seu salutis sic n. hoc enim respectu solum eas vult qua efficaces, si ly *qua* reduplicet, rationem cognitam & concomitanter volitam, ut objectum materiale non verò si reduplicet rationem efficaciter prævolitam, seu ex prævio affectu efficaci salutis prædestinatorum quæsitam & selectam, sic ut vi istius

Illas vult qua efficaces specificative & materialiter.

Non reduplicative & formaliter.

affe

affectus prævii alias gratias fuisset voliturus, si has non prævidisset fore efficaces.

Illas vult affectu speciali erga salutem ad inefficaci.

Insta 2. Deus vult gratias efficaces ex affectu speciali erga Salutem prædestinatorum. Ergo illas vult, quia sunt efficaces salutis, seu ad eam infallibiliter perducturæ. R. Ex affectu speciali erga eorum salutem concomitanti, & sistente intra limites affectus simplicis, formaliter inefficacis, ac solum efficacis virtualiter modo sup. explicato n. 174. sic c. ex prævio affectu directo eorũ salutis, formaliter efficaci n.

Itaque vult quidem Deus prædestinatis gratias efficaces ex speciali benevolentia intransitive id est ex affectu, qui secundum se est specialis benevolentia in ordine ad salutem, quatenus est volitio medii ad salutem longe utiliores ac magis æstimabilis, & in eo virtualiter volitio efficax eorum salutis: non tamen ex speciali benevolentia transitive, id est ex affectu natura aut ratione priori inferente electionem gratiarum efficacium pro illis potius quam pro aliis de quo hic tantum est quæstio.

Adeoque ex speciali benevolentia intransitivè.

Satis enim constat Deum non posse eodem aut simili affectu, quo dat gratias efficaces, dare inefficaces, cum volitio gratiæ finaliter efficacis sit virtualiter efficax volitio gloriæ qualis non potest esse volitio gratiæ finaliter inefficacis: sed hoc nihil facit ad rem præsentem, cum inde non habeatur quod Deus prædestinatis prius velit efficaciter dare gloriam ac deinde per istam volitionem moveatur ad volendum illis dare gratias efficaces, de quo solo hic controvertitur. Ex his.

Deus ex æquali amore sui, & salutis omnium vult hominibus bona gratia inæqualia.

215. I. Sicut Deus juxta adversarios, ex æquali amore sui, vult hominibus pro suo libitu bona inæqualia, nempe his gloriam ante merita, aliis non, sic ut non possit dari aliquis prior affectus specialis benevolentiæ erga prædestinatos, qui sit ratio istius electionis; alias enim iretur in infinitum, ita juxta nos Deus ex æquali amore sui & ex eadem inefficaci, seria tamen voluntate salutis omnium immediate hoc est nulla interveniente prævia speciali benevolentia, quibusdam vult gratias efficaces, aliis solum inefficaces.

2. For-

2. Formalis electio ad gloriam ante merita, non importat majorem in Deo benevolentiam erga electos, quam virtualis à nobis admissa; cùm non sit volitio majoris boni, sed ejusdem alio modo nihil conferente ad majorem electi utilitatem adeoque nec ad rationem majoris beneficii.

Electio ad gloriam est opus justitiæ & misericordiæ, in parvulis ex meritis Christi per Baptis.

3. Electio ad gloriam est opus Iustitiæ quatenus est ex meritis, & misericordiæ quatenus ipsa merita ex Aug. sup. n. 212. sunt Dei dona nempe in sua radice seu gratia.

4. Electio parvulorum ad gloriam fit ex prævisione meritorum Christi ipsis applicatorum per Baptismum.

5. Electio ad justificationem fit independenter à meritis, si sumatur latè & completè pro aggregato omnium gratiarum ad eam concurrentium; prima enim non potest cadere sub meritum; secus si sumatur strictè, & præcisè pro infusione gratiæ sanctificantis, sic enim fit ex merito congruo actuum ad illam disponentium, quale solùm haberi potest prius justificatione.

Est ordo rationis inter Dei decreta ad prædestinationem pertinentia.

6. In nostra sententia statuendus est hic ordo Divinorum decretorum in negotio prædestinationis. 1. Deus decernit creare hominem, voluntate inefficaci illum ordinando ab beatitudinem supernaturalem, eique ad eum finem præparat media. 2. Permittit & consequenter prævidet peccatum Adami &c. 3. Decernit Incarnationem in ejus remedium. 4. Intuito meritorum Christi decernit singulis gratias quibusdam efficaces, aliis inefficaces proxime vel remote sufficientes. 5. Prævisis absolute omnium meritis & demeritis finalibus, idest quæ singuli habituri sunt in termino viæ, decernit absolute & efficaciter aliis gloriam, aliis pœnam.

Quorum postremo aliquibus glor. aliis pœnam decernit.

Dixi *in termino viæ*, non vitæ quia probabile est aliquos homines præcipue ex iis qui vivent sub tempus judicii non esse morituros, quod tamquam probabilius tenet Estius in illud 1. Cor. 15. *omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur*, cujus loco habet textus græcus, *omnes quidem non dormiemus, omnes autem immutabimur*: Idem

docent

docent Epiph. Theophilac. Chrysost. & alij apud Less. l. 13. de perfectionibus Divinis c. 20.

Electio ad gloriam est in potestate hominis.

7 Electio ad gloriam est in potestate hominis, non quidem solis naturæ viribus instructi, ut volebant Pelagiani, sed Dei gratia adjuti. *Quapropter*, inquit Damasc. in fine dialogi adversus Manichæos, *bona agere & boni officij contendamus, ut in eorum simus numero, quos Deus bonos fore prænovit, atque ad æternam vitam præordinauit.*

Reprobatio est præscientia malitiæ & volitio pœnæ.

216. Reprobatio sumpta strictè, & magis usitatè, prout opponitur soli electioni ad gloriam est juxta Magist. nu. 1. dist. 40. *Præscientia iniquitatis quorundam, & præparatio damnationis eorundem*, juxta alios, *est judicium, quo Deus finaliter peccatorem judicat pœna æterna et voluntas, qua eam statuit infligere.*

Latè superaddit permissionem peccati, quæ est reprobationegativa destinatio ad pœnam positiva.

Sumpta latè, & minus usitatè, prout opponitur prædestinationi completæ *est ratio in Deo existens, cum voluntate permittendi peccatum finale, illudque puniendi pœna æterna*: unde sic continet, duas partes, nempe permissionem peccati, seu rejectionem à gratia congrua, quæ à Scoto dicitur reprobatio permissiva, ab aliis negativa, & rejectionem à gloria, cum destinatione ad pœnam, quæ à Scoto dicitur reprobatio punitiva, ab aliis positiva.

Permissio peccati non est volita ex affectu pœna.

Reprobationis strictè unicus est effectus, scilicet pœna æterna damni & sensus: at reprobationis latè, duplex, nempe permissio peccati, & pœna æterna; sic tamen ut permissio peccati non sit tam propriè ejus effectus, quàm collatio gratiæ congruæ est effectus prædestinationis; quia Deus reprobans, non vult permissionem peccati ex ulla voluntate antecedente infligendi pœnam æternam, sicut prædestinans vult gratiam congruam ex prævia intentione, saltem inefficaci, dandi gloriam.

Reprobi sunt Præsciti quia eorum demerita sunt præscita non volita.

Hinc reprobi specialiter dicuntur præsciti, quia Deus non præparat, seu ullo modo vult eorum iniquitatem, qua redduntur digni pœna, sed tantùm præscit: at verò electorum merita, quibus redduntur digni gloria, non tantum præscit, sed etiam præparat, dando gratias ex eorum intentione saltem inefficaci, unde fit, ut hi non dicantur simpliciter

præ-

præsciti, sed prædestinati.

Peccatum non est [ut impie docuit Calv.] effectus reprobationis, cum non sit à Deo volitum nec ullo modo volibile.

217. Certum est nullam ex parte reprobi dari causam reprobationis late, prout dicit permissionem primi peccati, seu primam negationem gratiæ congruæ, ex qua finalis injustitia prævidetur secutura; non enim peccatum actuale, cùm supponatur nullum præcessisse, nec etiam originale, quia sæpè deletum est per Baptismum ante primum actuale: deinde cum sit omnibus commune, non potest esse ratio, cur huic potius negetur gratia congrua, quam alteri.

Non datur ex parte reprobi causa reprobationis latè, seu negationis gratiæ.

218. Datur tamen ex parte reprobi causa reprobationis strictè, scilicet ejus iniquitas finalis, seu in termino viæ, ante cujus absolutam prævisionem nullus positive destinatur ad pœnam, nec excluditur à gloria. Ita Mol. Suar. Vasq. Silvius, Bonæ spei, & alii communius contra quosdam Catholicos sentientes reprobationem positivam factam esse ante prævisum peccatum etiam originale; aut cum Iansenio Ipren. post originale, sed ante prævisam mortem in statu peccati sive personalis sive originalis, quæ sententia multum quidem differt ab horrendo decreto Calvini blaspheme dogmatizantis reprobos ante omnem peccati prævisionem ad pœnas destinari, & propterea ad peccatum à Deo impelli & necessitari; illam tamen censent duram & crudelem Scot. Catharin & alii horribilem, atrocem, &c.

Datur reprobationis strictè.

Sententia crudelis de reprob. ante demerita.

Alvares, aliique Thomistæ mitigant istius sententiæ rigorem, docentes Deum, ante prævisa absolute demerita, neminem æternis suppliciis destinare, habere tamen positivam voluntatem aliquos (nempe reprobos omnes) excludendi à gloria. Hæc sententia in reipsa non multum differt à præcedente quia voluntas positiva excludendi à regno ante merita, supposita altera voluntate quam Deus habet, vel salvandi, vel damnandi ad supplicia æterna omnes, qui non donabuntur vita æterna, est æquivalenter efficax destinatio ad supplicia, ac pro-

Mitior est sent. Thomistarum.

Exclusio à glor. est virtualiter destinatio ad pœnas.

proinde æque repugnat divinæ bonitati ac prior sententia. Contra utramque sententiam.

Deo ex script. non vult ulli mortem æter. voluntate antecedente.

Prob. nostra conclusio 1. ex script. Sap. 1. *Deus mortem non fecit*. Matth. 18. *non est voluntas ante patrem vestrum, qui in cœlis est, ut pereat unus de pusillis istis*. Ezech. c. 33. *nolo mortem peccatoris, sed magis ut convertatur, & vivat*.

2. Ex Conc. Valent. 3. c. 3. *fatemur prædestinationem electorum ad vitam, & prædestinationem impiorum ad mortem, in electione tamen salvandorum, misericordiam Dei præcedere meritum bonum; in damnatione autem periturorum, meritum malum præcedere justum Dei judicium*.

Sed solùm consequente ut docent CC. & PP. dicentes iniquum esse peccati expertem damnati.

3. Ex PP. Aug. Epist. 106. *quamquam immeritum, & nulli obnoxium peccato, si Deus damnare creditur, alienus ab iniquitate non creditur* & l. 3. cont. Iul. c. 18. *Deus potest sine bonis meritis liberare, quia bonus est, non potest sine malis meritis damnare, quia justus est*. Prosp. ad capitula Gallorum, resp. 7. *gratia Dei non prius eos* (scilicet reprobos) *deseruit, quàm ab eis deseretur; et quia hoc ipsos voluntaria facturos defectione Deus prævidit, ideò in prædestinationis electione illos non habuit*. Et resp. 2 ad object. Vincent. c. 12. *sincerissimè credendum est, atque profitendum Deum velle ut omnes homines salvi fiant*, & infra, *ex quibus, quòd multi pereunt, pereuntium est meritum, quod multi salventur, salvantis est donum*, scilicet in radice. Fulg. l. 1. ad Monimum, c. 23. *iniquos itaque, quos præscivit Deus hanc vitam in peccato terminaturos, prædestinavit supplicio interminabili puniendos*. Consentit S. Th. hic q. 19. a. 6. ad 1. ubi ait: *Deus antecedenter vult omnem hominem salvari, sed consequenter vult quosdam damnari secundum exigentiam suæ iustitiæ*.

Velle reprobo antecedenter malum æter. est ipsum odisse, quod non stat cum voluntate.

219. Prob. 4. ratione 1. quia Deus habet seriam voluntatem antecedentem omnes salvandi, quæ non stat cum voluntate antecedente, absoluta, & efficaci aliquos excludendi à salute, imò & damnandi, antecedente omnem meritorum prævisionem.

2. Quia justus reprobus pro eo tempore, quo est justus, est vere Dei amicus, & habet verum

jus ad

jus ad vitam æternã, ergo Deus ipsum non odit odio quo ipsi absolutè & efficaciter velit summum malum voluntate antecedente omnia ejus merita. Quòd autem hæc voluntas sit odium, patet, quia odisse, est velle malum, sicut amare, juxta S. Tho. hic qu. 23. art. 4. O est velle bonum, atqui tale odium non stat cum amicitia, qua Deus reprobo sincerè velit summum bonum; adeoque nec cum vero jure ad vitam æternam, quæ supposita efficaci reprobatione ante merita, est reprobo impossibilis impossibilitate antecedente, æque ac beatis, per bonos actus mereri augmentum gloriæ, supposito Dei decreto de illo non dando.

omnes salvandi, neque cum amicitia, qua reprobus justus est Dei amicus.

Confirm. contra eos, qui docent reprobationem factam esse ante prævisum peccatum originale, quia si istud peccatum non fuisset, non fuissent omnes iidem homines, qui nunc sunt, non enim fuissent ij, qui concepti sunt ex adulterio, incæstu, fornicatione, &c. & fuissent aliqui, qui numquam erunt, ij nempe, qui fuissent nasciturí ex parentibus præmaturè occisis, ut docent S. Th. quodl. 3. q. 11. a. 25. Valent. Granad. Recupit. ergo &c.

220. Dices 1. Prov. 16. dicitur: *universa propter semetipsum operatus est Dominus, impium quoque ad diem malum*. Ergo &c. R. sensum esse, quòd Deus eum, quem prævidit fore finaliter impium, voluntate consequente ordinaverit ad diem vindictæ, ad manifestationem suæ potentiæ, justitiæ, & gloriæ.

Deus finaliter impio voluntate consequente decernit pœnas.

Cum ad Rom. 9. v. 17. dicitur Deus *excitasse Pharaonem*, ut in eo *ostenderet virtutem suam*: sensus est, quod Deus illum constituerit Regem voluntate quidem antecedente & primaria ut bene regeret populum, & salvaretur, voluntate tamen consequente & secundaria, ut supposita prævisione ejus nequitiæ, in eo cum suo exercitu fluctibus maris obruendo ostenderet suam virtutem & gloriam. Vbi ly *ut* non est accipiendum causaliter, sed consecutive, sic, inquit Cornelius, ut non finem, sed eventum significet. Adde Deum excitasse Pharaonem ad malum non positivè, sed permissivè, ut in eo puniendo exhiberet exemplum severitatis suæ justitiæ: potest

Et sine Pharaon. excitavit permissive.

enim Deus permittere mala ut inde eliciat bona.

Originale est causa remota reprobationis.

Comparatio Dei, ibidem v. 20. cum figulo habente potestatem ex eadem massa faciendi aliud vas in honorem, aliud in contumeliam, solùm fit ad ostendendum judæis incredulis Deum non facere injuriam, illis in ordine ad iustificationem præferendo gentiles credentes. Quod si (ut sæpe fit a PP.) transferatur ad prædestinationem verificari potest de electione ad gratiam, quam Deus absq; ullius injuria pro suo libitu quibusdam confert, eosq; sic radicaliter eligit ad gloriam, & aliis negat, atq; ita eos relinquit in suis peccatis, & quasi radicaliter reprobat. Hæc autem radicalis reprobatio licet quoad effectum damnationis æquivaleat formali, quam adversarii admittunt, multùm tamen differt quoad affectum Dei quandoquidem compatiatur secum veram & seriam voluntatem salutis omnium, & nullam includat volitionem peccati positivam.

Peccatum originale juxta Aug. Epist. 105. est causa remota omnium malorum, adeoque etiam reprobationis in genere, non tamen est causa proxima & determinativa reprobationis hujus aut illius hominis in particulari.

Cum Deus supra exigentiam naturæ quosdam peccatores interficit, eorum peccata punit morte temporali, & post prævisam eorum mortem in statu peccati, æterna.

Liber vitæ est notitia Dei de salvandis.

221. Liber vitæ simpliciter, & strictè est notitia qua Deus scit & firmiter retinet, quinam sint prædestinati, ad vitam gloriæ, latè verò & secundùm quid, est notitia prædestinatorum ad vitam gratiæ aliquando participandam, de hoc libro vitæ potest quis deleri, non de illo.

De libro vitæ in posteriori sensu intelligi potest Moyses Exod. 23. *aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti*: in utroque sensu, David Psal. 68. *Deleantur de libro viventium, & cum justis non scribantur.*

Non datur liber mortis respectu reproborum.

Libro vitæ, qui est prædestinatorum, juxta S. Th. non respondet liber mortis respectu reproborum: quia licet æque certam & firmam eorum habeat noti-

notitiam, ac prædestinatorum; usus tamen humanus non ita fert, ut qui patiuntur repulsam ab aliquo statu, aut gradu honoris, libro inscribantur, sicut illi, qui admittuntur. Deinde non meretur commendari libro, nisi quod est dignum memoria: reprobi autem non merentur recordationem divinam, sed potiùs oblivionem æternam. Hinc Olee 1. de impiis dicit Dominus: *obliuione obliviscar eorum*, & de reprobis Matth. 25. & Luc. 12. *Nescio vos*. Et contra de justis dicitur Psalm. 33. *Oculi Domini super justos*. Psal. 111. *in memoria æterna erit justus.*

222. Potentia executiua, & voluntas libera libertate immediata in Deo distinguuntur ratione saltem secundùm imperfectum nostrum modum concipiendi, per æquiualentiam, & analogiam ad voluntatem, & potentiam in creaturis: supposita tamen nostra sententia supra n. 140. de completione volitionum liberarum per terminum extrinsecum non distinguuntur distinctione virtuali completa, & adæquatè præcisiva, qualis est inter intellectum & voluntatem; Ita Becan. Granad. Hericè, quibus præivit Scotus cum suis, sed ex alio principio, contra Mol. Vasq. Bubal. VeKen.

Voluntas libera in Deo & potentia executiva distinguuntur ratione.

Pars 1. patet. 2. prob. quia illa vis divina, est formaliter voluntas, & potentia executiva simul, quæ ex sua propria determinatione immediata, ponit immediatè effectum: in ijs enim consistit ratio voluntatis liberæ, & potentiæ executiuæ, atqui ex nostris principijs sup. n. 142. hoc præstat voluntas, seu libera volitio divina, ergo &c.

Non virtualiter strictè.

Confirmatur 1. ex Gregorio Nysseno in Hexam. *Voluntas Diuina est potentia, & vis rerum effectrix*. Athanas. orat. 3. contra Arianos. *Patris Voluntas efficax est, & architectatrix; eaque per se sufficit ad res procreandas.*

Voluntas tamen & potentia sunt attributa.

Confirm. 2. quia si potentia esset formaliter distincta à voluntate, deberet hæc libere illam determinare, & applicare ad actionem, & consequenter libera Dei volitio. Applicans deberet esse ratione prior actione potentiæ, quod in nostra sententia repugnat. His non obstantibus voluntas, & potentia rectè considerantur ut duo attributa: quia li-

cet voluntas, prout est immediatè efficax, ac libera, & potentia quatenus operatur immediatè ex propria determinatione intrinseca sint formaliter idem; tamen datur voluntas seu volitio, quæ non est potentia, nec ullam ejus operationem includit; illa nempe qua Pater vult seipsum, Filium, Spiritum Sanctum, & entia possibilia ut possibilia. Item qua vult inefficaciter gloriam præscitis in gratia ipsis concessa, & qua intendit efficaciter finem in medio: ista enim intentio habet rationem veræ voluntatis respectu finis, non tamen rationem potentiæ executivæ, quam tunc solum exercet respectu medii, & contra datur potentia executiva, quæ non est formaliter voluntas, ut qua Deus (supposito decreto de exhibenda causæ 2. liberæ potentia ad utrumlibet) ponit concursum in actu 2. non ex sua, sed ex solius creaturæ immediata determinatione; unde fit ut respectu istius concursus virtus divina solum habent rationem potentiæ executivæ, non voluntatis. Ut patet ex dictis sup. n. 142.

Ad præteritum non datur potentia.

Quamvis Deus sit omnipotens non potest efficere ut præterita non fuerint. Prob. ex Hieron. epist. ad Eustochium: *Audenter loquar, cum omnia possit Deus, suscitare virginem non potest post ruinam. Valet quidem liberare de pœna, sed non valet coronare corruptam*: quia non potest facere ut nunquam fuerit corrupta, cui soli debetur laureola virginitatis. Ex Aug l. 6. contra Faustum cap. 5. *Quis itaque dicit, si omnipotens est Deus, faciat ut quæ facta sunt, facta non fuerint, non videt se hoc dicere, si omnipotens est, faciat ut quæ vera sunt eo ipso, quo vera sunt, falsa sint.*

Ratio est, quod ea, quæ contradictionem involvunt non cadant sub potentiam, & factum reddi infectum, involvat hanc contradictionem, nempe rem extitisse & non extitisse pro eodem tempore.

CAPUT V.

Sanctissima Trinitas.

§. I.

Natura, & cognoscibilitas hujus mysterij, processiones personarum, earumque principium formale.

223 MYsterium SS. Trinitatis est omnium Christianæ religionis sublimissimum, & intellectu difficillimum, de quo Aug. l. 1. de Trinitat. c. 3. dicit, *nec periculosius alicubi erratur, nec laboriosius aliquid quæritur nec fructuosius aliquid invenitur.* Altissimum est SS. Trinit. Myster.

Circa hoc mysterium variè errarunt hæretici. 1. enim Sabellius impiè docuit Deum esse unicum in persona, sicut in natura, appellari tamen diversis nominibus per ordinem ad diversas operationes, & dici Patrem, quatenus est principium omnium rerum; Filium, quatenus est sapientia; & Spiritum Sanctum, quatenus est author sanctitatis. Ejus sectatores dicti sunt Sabelliani, & Patripassiani, eo quòd Patrem à Filio non distinguentes, dicerent esse incarnatum, passum &c. Hunc errorem suscitavit Michael Servetus, Genevæ ob suas blasphemias in SS. Trin. procurante Calvino flammis addictus. Errant Hæret. docentes. 1. Vnicam esse in Deo person.

2. Arrius tres quidem person. in SS Trin admisit, sed docuit solum Patrem esse Deum, Filium esse primam creaturam in tempore factam, & per hunc Spiritum S. ac cæteras creaturas. 2. Solam primam esse Deum.

3. Macedonius, divinitatem Filio catholicè concessam, hæreticè negavit Spiritui S quem volebat esse creaturam, ut tradit Aug. hær. 51. 3. Siritum S. non esse Deũ.

4. Greci schismatici negant Spiritum S. procedere à Filio. 4. Non procedere à Filio.

5. Triteitæ, tres personas senserunt esse tres Deos, etiam quoad essentias distinctos, pro quo vide Anselm. l. de Incarn. 5. Esse tres Deos.

224 Contra hos errores catholicam hujus mysterii veritatem præclarè expressit Concil. Lateran. sub Innoc. III. c. Damnamus, *de sum. Trin.* his verbis. Lateran. definit essentiã unã esse tres personas.

Una summa res est, incomprensibilis quidem, & ineffabilis, quæ veraciter est Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus tres simul personæ, ac singulatim qualibet earumdem: & ideo in Deo solummodò trinitas est, non quaternitas: quia qualibet trium personarum est illa res, videlicet, substantia, essentia, seu natura divina, quæ sola est universorum principium: & illa res, non est generans, neque genita, nec procedens, sed est Pater, qui generat, Filius, qui gignitur, Spiritus sanctus qui procedit, ut distinctiones sint in personis, unitas in natura. Licet igitur alius sit Pater, alius Filius, alius Spiritus S. non tamen aliud, sed id quod est Pater, est Filius, & Spiritus S. idem omnino, ut secundùm catholicam fidem consubstantiales esse credantur.

Hoc myst. est supra, non contra rationem.

225 Quamvis hoc mysterium sit supra, non est tamen contra rationem naturalem, cum verum vero contrarium esse non possit, ac proinde non repugnat ulli principio naturæ lumine noto, ne huic quidem maximè pervulgato, & in speciem repugnanti huic mysterio; *quæ sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se*: hoc enim commune pronunciatum solùm verum est de iis, quæ uni tertio finito, limitato, & incommunicabili identificantur adæquatè, personæ autem identificantur uni tertio (nempe essentiæ) infinito in omni genere, ratione suæ infinitæ fœcunditatis, pluribus relativè oppositis, adeoque inter se realiter distinctis communicabili, cui singulæ personæ solùm identificantur realiter inadæquatè, i. e. sic, ut nulla ex illis sit realiter idem adæquatè cum essentia, seu cum re omni, quæ est realiter essentia; paternitas enim est realiter idem cum essentia, & quidem cum tota essentia sumpta formaliter pro suis omnibus perfectionibus absolutis, sed non cum tota essentia realiter sumpta, pro omni entitate, etiam relativa, cui identificatur, quia paternitas non identificatur filiationi, & spirationi passivæ, quibus identificatur essentia.

In eo tres personæ sunt idem uni tertio communicabili inadæquatè. Pater non est idem cum omni eo quod est Deus.

Deus est terminus capax distributionis.

Atque hinc intelliges rationem, cur in hoc syllogismo, in speciem expositorio: *hic Deus est pater, hic Deus est filius, ergo Filius est Pater*: detur antecedens verum consequente falso, non esse, quod forma syllogismi expositorij fallat in hoc myste-

rio, ſed quod ſyllogiſmus allatus vitioſus ſit defectu diſtributionis hujus termini *Deus*, qui, licet ſit abſolutè ſingularis, eſt tamen, propter communicabilitatem realem cum tribus diſtinctis æquivalenter univerſalis, ac proinde capax diſtributionis non quidem in termino, ſed extra terminum, i.e. non exprimibilis hoc modo, *omnis Deus*, ſed ſic *quidquid eſt Deus eſt Pater*, quæ propoſitio ut patet falſa eſt, cum aliquid quod eſt Deus, nempe Filius, non ſit Pater. Similiter hic ſyllogiſmus. *Pater generat, eſſentia divina non generat, ergo eſſentia divina non eſt Pater*: peccat defectu diſtributionis, & inſuper variatione acceptionis, quia eſſentia in minore ſumitur formaliter, in conſequente materialiter & identicè, idem dicendum ad ſimilia hic objicibilia.

Cujus defectum hic varij ſyllogiſmi ſunt vitioſi.

226. Myſterium SS. Trin. non eſt ſolo lumine naturali cognoſcibile, certò & evidenter. Eſt omnium, & certa, imò juxta Suar de fide. Prob. 1. ex Matth. 11. *nemo novit Filium niſi Pater, neque patrem quis novit, niſi Filius, & cui voluerit Filius revelare*. Prob. 2. ex PP. Hormiſda Papa ep ad Iuſtin. Imp. *Secretum Trinitatis, neque ulla viſibilium vel inviſibilium creaturarum, potuit inveſtigare natura*. Athan. dialog. 3. cont. Amon. dicente hoc *myſterium eſſe inveſtigabile*. Ambro. Hier. apud Ruiz Prob 3. quia Deus non poteſt naturaliter cognoſci, niſi ex creaturis quæ ſolùm ducunt in notitiam Dei, ut unius, quatenus ab eo cauſantur per virtutem, quæ in tribus perſonis eſt una & eadem.

Trin. non eſt naturaliter cognoſcibilis evidenter.

Creaturæ ducunt in notitiam Dei ut unius, non ut Trini.

Hinc non poteſt demonſtrari etiam à fideli illud credente, nec ab intellectu creato, ſibi relicto propria inventione cognoſci, etiam ſolùm probabiliter, cùm ſit ita ſublime, ut ob apparentem ejus repugnantiam, etiam ſuppoſita fide, intellectus ei ægrè acquieſcat. Quare ſi Trimegiſtus & alii ex antiquis philoſophis aliquam ejus habuerint notitiam, illam hauſerunt ex libris, vel ex traditione fidelium.

Non poteſt demonſtrare à fideli.

Nec cognoſci ab infideli ſine fidelium inſtructione.

Cum ergo Athan. diſp. cont. Arium in Synod. Nic. ex verb. Apoſt. ad Rom. 1. v. 20. colligit philoſophos fuiſſe inexcuſabiles, quod Dei Filium non cognoverint, ſolum vult fuiſſe inexcuſabiles, eò

quòd Apostolis hoc mysterium prædicantibus fidem negarint, cùm tamen ex conjecturis etiam ex naturæ sinu petitis duci potuerint ad illius cognitionem, Deo ipsis non negante lumen ad id necessarium. Deinde ibi solùm contendit Arianos, contra quos ibi agit, qui ex Script. fatebantur per Verbum facta esse omnia, esse inexcusabiles, quod ipsum non faterentur esse Deum juxta Apost. sup. docentem gentiles esse inexcusabiles eò quòd Deum ex creaturis à se factis non agnoverint.

Quam supponit Athan.

Dantur processiones ad intra est de fide.

227. Dantur in Deo processiones reales ad intra. Est de fide ex Conc. Lateran. sup. nu. 234. & prob. 1. ex scripturis Ioan. 7. *quia ab ipso sum, & ipse me misit.* 8. *ego ex Deo processi; & veni.* Et 15. *Spiritus, qui à Patre procedit.* Prov. 2. ex Symb. Nicæn. & Athan.

Hoc exigit ratio Patris in 1. persona & filij in 2. &c.

Prob. 3. quia in Deo prima persona est verè, & propriè Pater. Secunda verè & propriè Filius: atqui de ratione Patris est generare, & Filij generari: producit ergo Pater Verbum, non quidem ut intelligat (hoc enim supponitur habere per notitiam essentialem) sed quia intelligit, & ut ex infinita fœcunditate intellectuali, suam notitiam alteri, nempe ipsi Verbo, communicet, eique loquatur. Vnde Pater habet vim productivam, non ex indigentia, sed ex abundantia, & plenitudine perfectionis.

Pater producit verbum ut verbo suam notitiam communicet.

Filius est ab alio personaliter.

Neque hæc Filij productio impedit, quò minùs sit essentialiter ens à se, adeoque Deus; quia cum persona producta sibi identificet naturam essentialiter improductam, & à se, ab eà necessario denominatur ens à se quoad essentiam, adeoque absolutè & simpliciter; esto sit ab alio personaliter, sive secundùm hypostasim, hoc enim non repugnat rationi entis à se, sicut eidem non repugnat esse productum secundùm personalitatem, licet repugnet esse productum secundùm essentiam.

Pater est prior origine filio; hic certo sensu priori Patre.

Est itaque Deus ens primum, ratione essentiæ, non ratione cujuscumque proprietatis personalis, nisi identice. Filius est origine posterior Patre, nullo modo natura, imò ratione essentiæ spectatæ absolutè, à Patre ipsi necessariò communicatæ, est ratione & præsuppofit. fundam. prior Patre, & ut distin-

cto

cto a Filio, quia essentialia sunt priora notionalibus.

Hinc, quamvis ens a se, & ens improductum secundum essentiam, sive improductum à principio naturæ suæ extrinseco, sint prorsus idem; tamen ens improductum simpliciter, i. e. tam secundùm personalit. quàm secundùm essentiam, non est idem, quod ens à se; hoc siquidem, magis latè patet quam prius nam ens à se est essentiale, i. e. tribus personis commune, priùs verò est notionale, id est, uni solùm personæ primæ scilicet, proprium. Ens à se latiùs patet, quam ens improductum.

228. Quamvis una persona ab alia realiter procedat, non potest tamen dici ab ea causari vel dependere, quia causari propriè & dependere non est quomodocumque ab alio procedere, sed ab alio accipere esse contingens, & defectibile, quod cum ex se nihil sit, alio indiget ut sit, quod hic personæ procedenti non convenit, quæ, cum habeat eandem naturam à se necessariò existentem, quam habet principium à quo procedit, eo non indiget ad essendum, sed ex determinatione suæ propriæ naturæ, non ex alterius beneficio, necessariò existit procedendo, sicut principium producendo, ita ut quemadmodum Filius non potest esse sine Patre ut principio, ita Pater non possit esse sine Filio, ut termino immanente, ac se perficiente. Vnde fit, ut hic nulla sit indigentia alterius, sed naturæ simultas mutua, coexigentia, & æqualitas necessitatis & perfectionis, sicut hic locum non habeat illud act. 20. *beatiùs est magis dare, quàm accipere*, ut habet in creatis, in quibus accipiens indiget, & non habet à se, quod accipit; unde obligatur donatori. Persona producta non causatur, nec dependet. Quia non accipit esse contingens & defectibile. A se enim necessariò existit. Productum non potest esse sine producente, nec contra.

Adde quod causare ex Arist. 2. phys. *sit influere esse in aliud*. Aliud autem significat alietatem, quoad naturam, quæ hic non intervenit.

Dixi *propriè*, quia nonnulli cum græcis admittunt personam producentem causari & dependere, ita nempe sumenda istas voces, ut æque abstrahant ab omni creaturarum imperfect. ac procedere, produci, emanare ut videre est apud Petav. de Trin. l. 5. c. 5. num. 7. melius est tamen istis locutionibus abstinere, nec unquam admittere person. propuctam crari, fieri & similia, quæ important imperfectionem edu- Person. producta causatur impropriè.

eductionis ex nihilo, vel operis extra agens.

Ex dictis sequitur 1. Divinam essentiam ex suis intrinsecis exigere esse primum principium ad intra in una persona, scilicet in prima, non in aliis. 2 rationem primi principii ad intra esse quid notionale primæ personæ proprium, licet ratio primi principii ad extra, sit quid essentiale tribus personis commune. 3. Essentiam personis productis communicari ab alio à personis, quibus sit communicatio; non tamen ab alio seu distincto ab ipsa essentia, quæ communicatur. 4. Terminum totalem productum hic, & principium producens ut quod, ita ab invicem distingui realiter, quoad suas proprietates relativas, inter quas exercetur immediata, & formalis oppositio producentis & producti, ut simul necessariò identificentur quoad naturam utrique communem, eo quòd, intra Deum nihil sit non Deus.

Pater est 1. principium ad intra.

Dixi *totalem*, & *ut quod*; quia terminus formalis & principium formale proximum, & ut quo, inter se distinguuntur realiter adæquatè, ut patebit ex dicendis inf. n. 140. & seq.

Principium quod & terminus totalis distinguuntur realiter inadæquatè.

Pater est essentiator, Filius essentiatus, non hoc sensu hæretico, quod Filius habeat essentiam à Patre productam, sed quod eam habeat à Patre sibi communicatam, ut credunt omnes Catholici.

Filius dicitur *Primogenitus*, non ratione solius generationis æternæ, sed ratione æternæ & temporalis per Incarnationē, ratione cujus habet fratres adoptivos.

229. Ex pluralitate personarum rectè infertur processio unius ab altera & contra, ex processione pluralitas 1. pars patet, quia cum juxta receptissimum Boetii axioma, *in Divinis omnia sint idem ubi non obviat relationis oppositio*, ex pluralitate rectè infertur oppositio, & consequenter processiò, quandoquidem nulla esse possit inter personas realis oppositio sine reali processione unius ab alia. Confir. Pluralitas oritur vel ex limitatione tamquam ex occasione seu defectu, cui medendo ponitur pluralitas; vel ex oppositione: atqui Deo repugnat omnis limitatio, seu carentia perfectionis quæ sit in alio. Ergo &c.

Ex pluralitate personarum infertur processio & contra.

In Deo pluralitas oritur ex sola oppositione, & hæc ex sola processione.

Prob. 2. pars, quia juxta illud Aug. l. 1. de Trin.

C. 1.

e. r. ab omnibus admissum, *nulla omnino res est quæ seipsam gignat ut sit*, igitur ex reali processione unius personæ ab alia, rectè infertur realis distinctio, & consequenter pluralitas personarum ut inferunt Athan. Epiph. Hil. & alii PP. apud Ruiz, & Petav.

Deus habet ex se originem negativè, & positivè, hoc sensu, quod prima personalitas emanet, aliæ producuntur à prima.

230. Hinc cum Lactantius dicit Deum esse in seipso procreatum, sumit ly *procreatum* impropriè, & negativè, sicut cùm dicitur: Deus ens à se, eodem sensu intelligendum est, quod dicitur à Sibilla, Deum esse ex se genitum, & à quibusdam antiquis ex seipso originē habere. Quæ & similia possunt etiam intelligi aliquo modo positivè, nempè hoc sensu, quod ab essentia secundùm rationem emanet immediatè personalitas prima, & aliæ producantur à prima.

Nihil potest producere se principaliter.

Dices, juxta Suar. & alios potest aliquid jam existens per unam productionem, ut conjunctum primo agenti, per secundam actionem instrumentaliter sibi dare novum esse: R. manifeste tamen repugnat, ut quidpiam, per modum principii totalis prima productione sibi det primum esse; alioqui enim esset realiter prius seipso. Adde, quod in divinis specialiter repugnet talis sui reproductio, eò quod esset superflua, quia essentialiter præsupponeret suum terminum, & simul necessaria, quia Deo intrinseca: omne autem Deo intrinsecum est essentialiter necessarium. Deinde si in Deo posset esse una reproductio, possent esse infinitæ adeoque essent; quia in divinis Deo intrinsecis, idem est posse esse, & esse.

Necessario datur una persona improducta.

231. Ex his patet in divinis necessariò dari unam personam improductam, nempe primam, quod est de Fide ex Sym. Athan. Conc. Toler. 11. Lateran. cap. Damnamus *de sum. Trin.* sup. n. 224 ubi dicitur *Pater à nullo esse*. Est etiam notum lumine naturali: cùm in processionibus non possit iri in infinitum neque una persona possit produci positivè à se ipsa, sive immediatè sive mediatè procedendo à persona à se producta; quia sic esset, secundùm idem esse, realiter prior, & posterior seipsa, quod repugnat.

Processiones sunt per intel. & volunt.

232. Processiones divinæ sunt propriè per intellectum, & voluntatem, est omnium & certa contra Dur. Prob. 1. quia Script. Ioan. 1. & alibi sæpius, se-

cundum

cundam personam simpliciter appellat *Verbum*, quod saltem immanenter productum, ad intellectum pertinet & *Spiritum S.* exprimit nominibus ad voluntatem pertinentibus, ad Rom. 5. *Charitas Dei diffusa est per Spiritum S.* &c. Prob. 2. ex PP Iren Naz. Basil. alijsque apud Ruiz. qui non solùm frequentissimè Filium simpliciter appellant *Verbum* & Spiritum S. *Amorem*, sed etiam inde inferunt Filium procedere ex intellectu, & cogitatione Patris. Vnde Aug. l. 6. de Trin. cap. 12. ait: *Sicut Dei Verbum Filium esse nullus Christianus dubitat, ita Charitatem esse Spiritum sanctum.* Prob. 3. quia alioqui nulla posset reddi ratio, cur sint præcise duæ processiones, cur processio Filii sit prior origine processione Spiritus sanct. &c.

Ideò sunt duo, & filius est verbum & Spiritus amor.

233. Quare habet quidem natura divina fœcunditatem ad inta radicaliter ex sua infinitate, formaliter tamen, & proxime ex sua essentiali intellectione, & volitione: cum enim naturæ divinæ ratione suæ infinitatis, in omni genere conveniat fœcunditas modo perfectissimo, debet proxime illi convenire ratione actuum intelligendi, & volendi, qui naturæ intellectualis ex suo, genere perfectissimæ sunt actus perfectissimi, sic ut proinde per illos, solùm possit immediatè exerceri.

Fœcunditas est ab essentia radicaliter, ab intell. & volunt. formaliter.

Cum Hilar. l. 1. de Sinod dicit: *quod omnibus creaturis substantiam Dei voluntas attulit, Filio vero natura dedit*, & Aug. 15. de Trin. alijque PP apud Ruiz. Lug. &c. subinde dicunt Verbum, per quod facta sunt omnia, *esse natura Filium*, accipiunt naturam, prout opponitur libero, sic ut solùm velint personas divinas non procedere à libera Dei voluntate, ut procedunt creaturæ, sed esse necessarias, seu (ut etiam loquuntur PP.) naturales.

Filius à PP. dicitur procedere per naturam id est necessariò.

234. Intellectio, & volitio, essentiales, non sunt ipsæ productiones personarum patet, quia intelligere, & velle, essentialiter est quid commune omnibus personis cùm tamen producere per intellectum sit Patri proprium, & producere per voluntatem Patri, & Filio.

Intellectio & volitio essentiales non sunt productiones.

Aliud est in creaturis, in quibus intelligere, est in se vitaliter producere verbum mentis, & velle, seu

amare

amare, est producere terminum vitalem, qui est formaliter amor, cujus ratio est, quod earum intelligere & velle, sit accidentale, & separabile ab intelligente, ac volente; ac proinde in illo immanēter productum: at in Deo aliter res se habet, quia intelligere & velle Dei est essentiale, adeoque improductū: alioqui enim Filius & Spiritus S. non essent formaliter intelligentes, cùm non producant Verbum, nec Spiritus sanctus volens, cùm non producat amorem.

Intelligere & velle increatis est accidentale secus in Deo.

Dixi *essentiales*, quia cùm intelligere & velle, subinde (licet minus usitate, & proprie) sumantur notionaliter pro eo, quod est dicere, & spirare: eodem sensu minus proprio admitti potest, quòd intellectio, & volitio nempe notionales, sint ipsæ productiones. Per notionale autem hic intelligitur, quod non conuenit præcise ratione essentiæ, ac proinde non est tribus personis commune, sed uni aut duabus proprium, *ut generare spirare*: per essentiale contra, quod convenit præcise ratione essentiæ, adeoque est omnibus personis commune.

Intellectio & volitio notionales sunt productiones.

Notionale est non commune 3. personis.

235. Hinc recte colligitur 1. intellectionem increatam, qua Deus formaliter constituitur complete intelligens, non dicere actionem, ut terminum vitalem, per eam productum ut dicit creata, sed esse actum essentialem improductum sic ut in eo nulla interveniat actio, nisi grammaticalis, id est vitalis tendentia in objectum, expressa nomine actionē sonāte.

Intellectio increata non dicit actionem & terminum.

Est actio gammaticalis.

2. Productionem Verbi in Deo esse posteriorem actu completo intelligendi; cùm ab eo procedat.

3. Verbum divinum non esse notitiam, qua Pater redditur formaliter intelligens sed solùm hoc sensu, quod sit terminus per intellectionem completam, in ratione actus intelligendi productus, cui ipsa intellectio, per se primò communicatur.

Verbum non est notitia qua Pater intelligit.

4. Intellectionem divinam quamvis sit ultima perfectio sub ratione actus intentionalis circa objectum, non esse tamen perfectionem ultimam sub ratione communicationis realis, circa terminum, cui ratione suæ fœcunditatis potest se ulterius communicare.

Sed terminus cui notitia communicatur.

5. Verbum in divinis esse terminum productum à

dicente

Et cui Pater loquitur. dicente, non loquente sibi, seu seipsum reddente intelligentem [ut in nobis] sed loquente alteri, quem dicendo producit, & reddit intelligentem, ei suam intellectionem communicando; sic ut proinde Verbum Divinum sit similius verbo nostro vocali, quod directive, & exemplariter procedit à nostra intellectione completa, ad eam alteri communicandam, quàm verbo nostro mentali, quod procedit ab intellectione sumpta incompletè, pro actione productiva termini vitalis ad nos reddendos formaliter intelligentes.

Similius est verbo vocali, quam mentali.

Est per se subsistens. 6. Verbum divinum esse per se subsistens, & consubstantiale dicenti, adeoque non solùm esse id, quod Pater loquitur, id est loquendo producit, & quo loquitur nempe objecta per ipsum representata, sed etiam esse eum, cui loquitur, seu cui loquendo communicat cognitionem omnium sibi notorum.

Vnde in multis differt intellectio & verbum in Deo & in nobis. 7. Intellectionem, & verbum in Deo differre in multis ab intellectione, & Verbo in creatis, quod ex dictis manifestum est.

Similiter volitio. 8. Iam dicta de intellectione, cum proportione applicanda esse volitioni essentiali, per quam completam in esse actus volendi Pater & Filius producunt amorem notionalem; seu Spiritum S. non quo ament, sed cui amorem essentialem communicant.

Actus notionales non includunt essentiales sed præsupponunt. 236. Processiones, seu actus notionales nempe generatio, & spiratio non includunt actus essentiales intelligendi, & volendi ne quidem connotativè, & in obliquo, sed sunt aliquid purè notionale, scilicet ipsa præcisè proprietas relativa, significata per modum viæ. Est S. Thomæ, hic q. 31. a. 7. ubi docet actus notionales tantum differre à relationibus secundùm modum significandi, & approbat illud Magistri, quod *generatio, & nativitas* aliis nominibus dicantur *Paternitas, & Filiatio*.

Sunt præcisè proprietates relativæ producentium. Prob. 1. Ex PP. Cyril. l. 1. thes. c. 5. *generare Patris notio est*, Amb. l. 1. de Fide ad Gratian. c 2. *Inter Patrem, & Filium, generationis expressa distinctio est*, & alijs inf.

2. Quia processiones seu actus notionales præsupponunt essentiales, ut sua principia; Ergo illa non includunt.

3. Quia

3. Quia processiones passivæ sunt adæquatè idem, cum proprietatibus personarum producentium, ergo & activæ cum proprietatibus producentium.

237. Processiones, seu productiones activæ, sunt in persona producente, passivæ in producta. 1. Pars est ferè omnium, & longè probabilissima, 2. omnium, & certa. Vtraque prob 1. ex PP. hanc doctrinam tradentibus, aut apertè supponentibus, cum docent personam producentem distingui, & constitui per productionem, seu originem activam; productam verò per passivam, ut Atan. dialog. cont. Amon. *Nulla est differentia Patris, Filij, & Spiritus S. nisi in eo quod gignere, & gigni, emittere, & emitti, inter se differunt*, Cyril. n. præced. aliique inf.

Productiones activę sunt in persona producente passivę in producta.

Prob. 2. Quia Pater v. g. in Divinis est essentialiter principium actu principians, & per se omnimodè determinatus ad esse generantem hunc Filium, sicut Filius ad esse genitum ab hoc Patre; itaque sicut ideò Filius est sibi suum gigni, ac proinde, juxta omnes, generatio passiva in eo recipitur, Filiationi identificata, ita Pater est sibi suum gignere, adeoque generatio activa in eo recipitur, æternitati identificata.

Sicut Filio essentiale est produci ab hoc Patre ita Patri producere hunc Filium.

Admitti tamen potest principium, in Divinis à productione passiva, existente in persona producta, denominari producens extrinsecè, & magis completè, quàm à sola productione activa sibi intrinseca, cùm enim passiva sit id quo, terminus denominatur produci; ab hoc principio, est etiam indirectè, id quo hoc principium denominatur producere hunc terminum, istæ enim denominationes in re sunt idem.

Potest princip. denominari extrinsecè producens à productione passiva.

238. Principium quod, seu totale, & completum divinarum processionum, sunt personæ aliam producentes, nempe Pater respectu processionis Filii, & Pater ac Filius respectu processionis Spiritus sancti. Est de Fide, ut patet ex dictis sup. & magis patebit ex dicendis infra.

Principium quod process. sunt personæ producentes.

Datur in persona producente verum, ac reale principium formale processionum passivarum, termino formali producto identificatarum, seu (ut passim

Est in producente vera potentia notionalis.

sim loquuntur Theologi) potentia notionalis vera ac propriè dicta, realiter ac physice productiva terminorum ad intra. Ita cum S.Th. hic q. 41. a. 4. omnes cont. Aureolum non aliam hic agnoscentem potentiam, quam logicam acceptam pro non repugnantia, cujus opinio passim rejicitur ut improbabilis, & erronea.

Pater enim realiter producit Filium.

Prob. quia Pater verè, ac propriè generat, sic ut Filius ab ipso tanquam suo reali principio verè ac propriè producatur: Ergo est in Patre vera ac realis potentia producendi Filium, cùm producere essentialiter præsupponat posse producere, adeoque actus producendi veram ac realem potentiam productivam.

Non est realis respectu productionum activarum.

Dixi, *passivarum*, quia, cùm productiones activæ, ex dictis n. præced. identificentur ipsi potentiæ notionali, hæc earum respectu, non potest habere rationem potentiæ propriè dictæ, realis, & physicè influentis; sed solùm impropriè dictæ, virtualis & secundùm rationem.

Sed respectu passivarum.

Est itaque in Patre potentia physica ad generare sumptum completè, prout importat generationem passivam, & terminum genitum ut existentes, & fundat relationem Patris velut prædicamentalem; non verò ad generare sumptum incompletè, pro sola productione activa Patri intrinseca, ejusque constitutiva in esse Patris transcendentaliter, & incompletè, adeoque in suo esse personali, origine priori Filio: alioqui enim ut arguit Aureolus, Pater haberet potentiam physicam ad cōstituendum seipsum in esse Pat.

Dices. In Divinis nulla est productio elicita. R. Activa c. passiva n. Et dico hanc sufficere ad potentiam productivam realem, quæ non requirit terminum possibilem, id est contingentem, seu qui possit non esse; sed solùm exigit terminum possibilem, id est cui non repugnat esse, seu producibilem abstrahendo à contingenti, vel necessario. Vnde sola potentia quę impediri potest & sibi non identificat productionem activam, habet terminum contingentem.

Intellectio & volitio sunt princip.

239. Intellectio, & volitio, essentiales sunt principium formale remotum divinarum processionum, prob. Quia personæ divinæ procedunt per intellectum,

ctum, & voluntatem, seu (quod in Deo idem est) per actum intellectionis,& volitionis,ut sup.n.232.ostensum est: Ergo hi actus sunt, vel ipsæ processiones, vel aliquo modo earum formale principium; cùm non possit intelligi, quam aliam habitudinem importet ly *procedere per intellectum & voluntatem*, vel *ex*, aut *de intellectu & voluntate*, ut sæpè loquuntur PP. atqui non sunt ipsæ processiones, ut patet ex dictis n.234. Restat igitur,ut dicantur earum formale principium non proximum(ut infra probabitur)ergo remotum.

formale remotum.

Hoc solùm importat ly procedere per intellectum.

240. Principium,quo, aut formale proximum divinarum processionum,seu immediatè productivum ad intra, non est natura secundum se, sive sub rat. intell. & volitionis, aut sub alia ratione absoluta; sed sola proprietas relativa.Ita Bonav. Dur. Aliac. Carthus. Io. & Franc. Lugo, Amic. VeKen.DerKen. cont. Cajet. Ban Mol.Suar. Vasq. volentes essentiam esse principium formale quo,proprietatem verò esse conditionem sine qua non. Item contra Rich. Val. docentes naturam simul & relationem esse principium formale quo, sic ut relatio non sit mera conditio, sed partialiter formalis virtus productiva

Solæ proprietates relativæ sunt principium formale proximum.

Prob. prima pars, 1. quia principium formale quo, debet per seipsum immediatè realiter influere in terminum productum,cùm ideò dicatur ejus reale principium, quia in ipsum realiter influit, & non possit (sicut potest principium quod) dici ejus principium denominativè,ab alio immediatè influente,cùm non supponat aliud principium realiter influens, à quo denominari possit, ergo debet realiter distingui, à termino producto,cùm nihil possit producere terminum sibi realiter identificatum seu seipsum: atqui, nec essentia, nec ulla ratio absoluta distingui potest à termino producto ad intra; ergo non potest esse principium immediatè productivum termini ad intra,neque totaliter (ut vult Magister) neque partialiter(ut vult Richar.)cùm ne quidem partialiter possit quid esse reale principium sui ipsius productivũ.

Hæ enim solæ distinguuntur realiter à termino producto ad intra.

Hujus argumenti vim non enervat productionis infinitas, ut contendunt adversarii: per istam enim infinitatem tolli nequit, quod essentiale est omni

Immediatum producens.

productioni reali, ut est realiter opponere producens producto, illudque ab hoc distinguere; nec solùm producens ut quod, sed etiam & maxime producens ut quo, cùm enim, hoc per se immediatè influat, per se immediatè opponit, & distinguit, sic ut solùm ratione hujus, producens ut quod, opponatur, & distinguatur à producto.

Immediatè opponitur termino formali producto, ergo ab eo realiter distinguitur.

2. Quia relatio producentis, & producti, immediatè, & per se primò opponit immediatum, & formale producens, immediato formali termino producto; ergò illa immediatè distinguit: ergo principium formale producens distinguitur realiter à termino producto; ergo non potest esse aliqua ratio essentialis, & absoluta.

Productum non potest esse aliquid essentiale, ergo nec producens.

3. Terminus formalis per se & immediatè productus, non potest esse aliquid essentiale, quia productum necessariò distinguitur a producente: ergo similiter principium formale per se, producens, non potest esse aliquid essentiale, cum producens non minùs necessariò distinguatur à producto, quàm productum à producente.

241. Dices, Christus qua Deus producit seipsum qua hominem, ergo idem potest esse principium formale productivum sui ipsius. R. n. seq. quia in Christo natura divina, quæ est producens formale, & ut quo, distinguitur realiter à natura humana, quæ est terminus formalis productus.

Secunda pars sequitur ex prima jam probata, cùm enim certum sit dari aliquod principium formale productivum ad intra, & vt jam ostensum est, illud non possit esse aliqua ratio absoluta, manet quod sit sola proprietas relatiua.

PP. proprietatibus non essentialibus tribuũt productiones ad intra.

Confirm. ex PP. Athan. dialogo 1. de Trin. *Pater hypostasi gignit, mandato creat*. Ambros. l. 4. de Fide ad Gratian. c. 3. *Generatio Paterna proprietatis est, non potentiæ*. S Th. in 4. dist. 7. q. 1. a. 2. *Essentia, secundùm quod est paternitas, est principium hujus actus, qui est generare, non sicut agens, sed sicut quod agitur*. Quibus similia habet 1 p. q. 36. a. 4. ad 1. & 2. Confir. 2. hac ratione, ubi distinctio fundatur in productione, illud per se & immediatè producit, quod per se, & imme-

diatè

diatè distinguit, cùm sit principium distinctionis, quatenus est principium productionis, atqui sola proprietas relatiua personæ producentis, per se immediatè distinguit; ergo per se immediatè producit.

Ex dictis principium quod diuinarum processionum est persona producens, principium radicale est natura, formale remotum intellectio & volitio, formale proximum relatio ut transcendentalis. Simile est in homine, in quo principium quod intellectionum est ipse homo, principium radicale, seu formale remotum anima, formale proximum intellectus.

Principium quod est persona, radicale naturæ, formale remotum intellectio, &c. proxima relatio.

242. Hinc licet potentia generativa radicalis, in qua omne generans per se primò intendit sibi assimilare genitum, & formalis remota sit æquè in Filio, ac in Patre; tamen formalis proxima est in solo Patre, nec ideo Pater dici potest, magis potens simpliciter, sed solùm cum hoc addito *ad intra;* ex quo non magis argui potest major perfectio in Patre, non in aliis personis cuius ulterior ratio est, quòd in Diuinis rat. identitatis in natura, perfectiones unius personæ sint virtualiter alterius, & in illis, non sit perfectius posse producere, & de facto producere, quàm posse, & de facto produc ex omnimoda necessitate naturæ.

Perfectiones Patris, ratione identitatis in natura sunt virtualiter Filij.

Cùm ergo Aug l.3. cont. Maximin. c.12. ait, *absit, ut quomodo putas, ideò sit potentior Pater Filio, quia Creatorum genuit Pater, Filius autem non genuit: neque enim non potuit, sed non oportuit*. solùm vult, Filium habere potentiam generandi radicalem, & formalem remotam, de qua etiam intelligendus est Damasc. 1. de Fide, c. 8. *Generatio opus est naturæ.*

Ex Aug. potentia generandi radicalis & formalis remota est in Filio.

Ansel. verò, dum Epist. de process. Spir. S. 5 c.10. dicit: *nisi fortè quis dicat, Spiritum S. non procedere de deitate Patris, sed de paternitate, quæ opinio se sua patenti fatuitate suffocat*: non loquitur de principio formali productionis, sed de principio formali consubstantialitatis communicato, quod est ipsa natura, per quam, personæ productæ sunt formaliter consubstantiales producenti: hanc enim consubstantialitatem ex communi DD. sensu ordinariè importat particula *de* uno ex his sensibus exponendi sunt alii PP. & S Th. hic, q.41.a.5.

Deitas est principium formale cõsubstantial. non productionis.

Productio Verbi est dictio procedens ab intellectu mediante ore quod in Patre est potentia generativa.

Quamvis productio Verbi non sit proximè ab intellectu, non propterea desinit esse vera, & formalis dictio, seu locutio: quia procedere immediatè ab intellectu, solùm est de ratione locutionis, qua quis mentaliter sibi loquitur, non verò eius, qua quis loquitur alteri, qualis est productio Verbi divini, talis enim locutio est immediatè ab ore, ut in nobis, vel in substantiis purè spiritualibus ab aliqua simili potentia loquutiva ori respondente, quæ in Patre æterno est potentia generativa, ut rectè Lyran. in illud Eccl. 24. *ego ex ore altissimi prodij.*

Principium productionis ad intra est formale principium communication.

243. Non est hic distinguendum (ut vult Amic.) principium communicationis essentialium à principio productionis termini notionalis: cùm enim principium productionis sit per se productivum termini per se consubstantialis producenti, seu hujus naturæ realiter identificati, est formaliter principium communicationis, quæ hic non est aliud, quàm identificatio termini producti cum producente, quoad essentialia.

Terminus totalis est persona producta, formalis personalitas, communicationis essentia.

Terminus processionum, seu productionum, aut actuum notionalium totalis, est persona producta, formalis productus est personalitas, seu proprietas relativa personæ productæ, realiter identificata productioni passivæ; formalis communicatus, est ipsa essentia, quæ hic simpliciter dicitur terminus formalis, quia est id, in quo productum assimilatur producenti & quo persona quodam modo constituitur in suo esse specifico.

Personalitas est potentia & productio activa.

Ex dictis patet 1. Personalitatem, seu proprietatem relativam Personæ producentis, esse potentiam immediatè productivam, & productionem activam termini ad intra. 2. Personalitatem seu proprietatem relativam Personæ productæ esse terminum formalem immediatè productum, & productionem passivam ejusdem personæ.

Duæ sunt in Deo processiones generatio & processio.

243. Processio in divinis, est secundum actionem immanentem, quæ cùm in natura intellectuali sit duplex, intellectus nempè & voluntatis, in divinis duplex admittenda est processio. Prima est processio Verbi, quæ est vera generatio, non acce-

accepta pro mutatione, seu transitu à non esse ad esse; sic enim dicit imperfectionem Deo repugnantem, sed prout est propria viventium, qualiter à Philosopho definitur, *processio viventis à vivente, ut principio conjuncto in similitudinem naturæ*. Secunda, est processio amoris, seu Spiritus S. quæ non est generatio, sed simpliciter processio, nomine, alioqui de se communi, utrique processioni, ex usu PP ac DD. huic specialiter appropriato.

Patent hæc, ex Conc. Later. c. Damnamus, *de sum. Trin.* sup. n. 224. Symbol. Nicœn. Athan. &c. Constat ex CC.&Symb.

245. Certum est radicale principium diversitatis essentialis, inter generationem Verbi, & processionem Spiritus S. esse, quòd Verbum procedat per intellectum, Spiritus vero per voluntatem; cùm in eo radicetur omnis differentia, ex principijs fidei nobis nota, inter Filium, & Spiritum S. ut, quòd ille sit prior origine; hic posterior, ille fœcundus, imago, & Verbum Patris; hic, non &c. quare hic solùm controvertitur de ratione distinctiva generat. à processione magis formali, & propinqua, quam assignare adeò est difficile, ut Amb. lib. de fide ad Gratian. c. 5. dicat: *mihi impossibile est generationis scire, secretum*. Aug. verò l. 3. cont. Maximin. c. 14. *distinguere inter illam generationem, & hanc processionem nescio, non valeo, non sufficio*. Naz. orat. 1. ordine 35. & 3. de theolog. *generatio Dei honoretur silentio*. Est enim, inquit Athanas. dial. 3. cont. Amon. *mysterium investigabile*. Petav. l 7. de Trin. c. 13. refert novem de hac difficultate PP. sententias, & Fasol. varias scholasticorum opiniones, è quibus duas proponemus præcipuas, ad quas aliæ possunt reduci.

Radicalis ratio cur Processio Verbi sit generatio, non Spiritus S. est quod illa sit per intell. hæc per volunt.

246. Prima est S. Th. & aliorum communiùs, docentium, ideò præcisè, & formaliter processionem Verbi, non autem Spiritus S. esse generationem, quia Verbum non solum procedit ad intra, & consequenter (cùm nihil possit esse in Deo non Deus) participando eandem numero naturam principij à quo procedit, quod etiam Spiritui Sancto convenit, sed prætereà, per processionem ex genere suo,

Formalis est ex S. Thom. quod processio Verbi sit per se formaliter assimilativa termini producti cum suo principio.

suo, adeoque formaliter, ac per se assimilativam; quatenus procedit per intellectum, cujus operatio ex sua ratione generica, ac proinde formaliter, & per se, ordinatur ad terminum similem suo principio adæquato, idest, intellectui, ut completo per objectum ipsi, vel seipso immediatè, vel mediante specie sui vicaria debitè coniunctum: at vero Spiritus S. non procedat vi suæ processionis formaliter, ac per se primò, secundum rationem similitudinis, sed secundum rationem vitalis impulsus; cùm procedat per voluntatem, cujus operatio, sumpta per modum viæ, non est per se ordinata ad exprimendam similitudinem sui objecti, sed ad inclinationem vitalem in obiectum Unde sequitur, quòd cum ex communi Philosophorum, Theologorum, & PP. sensu, sit de ratione generationis viventium, ut per se primo tendat ad similitudinem in natura, processio Filii rectè dicitur generatio, non verò processio Spiritus Sancti.

Secus Processio Spiritus Sancti ex se impulsiva in objectum.

Prob. hæc sententia, 1. ex Scripturis, Filio specialiter tribuentibus, tamquam aliquid ipsi proprium, eiusque constitutivum in esse Filij, rationem similitudinis, imaginis, & figuræ Patris, ob specialem nempe similitudinem quam ex vi suæ processionis formaliter, qua talis, habet cum Patre, ut ad Colos. 1. *qui est imago Dei invisibilis*, ad Hebr. 1. *figura substantiæ ejus.*

Per se ordinari in similitudinem naturæ est essentiale constitutivũ generationis viventis à vivente.

Prob. 2 ex PP. passim docentibus, Filium in Divinis ideò esse Filium, seu vera generatione productum, quia est Verbum seu terminus intellectione per se assimilativa productus, tamquàm vitalis imago sui principii, ut Athan. in Epist. de decretis Nycœnæ Syn. *Si imaginem nomines, Filium eo ipso indicaveris; quid enim est simile Deo, nisi sua ipsius progenies*; August. l. 7. de Trin. c. 2. *Eo Verbum, quo Filius & eo Filius, quo Verbum*, & tract. 48. in Io: *Verbum Dei semper cum Patre, & semper Verbum, & quia Verbum, ideò Filius*, & pulcherrimè Ansel. in Monolog. c 53. *Verbum mox ut consideratur, se prolem esse eius, à quo est, evidentissimè probat perfectam, præferendo Patris imaginem: & amor aperte se prolem negat, quia dum à Patre, & Filio procedere intel-*

Colligitur ex Scrip. & PP.

Alia ratio est quod processio Verbi, sit in similitudinem naturæ, ut forma-

intelligitur, non ſtatim tam perſpicuam exhibet ſe contemplanti ejus ex quo eſt ſimilitudinem. liter fœcundæ, ſecus proceſſio Spiritus S.

247. Secunda ſententia eſt Bonav. Rich. Zuning. & aliorum docentium proceſſioni Verbi, & non Spiritus S. convenire rationem generationis; quia ſolum Verbum vi ſuæ proceſſionis accipit naturam, ut formaliter & proximè fœcundam, ſeu cum potentia formali, & proxima, illam ulterius alteri perſonæ communicandi, ac proinde ſolum Verbum, non verò Spiritus S. procedit in ſimilitudinem naturæ fœcundæ, quòd ad rationem generationis requiri, & in ejus definitione ſubintelligi his verbis, *in ſimilitudinem naturæ*, volunt hujus ſententiæ authores.

Hæc aſſimilatio ex Baſil. requiritur ad generationem.

Prob. hæc ſententia, 1. authoritate Baſil. l. 5. cont. Eunom. c. 12 ubi docet Spiritum S. non poſſe dici Filium Filij, quia *ex eo alius non procedit*, adeòq; communicationem fœcunditatis formalis requiri ad Filiationem, & veram generationem, his verbis: *quod ſi Filius ex Filio natus eſt, ex hoc utique alius natus eſſet, & rurſus alius, & deinceps ad multitudinem infinitam.*

Et de facto reperitur in omni generatione tum creata tum increata.

248. Prob. Quia communicatio naturæ, ut formaliter fœcundæ reperitur in omni generatione viventium, tum in creatis, ubi Filius per ſe & ex intentione naturæ, ſecluſis impedimentis per accidens (ut in generatione muli,) ſemper accipit eandem ſpecie naturam, quam habet Pater, ejuſque fœcunditatem, non ſolum radicalem naturæ idẽtificatam, ſed etiam formalem, & proximam, quantum eſt ex parte potentiæ ipſius vitalis, licet ſubinde impeditam propter aliquem organi defectum; tum etiam in Divinis, ubi Fide certum eſt, ex perſonis productis illam ſolam verè generari, ac participare rationem Filij, cui communicatur natura ut formaliter fœcunda. Igitur communicatio naturæ ut fœcundæ, eſt de ratione generationis in genere, abſtrahendo à creata, & increata & cùm cuilibet in particulari conveniat.

Verbum per acceptionem naturæ ut fœcundo magis procedit in ſimilitudinẽ

Prob. 3. Quia certum eſt Verbum, per hoc quod accipiat naturam ut fœcundam, magis procedere, ut ſimile ſuo principio, quàm Spiritus S. in hoc diſſimilis Patri & Filio, quod non ſit fœcundus: ergo per hoc habet proceſſio Filij, quod ſit magis in ſimilitu-

sui principii quam Spiritus S.

dinem naturæ, & consequenter quod sit potius generatio, quam processio Spiritus S.

Hinc constat, quod ratio in qua hæc 2. sententia ponit diversitatem inter generationem Filij, & processionem Spiritus S. de facto subsistat; cùm sit de Fide, Filium, vi suæ processionis accipere naturam ut fœcundam; cùm tamen non constet utrum ratio diversitatis allata à 1. sententia subsistat, incertum est enim, utrùm processio per intellectum ad intra, sit formalius, & magis per se in substantialem naturæ similitudinem, quàm processio per voluntatem, in quo fundatur 1. sententia, ergo secunda est primæ præferenda.

Ideò Filius dici potest generari, nõ Spir. S. idque conformiter PP.

249. Confir. quia locutiones PP. pro 1. sententia, facilè possunt, cùm hac secunda conciliari, iuxta quam secunda Persona ideò procedit ut imago Patris, quia accipit naturam ut fœcundam, & ideò accipit natura ut fœcundam, quia origine prior est Spiritu S. ideò autem est origine prior, quia procedit per intellectum, seu ut Verbum. sic ut proinde etiam juxta hanc viam optimè verificetur illud Aug. sup. n. 248. *& quia Verbum, ideò Filius*, cùm ideò procedat in similitudinem naturæ fœcundæ, per quod constituitur in esse Filij, quia procedit per intellectũ, seu ut Verbum. Vnde quando PP. cum Aug. dicunt Filium ideò esse Filium, quia procedit, *per intellectum, ut Verbum ut imago* &c. implicitè dicunt, quia procedit *ut fœcundus*, cùm per hoc sit magis similis Patri, & involvatur ut in radice in ly procedere *per intellectum*.

1. Sententia est conformior PP. 2. rationi.

250. Vtraq; hæc sententia est valdè probabilis & prima quidem præferri potest tãquam communior, & locutioni PP. conformior; secunda verò tamquam facilior, & attenta sola ratione probabilior.

Productio Verbi in genere per se ordinatur ad similitudinem.

Dices 1. contra 1. sententiam, productio Verbi ut sic, non ordinatur per se ad similitudinem naturalem sed solùm ad intentionalem, ut patet ex productione Verbi creati. solùm intentionaliter similis suo principio adæquato, intellectui nempe & objecto, seu intellectui ut informato, & completo per species objecti, & consequenter ratio assimilationis productioni Verbi propria, habet se impertinenter ad ratio-

nem generationis, ergo &c. R. n. aff. quia productio Verbi in genere, abstrahendo à creato, & increato, non ordinatur determinatè ad similitudinem naturalem neque ad intentionalem tantum; sed ad similitudinem abstrahendo, à naturali & intentionali tantùm sic ut indifferenter stare possit tum cum hac ut in creatis, quàm cum illa, ut in Diuinis, ubi intellectus infinitus habens objectum in omni genere infinitum, & communicabile sibi realiter conjunctum, immanenter producit Verbum suo principio proportionatum, adeòque infinitum, consubstantiale producenti, & consequenter simile in natura. Vnde num. seq. quia ad rationem, & distinctionem divinæ generationis sufficit, quod processio Verbi, ut est processio per intellectum, ex sua ratione specifica, aut generica, per se ordinetur, ad assimilationem ut sic. & ut est per intellectum infinitum, completum, & fœcundatum per intelligibilitatem objecti infiniti sibi realiter uniti, pertingat usque ad similitudinem in natura. Atque hinc apparet processioni Verbi convenire rationem generationis, titulo planè speciali, qui locum non habet in processione Spiritus S.

Vt verò procedit ab intellectu infinite ad similitudinem in natura.

Quod non convenit processioni Spir. S.

Dices 2. saltem Spiritus S. procedit ut similis in natura, quantum satis ad rationem veræ generationis: quandoquidem vi suæ productionis, magis procedat ut similis, quàm Filius in creatis, qui solum procedit ut similis secundùm speciem, cum Spiritus S. procedat ut similis in eadem natura individua, ergo &c. R. n. aff. inde enim solùm habetur, Spiritum S. eo quod procedat ad intra, procedere quidem magis ut similem materialiter, & velut in facto esse; non tamen formaliter, & velut in fieri, id est per processionem, quæ ex sua ratione formali, & specifica sit magis assimilativa, cùm enim productio Filii creati ex ratione sua specifica, per se ordinetur ad expressionem sui principij, quàm potest distinctissimam etiam in individuo, est ex sua ratione formali magis assimilativa quàm productio Spiritus Sanctus ex sua ratione specifica solùm habens rationem impulsus vitalis. Iam verò ad rationem generatio-

Qui procedit ad intra, adeoque magis ut similis quàm Filius in creatis.

Non tamen vi suæ processionis formaliter, Et ideò non est Filius.

rationis non debet attendi, verum terminus procedat magis, aut minus similis, velut in facto esse, sed utrum modo ex sua ratione formali magis assimilativo.

Infiniti essent Filij si fœcunditas ad generandum esset de ratione Filij increati.

251. Dices contra 2. Sententiam 1. si sit de ratione Filii accipere naturam ut fœcundam, quidni etiam ut fœcundam ad generandum, cùm hoc conveniat Filio in creatis. R. repugnare, ut sit de ratione Filij increati accipere naturam cum potentia generandi alium Filium; alioqui enim, cùm in divinis idem sit posse, & esse, de facto infiniti essent Filij: quia hic generaret alium Filium; cui etiam communicaret potentiam generandi (id enim in illa hypothesi esset de ratione Filij) & hic alius alium & sic in infinitum, ut pulchrè Basilius sup. n. 147.

§. II.

Relationes Divinæ, & Personæ in communi.

Dantur in Deo relationes.

252. DAntur in Deo relationes reales ad intra. Est de Fide, ex Scrip. Matt. 28. *Baptizantes eos in nomine Patris, &c.* & alibi sæpius personas exprimente nominibus relativis Patris, & Filij &c. Item ex CC. Tol. 11. c. 10. Lateran. sup. n 224. Prob. efficaciter hac ratione; quia relativa oppositio est unicum fundamentum distinctionis personarum, cùm juxta illud Boet. ab omnibus receptum, *in Deo omnia sunt unum, ubi non obviat relationis oppositio*.

Fundantes distinct. realem.

Ad aliquid non dicitur de Deo essentialem.

Hinc cum Boet. 1. de Trin. c. negat *ad aliquid* prædicari de Deo, solùm vult non ita prædicari, ut sit de ejus essentia tribus Personis communi, sumpta completè & physicè, sicut prædicantur cætera prædicamenta, ratione attributorum ad illa reducibilium, quæ sunt de essentia Dei completè ut sapientia reducibilis ad quale, immensitas ad ubi, æternitas ad quando.

Dices commune est tribus Personis dici ad aliquid, R. relatione eadem n. diversa c. Vnde dici ad aliquid in genere est quidem commune, non tamen essentiale, quia est quid abstractum à proprietatibus Dei essentiam completè sumptam non ingredientibus.

Relationes distinguun-

253. Relationes Divinæ, non distinguuntur ab essentia

sentia realiter adæquatè, nec formaliter, ex natura rei, ut volunt Scotistæ; sed ratione, virtualiter, & realiter inadæquate; quatenus singulæ non sunt realiter idem, cum omni eo, quod realiter est essentia, cum realiter distinguantur à relationibus sibi oppositis, essentiæ realiter identificatis.

tur ab essentia ratione virtualiter & realiter inadæquatè.

Prima pars est de Fide ex C. Lat. sup. n. 224. secunda, patet ex dictis sup. n. 24. & Confir. ex PP. Athan. Dial. 1. de Trin. contra Amon. dicente, *hypostasim*, *& essentiam* inter se solùm differre *sicut esse semen*, *& esse fructum in eodem grano*. Aug l. 7. de Trin. c. 1. *non aliud est Deo esse, aliud Personam esse, sed omninò idem.*

Tertia pars, quoad primum membrum est sufficienter probata sup. n. 31. 32. & nu. 224. quoad secundum est de Fide ex C. Lateran. sup. n 224.

Dices contradictoria verificantur de essentia & relationibus, v. g. essentia est communicabilis, paternitas non est communicabilis, paternitas generat, essentia non generat; Filiatio producitur, essentia non producitur & similia R. non verificari propter distinctionem formalem ex natura rei, ut volunt Scotistæ, sed tum propter distinctionem rationis, aut virtualem, modo sup. explicato. n. 31. 32. & seqq tum maximè propter realem inadæquatam, ratione cujus, essentia Filio ita communicatur tota; seu nullo prædicato essentiali excepto, ut tamen ei non communicetur totaliter, & adæquatè, seu secundum omne id, quod est realiter essentia: sed solùm inadæquatè, non enim ei communicatur secundum proprietatem relativam Patris sibi realiter identificatam.

Contradictoria verificantur de essentia & Personis præcipuè propter distinctionem realem inadæquatam.

Cùm ergo Aug. l. 7. de Trin. c. 1. dicit *rem omnem quæ relativè dicitur esse aliquid excepto relativo*, solùm vult, in omni relativo dari aliquid re aut ratione distinctum, quod habet se ut fundamentum relationis, quale in Divinis est essentia.

Dum verò ibidem c. 4. dicit, *aliud est in Deo esse*, *& Patrem esse*, nihil aliud intendit, quam illa de Deo non dici eodem modo, quandoquidem primum dicatur absolutè, secundum autem relativè. Deinde ista sunt aliud & aliud virtualiter, secundùm rationem, & secundum rem inadæquate.

Eodem modo non dicitur de Deo esse & Patrem esse.

254. Re.

Relationes non includuntur formaliter in essentia.

254. Relationes personales non includuntur formaliter in essentia, nec essentia in relationibus.

Patet 1. pars quia quidquid includitur in conceptu essentiali Deitatis, convenit cuilibet Personæ Divinæ, cum quælibet sit plenè ac perfectè Deus, ut patet ex C. Nice. docente Filium *esse Deum de Deo*, perfectum de perfecto. Later. c. Damn. asserente Patrem dedisse Filio totam suam substantiam: atqui paternitas non convenit Filio, nec Filiatio Patri, alioqui enim Filius esset verè Pater, & contra, ergo &c.

Nec contra alioqui essentia produceretur & relatio.

Secunda vero colligitur ex PP. Damasc. alijsque apud Vasq. docentibus relationes non significare essentiam, sed modos essendi.

Confir. 1. ex eo quod alioqui relatio diceret quidquid dicit persona completè sumpta 2. Quia alioqui ægre intelligeretur, quomodo essentia non produceretur producta relatione, ergo &c. 3. Mutua inclusio essentiæ & relationum tolleret distinctionem realem inadæquatam essentiæ à singulis relationibus, essentia enim & singulæ Personæ includentes formaliter essentiam includerent omninò idem, adeòque essentia non magis distingueretur realiter inadæquatè à singulis Personis quàm à tribus simul.

Esset idem quod Persona.

Essentia includitur in concreto propriorum.

Dices 1. PP. & D. Th. subinde dicunt communia includi in conceptu propriorum. R. loquuntur de propriis, in concreto, seu de ipsis Personis completè sumptis, quas constat includere essentialia omnibus communia.

Dices 2. hæc propositio, *Pater est Deitas*, admissa est à Conc. Remen. R. solùm admissa est in sensu materiali cont. Gilbert. qui essentiam à personis realiter distinguebat.

Relationes sunt ens à se identice.

Hinc Paternitas non est formaliter, sed solum identicè ens à se, saltem sumptum specialiter, prout juxta varios est definitio Dei, quod addo, quia probabiliter admitti potest, quod sit ens à se sumptum transscendentaliter.

Quod Suar. & alij docent, Deitatem habere se respectu relationum, sicut ratio entis respectu modorum

dorum illam contrahentium, non videtur verum, cum nullum sit fundamentum admittendi ejusmodi transcendentiam essentiæ respectu relationum, sic ut in illis includatur formaliter sicut ens in perseitate, in alietate &c.

255. Relationes Divinæ sunt veræ perfectiones, non solùm identicè, quatenus realiter identificantur essentiæ; sed etiam formaliter, & secundùm se, prout ab illa virtualiter distinctæ. Sunt perfectiones formaliter.

Prob. 1. Ex Damasc. l. 1. de Fide c. 11. relationes vocante, *perfectiones personales.* Cyril. 1. thes. c. 6. dicente, *Pater est perfectus, non solùm quà Deus, sed etiam quà Pater est*. 2. quia relatio, prout virtualiter distincta ab essentia, est ens, & proprietas Deo conveniens ex infinitate suæ naturæ, ergo est perfectio. 3. Quia Personæ formaliter quà Personæ sunt perfectæ, cùm eis ut sic nihil desit. Vt sic enim sunt proprietates Dei.

Hinc tamen non sequitur, plus esse perfectionis in Persona, quàm in essentia, & plus in tribus Personis, quam in una, quia essentia continet eminenter, quidquid est perfectionis in Personis, & singulæ Personæ perfectiones aliarum, 1. eminenter ratione essentiæ, 2. æquivalenter ratione propriæ Personalitatis, aliarum Personalitati æquivalentis; 3. Formaliter per circum in sessionem, id est, mutuam personarum in se invicem inexistentiam, fundatam in identitate naturæ, de qua Ioan. 14. *Ego in Patre, & Pater in me est*. Essentia continet eminenter perfectiones Personarum. Et hæ mutuas formaliter per circum in sessionem.

Potest admitti, quòd in Deo sint perfectiones tres realiter, cum hoc addito, relativæ. Possunt hæ perfectiones dici simpliciter simplices, hoc sensu. 1. quòd nihil habeant imperfectionis admixtæ; 2. quòd naturæ melius sit eas habere, quam non habere, & singulis Personis, melius sit habere in se duas alias per circum in sessionem. Sunt in Deo 3. perfectiones reales.

256. Relationes divinæ inter se oppositæ, ut Paternitas & Filiatio, distinguuntur realiter ab invicem; at verò nullo modo oppositæ (ut Spiratio activa ex una parte, & Paternitas ac Filiatio ex alia) solùm distinguuntur ratione, aut Sola relat. opposita distinguuntur realiter.

virtua-

virtualiter. Prima pars est de fide ex Conc. Tolet. 11. Lateran. sup. n. 224. secunda, est communis, & certa; cont. Dur. 1. quia alioqui in divinis daretur quaternitas rerum distinctarum, nempe Paternitas, Filiatio; Spiratio activa, & Spiratio passiva, quod repugnat Lateran. C. Damn. sup. n. 224.

2. Quia juxta Boet. Ansel. &c. *In divinis, omnia sunt unum, ubi non obviat, relationis oppositio.*

4. Relationes 3. Realiter distinctæ. Hinc dantur in Deo quatuor relationes reales, nempe Paternitas, & Filiatio, Spiratio activa, & Spiratio passiva, non tamen quatuor realiter distinctæ, cùm possit eadem entitas paternitatis v. g. per ordinem ad diverso terminos adæquatos, Filium nempe & Spiritum S. subire munus duplicis relationis.

Paternitas & Filiatio identificatur spiratio in activa realiter inadæquatè. Quare Paternitas & Filiatio identificatur quidem uni tertio, scilicet Spirationi activæ at inadæquate tantùm. Ex quo proinde non sequitur illas identificari inter se: cùm similiter singulæ Personalitates identificentur eidem essentiæ, & tamen distinguantur realiter ab invicem. Possunt itaque relativa non obstante identificatione reali inadæquata cum uno tertio, habere oppositionem relativam inter se, ex qua sola in divinis, & quidem necessariò oritur distinctio realis, quæ ratio locum non habeat in absolutis ac proinde non possunt similiter identificari uni tertio realiter simplici, & tamen inter se realiter distingui.

Res non multiplicatur pro multiplicitate relationum. 257. Nec obstat, quod quævis illarum relationum sit res, & multiplicato inferiori, necessariò multiplicetur superius: hoc enim solùm verum est, quando inferius prout subest multiplicationi, & ejus superius sumitur eodem modo, quod hic non contingit, ubi superius, nempe res ex usu communi sumitur materialiter pro entitate ut est à parte rei, & relatio Spiratoris ex una parte, & Patris ac Filij ex altera, prout faciunt multitudinem, sumuntur formaliter, quatenus respiciunt diversos terminos. Similiter in Deo multiplicantur Ideæ attributa, &c. Non tamen res eorum superius.

Argumentum a commutata pro- Dices cum Dur. sicut se habet generare ad generari, ita spirare ad spirari, erg. sicut se habet generari ad spi-

spirari, ita se habet generare ad spirare, cùm, ut demonstrant Mathematici, valeat argumentum à commutata proportione, atqui generari, distinguuntur realiter, ergo etiam generare, & spirare. R. n. 1. seq. & dico argumentum à commutata proportione solum valere in quantitativis, alioqui enim simili argumento probaretur Patrem, & Spiratorem esse duas personas, hoc modo: sicut se habet Pater ad Filium, ita Spirator ad Spiritum, ergo à commutata proportione, sicut se habet Filius ad Spiritum, ita se habet Pater ad Spiratorem, atque sicut Filius & Spiritus constituunt duas personas realiter distinctas, ita Pater, & Spirator debent constituere duas, quod falsum est.

Proportione valet in quantitativis non in alijs.

Ex dictis patet uni & eidem productioni activæ, generationi nempe, & spirationi, solum virtualiter duplici respondere duas productiones passivas realiter distinctas, scilicet processionem Verbi & Spiritus S. sicut in Creatis eidem virtuti solùm virtualiter multiplici sæpe respondent plures actiones, & effectus realiter distincti, ut intellectui affirmatio, luci solis illuminatio, & calefactio.

Vni productioni activæ, duæ respondent passivę.

258. Paternitas, & Filiatio spirationi passivæ opponuntur relativè, oppositione mediata, sufficienti ad fundandam distinctionem realem, quia Paternitas & Filiatio divina, ex sua ratione individuali, exigunt tanquam proprietatem, sibi realiter identificare spirationem activam, idque necessario & inseparabiliter ex parte sua, sic ut non possint per identitatem esse in ullo supposito sine spiratione activa ipsis identificata: atqui per hoc habetur radicalis, & mediata oppositio sufficiens ad distinctionem realem; cum repugnet spirationē passivam reperiri in eodem supposito cum Paternitate aut Filiat. indispensabiliter exigente spirationem activam in suo supposito.

Paternitas & filiatio realiter identificantur spirationi activæ.

Per quam opponuntur passivæ.

Confir. quia generatio activa est actualis communicatio spirationis activæ; passiva, actualis ejus receptio, atqui repugnat spirationem activam reperiri per identitatem in eodem supposito cum generatione, quæ est essentialiter actualis communicatio, aut receptio spirationes activæ: alioqui enim idem suppo-

Ideoque ab ea distinguuntur realiter.

positum esset spirans, & spiratum, quod repugnat ergo etiam per hoc opponuntur radicaliter & mediatè, sufficienter ad distinctionem realem: major patet, quia Pater per generationem activam communicat Filio quidquid habet ~~Pater~~ Paternitatem, & consequenter Filius per passivam illud recipit.

Persona est individuum naturæ intellectualis.

259. Persona à Boetio rectè definitur, *Rationalis naturæ individua substantia*; vel ut Richar. intellectualis naturæ incommunicabilis existentia.

Tres sunt in Deo.

Dare in Deo tres personas realiter distinctas fide certum est, ex Matth. 28. Symb. Athan. C. Lateran. sup.n.224. PP. consensu, & traditione Ecclesiæ.

Constituuntur rationibus relativis.

Personæ divinæ non constituuntur rationibus absolutis, sed relativis; est communis, & ita certa, ut oppositum à varijs censeatur errori proximum.

Illis enim distinguuntur.

Prob. 1. quia Scripturæ, Symb. Athan. Nicæn. & CC. personas divinas semper exprimunt nominibus relativis. 2. specialiter ex Conc. Tolet. 11. in confessione fidei, ubi sic loquitur *in relatione personarum numerus cernitur*; & infra, *hoc solo numerum insinuant, quod ad invicem sunt*, quibus similia habet Florent. in litteris unionis. Ex quibus constat personas divinas relationibus distingui, & consequenter constitui; cum quodlibet eodem distinguatur à quolibet alio, quo ultimo constituitur in seipso. 3. Quia multiplicatio, non potest oriri nisi ex limitatione, vel oppositione: atqui in divinis essentialiter infinitis, & illimitatis, non potest oriri ex limitatione; ergo ex sola oppositione. In divinis autem non potest esse alia oppositio, quam relativam; ergo Personæ non possunt inter se distingui, & multiplicari, adeoque nec constitui, nisi per rationes relativas.

Ex sola oppositione hic habetur multiplicatio.

Dices: potest Pater constitui, & distingui per rationem absolutam, radicaliter, & mediatè oppositam Filio, & Spiritui S. per hoc, quod inseparabiliter exigat in suo supposito Paternitatem, & spirationem activam; & similiter cum proportione Filius & Spir. S. ergo &c. R. n. ass. frustra enim essent rationes personales absolutæ exigentes proprietates relativas, cùm hæ possint immediatè radicari in essentia, & cum illa absque rationibus absolutis Personas constituere.

Ex

Ex dictis patet meritò ut temerariam & repugnantem modis loquendi PP. ac CC. rejici sententiam Præposit. , nullam in personis divinis admittentis constitutionem . *Hæc constitutio non potest negari.*

Est autem hæc divinarum Personarum constitutio realis ex parte constituti & constituentium , non tamen ex parte modi constituendi, cùm enim constituentia solùm distinguantur ratione & virtualiter, hac ex parte est solùm virtualis , & secundùm rationem. *Est realis ex parte constituentium , non ex parte modi.*

Cùm Proverb. 30. v. 4. significatur nomen Filij Dei nobis esse incognitum , sensus est quod intellectus noster non possit capere , nec plenè ullo nomine exprimere incomprehensibilem excellentiàm generationis , & Filiationis Filij Dei , sicuti est in se; non verò quod constituatur per proprietatem absolutam , cujus nomen ignoramus.

260. Personæ divinæ , æque dici possunt constitui originibus , quàm relationibus , si loquamur de earum constitutione, prout virtualiter exercetur à parte rei , abstrahendo à nostro modo concipiendi . Hic autem nomine originis intelligitur productio , unde sicut hæc dividitur in activam , & passivam , ita & illa. Origo passiva est via à producente ad personam, non producendam quasi in futuro , sed quæ ab æterno reipsa producitur. *Etiam rectè dicuntur cōstitui originibus.*

Prob. 1. ex PP. qui constitutionem ac distinctionem Personarum attribuunt modo relationibus , ut patet ex n. 246. modo originibus , ut Athan. orat. 5. contra Arianos , *ex Patre esse , Filium est esse* . Damasc. de Nat. B. V. *gigni est proprietas personalis Filij* , Hilar. l. 12. de Tri. *Filius est nativitas*, & alijs apud Ruiz. 2. quia origo , & relatio , v.g. generatio activa , & Paternitas , non distinguuntur virtualiter , vt formalitates distinctæ per ordinem ad munia , ut connotata diversa, sed tantum juxta nostrum imperfectum concipiendi modum , quo origo concipitur quasi in fieri, & per modum viæ ad terminum ; relatio verò magis in facto esse , seu ut forma permanens; licet in reipsa sint eadem simplex formalitas , exercens eadem munia ; cùm origo quamvis ordinarie non exprimatur nomine relativo , sit quædam ratio relativa , v.g. generan- *Cùm PP. personarum distinctionem sæpe illis tribuant.*

nerantis ad eum qui gignitur; & relatio prout personarum constitutiva non sit aliud quam respectus actualis originis: ergo &c

Sæpius tamen relationibus.

261. Potius tamen dicendæ sunt Personæ constitui relationibus, quam originibus, nempe loquendo de Personis, juxta imperfectũ nostrum concipiendi modum, cum aliquo fundamento in re à creatis accepto.

Adeoque his potiùs dicendæ sunt constitui.

Prob. 1. quia Scripturæ, PP. & CC. frequentiùs, & consequenter magis propriè Personas divinas exprimunt nominibus Patris ac Filij, quæ significant relationes, quam nominibus genitoris, geniti, ac procedentis, quæ important originem; ergo &c. 2. quia origo, ut sic, non concipitur, ut aliquid intrinsecum, aut permanenter inexistens personis, sed vel ut via à principio, vel ut via ad terminum; relatio verò concipitur ut forma intrinseca permanenter inexistens Personis; atqui forma hypostatica, seu Personæ constitutiva, debet concipi ut aliquid intrinsecum, & permanenter inexistens personæ, cùm hæc sit quid permanens: ergo &c.

Constituuntur autem relationibus sumptis incompletè instar transcendentalium.

262. Constituuntur autem relationibus non sumptis completè in esse relationis, seu ad modum relationum prædicamentalium, præsupponentium suum terminum, & rationem fundandi, sed sumptis incompletè, & instar relationum transcendentalium, non necessariò præsupponentium existentiam sui termini, ut patet in relatione scientiæ ad scibile, volitionis efficacis aliquid faciendi ad factibile, &c.

Quia Paternitas ut cõstitutiva est prior origine Filio, ejus generatione passiva, imò & activa.

Prob. quia Paternitas, v.g. ut constituens Personam Patris est prior origine termino originato, seu Filio, cùm ejus principium constituat; ejusq; generatione passiua, & secundùm nostrum modum concipiendi, etiam prior est ipsa origine activa, quandoquidem hæc, cum fundamento in creatis concipiatur, ut progrediens à Persona subsistente, adeoque illam ex nostro modo concipiendi præsupponat constitutam, ergo Paternitas ut constituens Personam Patris, non est Paternitas sumpta completè instar relationis prędicamentalis, qualiter præsupponit existentiam termini & rationis fundandi, ex ijsque resultat, ut patet ex Paternitate creata, sed sumpta incompletè instar rela-

relationis transcendentalis, seu formæ relativæ subsistentis, antecedentis terminum, ejusque productionem ac de se aptæ illum inferre, eoque posito, suum suppositum completè ad illum referre. In idem redit, quod dicunt alij, nempe Patrem constitui relatione Paternitatis ut concepta, non ut exercita, seu sumpta absolutè, non connotativè: per quod alijs verbis exprimunt Patrem constitui Paternitate incompletè, non completè. Ex his.

Ergo ut sic non est instar relat. prædicamentalis.

263. Colliges 1. divinam Paternitatem juxta nostrum concipiendi modum in creatis fundatum, pro triplici signo rationis, tribus diversis modis accipi.

Paternitas variè sumitur prout variè respicit Filiū in fieri & in facto esse.

1. Incompletè, prout constituit primam Personam priùs ratione, quàm intelligatur origo activa; & sic est relatio necessariò habentis Filium, aut summè determinati ad habendum Filium in fieri. Pro posteriori rationis, & in facto esse pro posteriori originis.

2. Paulò magis completè, pro relatione actu generantis seu habentis Filium in fieri.

3. Omninò completè, pro relatione actu habentis Filium in facto esse, præsupponendo ejus generationem.

Secunda, & tertia acceptio cum proportione locum habet in relationibus Personarum procedentium, non prima; cùm Persona Filij, & Spiritus S. non possit secundùm rationem præintelligi constituta ante originem passivam, quæ concipitur ut via ad Personam constituendam in esse subsistentis, & nondum ut eam constituens: unde Persona procedens constituitur relatione resultante ex processione in fieri; sic ut secundùm rationem sit posterior processione in fieri, & prior processione in facto esse. Quare Filiatio, ut est constitutiva secundæ Personæ, est relatio actu procedentis à Patre in similitudinem naturæ.

Hæc varietas ex parte est in personis productis.

Colliges 2. absque circulo admitti posse has propositiones, *ideò prima Persona generat, quia est Pater, ideò prima Persona est Pater, quia generat*: si nempè Paternitas in priori sumatur incompletè, in posteriori verò completè. Item has propositiones non esse contradictorias, sed veras *Paternitas est prior Persona Filij: Paternitas non est prior, sed posterior Persona Filij.* si nem-

Paternitas sumpta incompletè est prior generat & persona Filii.

Completè est posterior.

si nempè Paternitas in prima sumatur incompletè, in secunda completè, eodem sensu: *Paternitas, & Filiatio sunt, & non sunt simul natura.*

Adde quod alio sensu Paternitas, & Filiatio sumptæ incompletè sint simul natura, hoc nempe sensu, quod sit tanta determinatio, & necessitas naturæ, ad illas habendas; ut nullo instanti realis durationis possit esse una sine alia.

Constituens hic essentialiter præsupponit essentialiter.

Col. 3. constituens hic non esse, etiam secundum rationem prius constituto; quia, cùm constituens, nempe Paternitas, essentialiter præsupponat alterum (nempe essentiam) cum quo constituit, eique necessariò identificetur; non potest intelligi adesse constituens, quin eo ipso intelligatur adesse constitutum, ad quod, posito constituente, nulla ulterior expectari potest determinatio. Sunt tamen, qui hic agnoscunt aliquam prioritatem inter constituens & constitutum, nec improbabiliter, quia licet relatio Patris in actu exercito, seu prout formaliter exercens munus referendi suum suppositum, non possit intelligi ulla ratione prior Persona Patris, quam refert; in actu signato tamen; seu sumpta secundùm se, & in abstracto pro forma per se respiciente aliud, & nata suum, constitutum referre, eo ipso, quo intelligitur esse, videtur posse aliquo modo intelligi prior Persona, quam constituit & refert. Simile est in relatione ad Creatorem essentiali creaturæ, & illius constitutiva.

Non est prius constituto.

Nisi sumatur in actu signato.

Pater etiam constituitur innascibilitate.

Col. 4. Patrem dici posse constitui innascibilitate sumpta positivè, & fundamentaliter, quia sic sumpta non distinguitur à Paternitate sumpta incompletè, cùm non sit aliud, quàm prioritas originis in ente æterno, & à se.

Relatio trãscendentalis constituit id quod refert; non accidentalis.

264. Dices 1. Relatio creata non constituit id quod refert, sed illud præsupponit. R. prædicamentàlis, & accidentalis, c. transcendentalis, & essentialis, quales sunt relationes actus ad objectum, creaturæ ad Deum &c. quibus similes sunt Divinæ Personales, sic n. Hinc sicut in creatis non est prius actionem esse, quam operari ut quo, quia hoc est ipsi essentiale, ita in hoc mysterio non est prius patrem esse, quàm gene-

generare, quia est sibi essentialiter suum actuale exercitium generandi.

Dices 2. omnis relatio supponit aliquid absolutum, quod refert. R. creata c. increata n. hæc enim ex sua speciali ratione debet referre relativum ad relativum, quia debet referre ad distinctum, & non potest referre ad distinctum, nisi referat ad relativum: quia ex Boet. *in Deo omnia sunt idem, vbi non obviat relationis oppositio.* Relatio divina refert ad relativũ, quia ad distinctum.

265. Spiratio activa, non est formaliter constitutiva primæ & secundæ Personæ, sed solum materialiter, quia ad earum constitutionem, non concurrit per modum determinantis ad esse personale proprium, & incommunicabile, quod requiritur ad rationem constitutivi formaliter, & propriè; sed sicut essentia, tamquam aliquid pluribus commune, & determinabile, adeòque solùm materialiter, constituit tamen Patrem & Filium in esse Spiratoris distincti à Spiritu S. Spiratio activa non constituit formaliter 1. & 2. personã.

266. Dentur in Deo tres subsistentiæ relativæ. Ita Suar. Vasq. cont. Dur. Scot. Capreol. Prob. ex PP. Athan. q. 7. *Tres personas confiteor, tres substantias, tria propria, tres caracteres.* Ambros. in Symb. Apostol. c. 2. *Catholicum est, ut & unum Deum secundùm unitatem substantiæ fateamur? & Patrem, & Filium, & Spiritum S. in sua quemque subsistentia sentiamus,* Damasc. l. 1. de Fide c. 9. *tres hypostases,* id est *subsistentiæ,* & alijs apud Ruiz, cum CC. Nicœn. Constantin. Florent. in Deo tres esse subsistentias apertè docentibus. Dantur in Deo tres subsistentiæ relativæ.

Dices PP. ordinariè subsistentiam sumunt concretè, sic ut idem sit, quod Persona. R. hoc nihil referre; cùm enim concreta substantiva non multiplicentur, nisi multiplicato eorum formali significato, ex eo quod PP. & CC. doceant in Deo dari tres subsistentias in concreto, rectè infertur ex eorum mente dari tres subsistentias in abstracto, sicut ex tribus Personis rectè inferuntur tres personalitates. Ex multiplicitate personarum sequitur multiplicitas personalitatum & subsistentiarum.

Prob. 2. quia subsistentia est ratio substantialis constituens cum natura substantiam completam, tamquam proprium ejus constitutivum: atqui tres Quæ cum natura constituunt tres

substantias incommunicabiles. relationes sunt tria complementa substantialia constituentia cum natura tres substantias completas, incommunicabiles; & quævis illarum est propria Personæ, in qua est, ergo sunt tres subsistentiæ.

Confir. Quia personalitas est subsistentia incommunicabilis; atqui in Deo sunt tres personalitates: ergo tres subsistentiæ incommunicabiles.

Dantur in Deo tres existentiæ relativæ, ut tres. 267. Admittendæ sunt in Deo tres existentiæ relativæ; ita Scot. Suar. contra Thomistas. Prob. 1. quia, ut suppono ex Metaph. existentia non distinguitur ab entitate actuali; sed in Deo sunt tres entitates actuales relativæ, seu, ut loquitur S. Th. in 1. dist. 25. a. 4. ad 2. *plures quidditates quodammodo*, ergo, &c. Prob. 2. quia ex communi sensu Aug. Damasc Ansel. aliorumque PP. apud Ruiz, tres Personæ sunt tres res, &c. quia productio in Divinis terminatur ad Personam existentem ut sic.

Unicum esse substantiale absolutum. Dices: Hier. epist. 57. Aug. l. 7. de Trin. cap. 4. & alij apud Ruiz videntur in Deo ponere unicum esse, seu existere substantiale. R. intelligendi sunt de unica existentia absoluta & communi, quæ ex usu passim recepto venit nomine existentiæ simpliciter. Eodem sensu explicandus est S. Th. q. 2. de poten. a. 6. O. & q. 8. a. 2. ad 2

Cujus existentiæ relativæ sunt velut modi. Cum verò Damasc. l. 3. de Fide c. 5. dicit relationes divinas esse diversos modos existendi ejusdem essentiæ Divinæ, solùm vult quod natura Divina non existat secundum se, & simpliciter per relationes, non verò quòd relationes non existant per existentiam relativam sibi propriam. Hinc.

3. Æterna æternitate relativa &c. 1. Possunt admitti in Deo tres æternitates, tres veritates & bonitates transcendentales & consequēter tres æterni, veri, &c. etiam substantivè: sed cum hoc addito, æternitate relativa, veritate relativa &c. non simpliciter; hoc enim esset contra Symb. Athan.

2. Tres Personæ dici possunt tres entitates, tres, & tria simpliciter, idque conformiter Aug. 6. de Trin. c. 4. ita loquente, *sunt illa tria Deus unus.*

Non tres essentiæ, quia essentia est prima radix. Quamvis existentia (ut hic supponimus ex Metaphysica) idem sit quod essentia actualis; non ideò hic admittendæ sunt tres essentiæ, etiam cum hoc addito

dito relativæ; quia hìc nomen essentiæ sumitur strictè pro radice proprietatum, non latè pro quidditate cujuslibet rei; ut cùm dicitur, quod existentia non sit aliud, quam essentia actualis.

In Deo sunt tria individua divina, tres naturæ intellectualis, individuæ substantiæ; non tamen tres dij, quia sunt individuæ substantiæ naturæ ejusdem, pluribus communicabilis, absque ulla sui multiplicatione. Sunt tria individua Divinitatis.

268. Non datur in Deo subsistentia essentialis, absoluta, & communis, si nomen subsistentiæ sumatur propriè, & strictè pro complemento substantiali, naturam ultimò terminante, eamq; formaliter faciente existere per se incommunicabiliter. Ita Bon. Richar. Valen. Vasq. contra Scot Cajet. Mol. Granad. Non datur in Deo subsistentia absoluta.

Prob. 1. ex CC. Constantin. 1. in epist. ad Damas. ubi habetur: *credimus unam substantiam, vel naturam, tres subsistentias*. Tolet. 2. *Quoniam non est idem natura, & subsistentia: omnes enim PP. consonanter nos docent, aliud esse naturam, sive substantiam, aliud subsistentiam sive Personam; & naturam quidem, sive substantiam, hoc quod est commune significare: subsistentiam autem, sive Personam, hoc quod est speciale.* CC. & PP. solùm agnoscunt tres subsistentias relativas.

2. Ex PP. apud Ruiz & Petav. qui in Deo solùm agnoscunt tres subsistentias relativas, ac nominatim Theodoret. in Breviario liberati *subsistentia, & Persona in nullo significatorum differunt*. Hilar. l. de Synod. *catholicum est dogma, non admittere unum subsistentem, sed unam substantiam non differentem.* Quas sumunt concretè.

Verùm quidem est PP. & CC. sumere saltem plerumque, subsistentiam concretè, inde tamen evidens est, ex eorum mente, in Deo non dari unam rationem subsistendi absolutam, & communem; alioqui etiam daretur (quod negant adversarii) concretè aliquod subsistens absolutum, & commune, & consequenter, una Persona absoluta & communis, nam subsistentia absoluta esset personalitas absoluta & communis; cùm personalitas non sit aliud quam subsistentia naturæ intellectualis; personalitas autem absoluta & communis constitueret Personam absolutam & communem, quam nemo admiserit.

Datur subsistentia absoluta late dans esse independenter ab omni alio quod est cōmune tribus personis.

Dixi *propriè & strictè*; quia si subsistentia sumatur latè, & minus proprie pro forma Deo tribuente existere perfectissimè secundùm se, aut existere per se independenter ab omni alio, in quovis genere causæ vel specialiter independenter ab alio ut subjecto, seu ut sustentante; datur in Deo subsistentia essentialis, & absoluta, communis tribus personis, cùm hic modus subsistendi singulis personis conveniat cum essentia, & formaliter per ipsam essentiam. Vnde hæc controversia multum habet de nomine, cùm assertores subsistentiæ absolutæ non videantur plus velle, quam Divinam essentiam ex suis intrinsecis habere perfectissimum modum existendi per se, hoc est independenter ab omni alio.

269. Hoc sensu subsistentiam accipiunt PP. dum dicunt naturam Divinam per se subsistere, ac nominatim Aug. l.7.de Trin. c. 4. *omnis res ad se ipsam subsistit, quanto magis Deus*. Quamquam ibi præcipuè intendat divinam essentiam esse substantiam, & hanc vocem, *Deus* non dici relativè, uti neque hæc: *Persona*.

Agatho Papa, in epist.ad 6 Syn. non habet *confitemur trium substantiarum, unam subsistentiam*, sed ut rectè colligunt Vasq. Ruiz, & alij ex contextu, & editionibus correctioribus sub Sixto 5. *trium subsistentiarum unam substantiam*.

Hoc sensu Deitas per se subsistit.

Hæc vox, *hypostasis*, ab Hier. & aliis subinde usurpata est pro substantia priusquam ex usu PP. & CC. esset particulariter applicata ad significandum suppositum, seu subsistens.

Subsistentia improprie sumitur pro essentia.

Boetius l. de naturis impropriè loquitur, dum subsistentiam confundit cum essentia.

Essentia eminenter continet subsistentiam.

Deus est cōcretum ex divinitate &

Hinc 1. licet subsistentia sit perfectio simpliciter; eam tamen (cùm non sit perfectio in genere naturæ, sed Personæ) essentia Divina, ut præcisa à relationibus Personalibus non continet formaliter sed solùm radicaliter, 2. ly *Deus* propriè loquendo est concretum ex Divinitate, & Personalitate indeterminatè sumpta: unde licet essentia Divina, ut præcisa à relationibus, secundùm proprias earum rationes tantum, sit formaliter Deus, & non solum Deitas: ut præcisa tamen ab illis, etiam secundùm rationem confu-

confusam personalitatis, est solum Deitas, non Deus. Igitur nomen subsistentiæ, & Personæ in Divinis, significat aliquid commune tribus Personis, non communitate rei, sicut essentia; sed communitate rationis, sicut genera & species in creatis.

personaliter sumpta confuse.

§. III.

Personæ in particulari.

270. NOtio hic ex mente Aug. 5. de Trin. c. 6. *est ratio objectiva notificans Personam*, seu Personam unam distinguens ab alia, vel ab alijs. Ex mente S. Th. importat aliquam specialem excellentiam in Persona, quam distinguit.

Notio est ratio notificans personam.

Rectè assignantur quinque notiones, nempe *innascibilitas, seu improducibilitas, Paternitas, Spiratio activa, Filiatio, & Processio*. Hinc 1. notio latius patet, quàm relatio, cùm *innascibilitas* sit notio, non relatio: unde sunt quinque notiones, & solum quatuor relationes. 2. etiam latiùs patet quam proprietas strictè; cum enim *Spiratio activa* sit communis Patri & Filio, solum sunt tres proprietates strictè, id est, uni tantum Personæ propriæ.

Sunt 5. notiones.

Non constituitur specialis notio Spiritus S. per hoc quod nullus ab eo procedat, quia hoc non importat specialem excellentiam seu dignitatem in Spiritu sancto, qualem importat in Patre innascibilitas (seu non procedere ab alio) quæ propterea est specialis notio: non tamen inspirabilitas respectu Filij: quia solum dicit negationem producibilitatis per voluntatem, in quo nulla involvitur specialis excellentia, cum utraque processio sit æquè perfecta.

Inspirabilitas in Filio & impotentia producendi ad intra in Spiritu S. non est notio.

271. Pater in Divinis est prima Persona, principium sine principio, à quo procedit Filius, & Spiritus S. Est de Fide ex Symbolis Athan. Nicęn. ex CC. Lateran. Floren. & aliis.

Pater est princip. sine principio impropriè fons Deitatis.

Licet Filius eò quòd procedat à Patre, rectè dicatur esse à principio, & habere principium originis, ex usu tamen Latinorum non dicitur principatus, ne significetur minor Patre; nec simpliciter dicendus

Filius non est principatus.

dus est habere principium, ne videatur ad mentem Arianorum dici habere principium durationis.

Cum Aug. 4. de Trin. c. 2. Ambr. Athan & alij dicunt Patrem esse principium, fontem, originem totius Deitatis, intelligendi sunt in sensu accommodo minus proprio & rigoroso, hoc nempe, quod Pater producat alias personas, eisque communicet Divinitatem.

Personalitas 1. virtualiter emanat ab essentia.

272. Prima personalitas, constitutiva Patris, habetur per emanationem virtualem ex immediata deminatione Divinæ naturæ, quæ cùm ob suam infinitam exigat identificari tribus Personalitatibus quarum prima haberi nequit per productionem, nisi producat se ipsam saltem mediatè, dicenda est virtualiter resultare, sicut proprietates metaphysicæ seu logicæ in creatis.

Persona in Divinis est proprijssimè Pater respectu Verbi, respectu creaturarum impropriè.

273. Nomen pater est proprium primæ personæ, cum illi soli conveniat, & quidem proprijssimè & perfectiùs quam Patri in creatis, quia generatio, qua filium gignit est proprijssima, & perfectiùs in similitudinem naturæ quam in creatis, cùm per eam communicetur eadem numero natura; in creatis verò solùm eadem specie. Hinc ad Ephes. 3. dicitur: *ex quo omnis Paternitas in cœlo, & in terra nominatur*. Nomen Patris in divinis per prius dicitur personaliter & propriè per ordinem ad filium ab æterno genitum, quam essentialiter & metaphorice per ordinem ad creaturas in tempore productas.

Pater est ingenitus, 1. quia non est creatus, 2. quia non est productus per generationem. 3. quia est absolutè improductus, 4. quia non est communicatus, ut est essentia.

274. Verbum est nomen personale Filio proprium, cùm solus Filius procedat per intellectum, unde propriè loquendo non dicitur essentialiter ut vult Dur. sed solum notionaliter. Est Magistri Bonav. & S Th. hic q. 34. a. 1. in O.

Verbum solùm usurpatur notionaliter.

Prob. 1. ex script. Ioan: 1. *in principio erat Verbum*. 1. Ioan. 5. *Tres sunt, Pater, Verbum, & Spiritus*. Apoc. 19. *& vocatur nomen ejus verbum*. Prob. 2. ex PP. Clem. Rom. Iust. Ign. & alijs apud Ruiz Petav. qui nomen

men Verbi semper sumunt notionaliter tantùm. 3. ratione, quia Verbum ex usu scripturæ & communi PP. & DD. sensu est terminus locutione productus unde PP. Nicænæ Synod. apud Ruiz dicunt: *si enim Verbum Dei esse cogites, cum ex illo esse sine differentia cogitaveris*; & Aug. 7. de Trin. c. 2. ait: *filium eo esse Verbum, quo est Filius.* Item *esse Verbum, quia est sapientia genita*: atqui nihil essentiale in divinis est productum ergo &c.

Quia est terminus productus locutione.

Confir. 1. quia loqui & Verbum, sunt correlativa 2. quia loqui alteri est illum reddere intelligentem verbo à loquente producto.

275. Hinc solus Pater in divinis propriè loquitur idque soli Filio, cùm solus Pater producat Verbum, quo solus Filius redditur intelligens. Scriptura tamen subinde toti Trinitati simpliciter tribuit *dicere*, & *Verbum* sicut creare ut Psal. 32. *Verbi Domini cæli firmati sunt: Dixit & facta sunt*: sed tunc *dicere*, & *Verbum* accipit impropriè pro efficaci imperio divini intellectu, aut decreto libero divinæ voluntatis circa operationes ad extra, aut etiam pro ipsis operationibus, quæ habent se instar locutionis externæ, quatenus per illas Deus se manifestat.

Qua solus Pater loquitur soli Filio.

Sumitur impropriè pro imperio intellectus & volunt.

2. Pater loquitur Verbum ut objectum, & terminum locutione productum; loquitur Verbo ut Personæ cui manifestat Verbum; loquitur per Verbum, non tanquam per quos seu potentiam locutivam, hæc enim est ipsa proprietas relativa Patris, quæ est proximum formale principium productionis Filij: neque tanquam per locutionem activam: sed loquitur per Verbum inadæquatè sumptum pro ipsa generatione passiva, tanquam per locutionem passivam & per verbum sumptum inadæquate pro essentia communicata tanquam per formale manifestativum. Vnde generatio activa est locutio activa.

Pater loquitur Verbum ipsi Verbo, & per Verbum.

276 Dices 1. Gen. 1. v. 26. significatur personas Divinas sibi mutuò loqui his verbis: *faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*. Ergo loqui non convenit soli Patri, sed tribus Personis. R. personas divinas sibi invicem loqui impropriè communi judicio & voluntatis consensu decernendo

Dicere sumitur impropriè pro intelligere.

ope-

operationes externas non propriè producendo Verbum, quo sibi mutuò communicent suas cognitiones.

Dices 2. Anselm. Monologij c. 60. ait: *nihil aliud esse summo spiritui dicere, quàm quasi cogitando intueri*, Et c. 30. & 34. *idem esse dicere, quod intelligere*: R cum S. Thoma Ansel. loqui impropriè: ibi enim sumpsit *dicere* pro intelligere, à quo tamen propriè loquendo multum differt; nempe in eo, quòd, *dicere*, principaliter importet habitudinem ad verbum prolatum, seu concipiendo productum, ad quod requiritur actio formalis: at verò intelligere ut sic solum dicat habitudinem ab objectum cognitum, ad quam (cùm nullam importet rationem originis) sufficit actio grammaticalis sita in tendentia vitali ad objectum. Vnde hoc commune est toti Trinitati, illud Patri proprium.

Dicere ordinatur ad verbum prolatum, intelligere ad objectum.

Ideò autem ab Amb. Ansel. & aliis subinde divina intellectio impropriè accipitur pro Verbo propter convenientiam quam habet cum verbo creato, in eo, quod sicut hoc ita & illa suum suppositum reddat formaliter intelligens, & quodammodò objectum sibi dicens.

277. Ex dictis. 1. Verbum propriè dictum in divinis procedit à Verbo impropriè dicto, sc. ab intellectione Patris ut suo formali principio.

2. Verbum in divinis est ab intellectione sumpta completè & in facto esse; in creatis verò est ab intelectione sumpta incompletè pro ipsa productione actus vitalis, non ut à principio; sed ut à principatione.

Verbum est à verbo improprio. sc. ab intellectione completa, æquivalenti verbo creato.

3. Verbum in divinis est notitia ut importans relationem producti à dicente, sub qua consideratione est notionalis, non essentialis.

4. Verbum est juxta Ambros. Verbum de Verbo improprie dicto, idest de intellectione, quæ est æquivalenter verbum creatum, quatenus Deum formaliter reddit intelligentem, sicut verbum creatum creaturam. Deinde Ambros. solum vult credendum esse, quòd Verbum sit ejusdem essentiæ cum Patre.

5. Verbum & Filius in divinis significant idem; non sunt tamen synonima, quia Verbum importat duplicem relationem, unam realem producti à produ-

Verbum & Filius idem significant, sed diversimodè.

ducente, alteram rationis, sc. repræsentantis ad objecta repræsentata, quarum prior convenit Filio, æquè ac Verbo; non tamen posterior. Deinde relatio Verbi ut Verbi magis explicitè dicit ordinem procedentis a dicente; contra verò relatio Filij ut sic magis explicitè dicit ordinem viventis à vivente in similitudinem naturæ.

278. Dices 3. Spir. S. ex Ioan. 16. loquitur quæcumque audivit. R. loquitur propriè per productionem Verbi interni sicut Pater N. Impropriè, nempe hominibus per productionem Verbi externi, sive vocalis, sive etiam mentalis producti in mentibus hominum, quibus communicat, quæ audivit à Patre & Filio ipsi loquentibus impropriè per intellectionem essentialem ei communicatam per actum voluntatis, sic C.

Dices 4. Amor in divinis tam accipitur essentialiter, pro formali actu diligendi, quàm personaliter, pro termino intellectione producto, qui est Spir. S. ergo similiter Verbum. R. N. seq. dispar. est quod desint voces diversæ, quibus volitio & ejus terminus exprimantur, secus respectu Verbi.

279. *Verbum procedit* ex cognitione perfectissima essentiæ, & omnium Personarum, tanquam ex principio formali remoto, conformiter dictis sup. num. 240. Verbum procedit ex cognitione essentiæ & personarum.

Prob. 1. ex PP. Hil. Cyr. Basil. & alijs apud Ruiz docentibus Verbum esse adæquatum divinæ scientiæ & expressivum omnium quæ Pater novit, ut expressè Aug. l. 15. de Trin. c. 14. *Pater genuit Verbum sibi æquale per omnia: non enim seipsum integrè perfectèque dixisset, si aliquid minus aut amplius esset in ejus Verbo, quàm in ipso; & ideo Verbum hoc verè veritas est, quoniam quidquid est in ea, scientia de qua genitum est & in ipso est*: & Ansl. in prol. c. 33. *non potest aliquid majus vel minus te esse in Verbo tuo, quo te ipsum dicis; quoniam Verbum tuum sic est verum quomodo tu veritas*; quibus verbis PP. docent Patrem dicere Verbo seu Filio quidquid scit, quia illum producendo ei communicat suam intellectionem omne scibile essentialiter repræsentantem. Cum sit adæquatum divina scientia.

Prob.

Et procedat ex cognitione comprehensiva Patris.

Prob. 2. quia Verbum procedit ex cognitione perfectissimè comprehensiva divinæ essentiæ, & saltem Personæ Patris, cum procedat ut hujus imago; atqui talis cognitio haberi nequit sine perfectissima cognitione aliarum etiam personarum Filij, & Spiritus S. in ipsa essentia radicatarum, eique identificatarum: ad quas Pater ita essentialem dicit ordinem, ut non possit perfectè cognosci sine illis: ergo, &c. Prob. Ma. quia Verbum divinum, cum sit necessariò infinitè perfectum in ratione Verbi, est necessariò adæquatum cognitioni Patris illud dicentis: seu Pater illud dicendo, necessariò dicit quidquid scit in priori rationis quam illud proferat, alioqui enim non esset perfectissimum: ergo necessariò procedit ex tota adæquata cognitione quam habet Pater in illo priori rationis; cùm (ut patet ex verbo creato vocali) prolatione verbi id solum dicatur ex cujus cognitione Verbum procedit: ad id enim solum ordinatur Verbum. sicut illud procedere ex aliqua cognitione aliud non sit, quàm produci ad exprimendum id, quod est in ista cognitione: atqui Pater in illo signo rationis habet cognitionem perfectissimè comprehensivam divinæ essentiæ, & suæ personalitatis, quæ cognitio non potest non attingere personalitates Filij & Spiritus S. saltem indirectè, ei.

Sit qua infinitum in ratione verbi.

Dictio Verbi est necessaria.

Confir. 1. quia correlativa sunt simul natura & cognitione. Ergo non potest cognosci Pater sine Filio, nec Spirator sine Spiritu S. ergo, &c. 2. quia dictio Verbi non est Patri libera sed omninò necessaria, & necessariò omnium quæ scit, cùm fiat per scientiæ communicationem Patri adæquatè necessariam, quam proinde non potest dimidiare suæ scientiæ partem unam communicando, alteram reticendo.

Spir. S. est objectum purè terminativum cognitionis, ex qua.

280. Quamvis Verbum procedat ex cognitione Spir. S. non ideò est ejus imago, sicut est Patris, quia nempe ab ipso Spir. S. nullo modò procedit: non enim tanquam à principio productivo ut patet; neque tanquam ab objecto motivo & specificativo cognitionis ex qua procedit; cùm propriè & realiter loquendo, divina cognitio nullum habeat objectum, à quo motivè causetur aut specificetur, & secundùm

nostrum

noſtrum modum concipiendi ſola eſſentia, quæ eſt primarium ejus objectum fit ei loco motivi & ſpeciei: ſic ut proinde Spiritus S. (uti & cætera objecta ſecundaria) ad illam ſe habeat ut objectum purè terminativum, nullo modo ut motivum; unde etiam fit ut Spiritus S. nullo modo ſit prior cognitione ex qua procedit Verbum, & conſequenter nec verbo, quia objectum non eſt prius cognitione ſui repræſentativa, niſi illam per ſe aut per ſpeciem ſui vicariam aliquo modo cauſet.

Verbum procedit quæ proinde non eſt ex Spir. Sanct.

281. Hinc 1. Verbum nullo modo procedit ex ſe ipſo, licet procedat ex cognitione ſui ipſius, quia Verbum non eſt prius iſta ſui cognitione, cùm non ſit principium ejus productivum nec objectum motivum, ſed puræ terminativum; imò illa cognitio ſit illius principium.

Vti nec ex poſſibilibus.

2. Ob eandem rationem Verbum, nullo modo procedit ex creaturis ut poſſibilibus, licet, ut dicemus n. 285. ex earum cognitione procedat.

3. Pater intelligitur in ſe perfectè Beatus antecedenter ad proceſſionem Filij & Spiritus S. per cognitionem perfectiſſimam ſuæ eſſentiæ & Perſonarum in illa, ſic ut proinde pro illo priori Perſonæ non terminent Patris cognitionem ut exercitè exiſtentes in ſe ipſis, ſed ut exiſtentes in eſſentia, ſeu ut ex intrinſeca determinatione eſſentiæ neceſſariò coexiſtentes Patri ejuſque intellectioni ab æterno in omni inſtanti realis durationis, licèt in poſteriori originis, ſub qua conſideratione perſonæ procedentes ſunt priores cognitione ex qua Verbum procedit nullo modo tamen illius principium: unde Pater ab ijs nulla ratione accipit ſuam Beatitudinem, Verbum itaque procedit ex cognitione ſui & Spiritus Sanct. ut objecti purè terminativi, nullo modo ut principij.

Pater non accipit beatitudinem à Perſonis.

282. Verbum procedit ex cognitione ut formaliter intuitiva omnium perſonarum; de Perſona Patris, cùm ſit origine prior Verbo, nullum poteſt eſſe dubium: de tertia & ſecunda Prob. quia procedit ex cognitione illarum in ſeipſis ut exiſtentium, cùm procedat ex earum cognitione ut ſunt in Deo ejus eſſentiæ realiter identificatæ ac proinde ut in ſeipſis ſunt

Verbum procedit ex cognitione perſonarum ut intuitiva.

sunt ens necessarium & æternum; immò ut pro omni instanti realis durationis ipsi cognitioni, illas repræsentanti realiter coexistentes: atqui cognitio objecti in se ipso, ut exercitè existētis & ipsi cognitioni realiter coexistentis est formaliter intuitiva ergo &c.

Confir. 1. quia cognitio ex qua Verbum procedit est perfectissimè intuitiva essentiæ: ergo & Personarum ipsi realiter identificatarum 2. quia habet ex se ita omnem perfectionem cognitionis intuitivæ, ut eo ipso, quo in posteriori originis intelliguntur esse personæ procedentes, eo ipso absque ulla sui variatione intelligatur complete & formalissimè earum intuitiva ergo &c. 3. quia vi suæ fœcunditatis illas partim immediatè partim mediatè necessariò infert, sic ut proinde ad illas non terminetur abstrahendo ab illarum existentia exercita (ut facit scientia practica creaturarum, de se indifferens ad earum existentiam) sed necessariò illam inferendo.

Id est illa repræsentante in seipsi ut sibi realiter coexistentes ab æterno, in omni instanti reali, licet non in priori originis.

283. Dices 1. in illo priori originis, quo Pater habet cognitionem, qua gignit Filium, ei necdum coexistunt aliæ personæ, cum prius illas cognoscat quàm producantur: ergo &c. R. N. seq. inde enim solum habetur quòd illas non cognoscat ut exercitè existentes, & sibi præsentes in illo priori originis; non verò quòd in illo priori originis illas cognoscat, ut exercitè existentes in posteriori originis, & ut sibi coexistentes in omni instanti realis durationis; quod hic solùm asserimus & (nisi fiat quæstio de nomine) abunde sufficit ad rationem intuitionis. Adde quod illa cognoscat ut existentes in illo priori originis, non quidem in se ipsis, sed in ipsa essentia ad illas in omni instanti reali habendas sibi coexistentes summè determinata.

Intuitio præsupponit existentiam objecti cum ab eo causatur, quod non convenit divinæ intellectioni

Dices 2 Visio necessariò præsupponit existentiam sui objecti. R. hoc non esse verum universaliter, sed solum quando visio aliquo modo causatur ab objecto, ut visio creata; vel ab eo completur in esse visionis liberæ, ut libera Dei visio creaturarum, ut existentium: quorum neutrum convenit intellectioni, ex qua procedit Verbum; quippe quæ nec ullo modo causatur a Verbo, nec ab eodem com-

completur in esse visionis liberæ; cùm non sit libera, sed necessaria, ac proinde nullo modo completur per suum objectum in esse visionis uti, nec volitio necessaria completur in esse per objectum, in quod necessariò tendit. Vnde intellectio ex qua est Verbum tam potest esse Verbi intuitiva, licet non sit prior, quàm actus imperij intellectualis, quo, juxta varios Thomistas, Deus res causat, sit illarum intuitiva, quamvis illas non præsupponat, sed inferat.

respectu Verbi & Spiritus S. quæ potest dici abstractiva latè.

284. Dices 3. Cognitio ex qua procedit Filius spectata præcisè secundum statum, quem (iuxta nostrum modum concipiendi) habet in Patre priùs origine, quàm procedat Verbum, non respicit personas ut pro illo priori in se ipsis exercitè existentes. Ergo non intuitivè, sed pro illo priori abstractivè, seu non repræsentata pro illo priori earum existentia: ergo pro illo priori non est intuitiva saltem perfectè. R. in hac quæstione de nomine, posse dici intuitivam ob rationes supra allatas, & posse etiam, ob rationem objectam, aliquo modo dici abstractivam: seclusis tamen imperfectionibus, quas supponit cognitio strictè abstractiva, vel ex parte cognoscentis, vel ex parte objecti, cognoscentis quidem, si reipsa existat objectum, & cognoscens illud non intueatur, ex parte verò objecti, si non existat, aut indifferens sit ad existendum, quorum neutrum convenire potest cognitioni ex qua procedit Verbum, quæ proinde non potest esse strictè abstractiva.

285. Verbum procedit ex cognitione creaturarum ut possibilium: est S. Th. hic a. 1. ad 3. contra Scot. Prob. quia, ut ostensum est sup. n. 279. procedit ex cognitione comprehensiva divinæ essentiæ: atqui essentia non potest comprehendi sine cognitione possibilium, cum quibus secundum se, non ut est Pater aut Verbum vel Spiritus, habet necessariam connexionem, ut declaratum sup. n. 79. & seqq.

Verbum procedit ex cognitione possibilium inclusa in comprehensione Dei.

Cofirm. 1. quia alioqui Verbum non esset adæquatum scientiæ necessariæ Patris. 2. quia juxta August. lib. 6. de Trin. cap. 10. Verbum procedit

ut ars, adeoque ut repræsentans artefacta in esse possibili; & consequenter ex illorum cognitione.

Possibilia cognoscuntur prius quam Verbum intelligatur esse productum non prius quam intelligatur esse ens à se.

286. Hinc 1. Pater essentiam cognoscit principaliùs quidem & directiùs, quàm creaturas ut possibiles, non tamen priùs, nisi secundùm rationem; cùm pro eodem signo naturæ; aut quasi naturæ, quo essentiam directè cognoscit, in ea ut medio cognito, creaturas ut possibiles indirectè cognoscat. Unde essentia divina prius movet intellectum divinum ad repræsentationem objecti creati finiti & extranei, quàm ad productionem Verbi, quia essentialia priora sunt notionalibus.

2. Creaturæ priùs cognoscuntur ut possibiles & per Verbum producibiles, quàm ipsum Verbum intelligatur productum; non tamen ut producibiles priùs quam Verbum sit productum, seu ut producibiles productione Verbi productionem antecedente; neque priùs, quàm Verbum fit, & cognoscatur esse ens à se, æternum, & necessarium, per quod possibilia sunt, entia contingentia.

3. Creaturæ non possunt produci nisi à divina essentia ut completa per suas personalitates, possunt tamen cognosci ut possibiles & ut producibiles ab essentia, priùs quàm hæc intelligatur completa, cum illas essentialiter respiciat ut est omnipotentia non ut est persona.

4. Pater priùs origine cognoscit creaturas possibiles quam Filius, qui est Verbum creaturarum non ut principii dicentis, sed ut objecti dicti cognitionem ex qua est Verbum purè terminantis nullo modo principiantis.

Verbum non esset quale nunc si res non essent possibiles: secus si non essent existentes de quibus in Ansel. & S. Thom.

5. Ansel. Monol. c. 30. non loquitur de creatura ut possibili, sed ut existente, dum dicit Verbum adhuc futurum in Deo, quamvis nulla esset creatura nempe in statu existentiæ; vel certè solùm vult quòd posita impossibilitate alicujus creaturæ, Verbum adhuc foret, sed diversæ rationis ab eo, quod nunc est; uti juxta varios, etiam ipsa essentia.

Similiter S. Thom. potest explicari de creatura ut existente, dum q. 4. de Verit. a. 5. O. ait: *Verbum ex consequenti & quasi per accidens referri ad creaturam,*

quia

quia accidit Verbo ut per ipsum creatura dicatur: vel certe solum vult creaturarum non esse objectum primarium, seu motivum cognitionis ex qua est Verbum, quod non magis procedit ex ente possibili, quàm ex impossibili, sed solùm ex utriusque cognitione, sine qua non potest perfectè cognosci essentia.

Verbum non procedit ex cognitione creaturarum ut existentium.

287. Verbum non procedit ex cognitione creaturarum ut existentium. Ita Ban. Molin. Suar. contra Valent. Ariag. & c. 1. quia cognitio ex qua procedit Verbum, debet esse necessaria, sicut ipsa Verbi productio atqui cognitio creaturarum ut existentium, non est necessaria. Ergo & c. 2. quia Processio Verbi est prior scientia visionis creaturarum ut existentium, cùm necessaria sint, priora liberis.

3. Quia Verbum procederet idem, & eodem modo, quo nunc, quamvis nullæ existerent creaturæ.

Pater non dicit Filio creaturas ut existentes formaliter, sed solum radicaliter.

Quare Verbum non est formaliter representativum creaturarum ut existentium præcisè ex suis intrinsecis; sed solùm connotata earum existentia posteriore Verbi processione. Vnde Pater vi suæ locutioni non dicit Filio creaturas ut existentes formaliter & completè; sed solùm radicaliter & incompletè, quatenus ei communicat scientiam necessariò repræsentantem omne scibile eo modo, quo est scibile. Quæ proinde absque ulla sui variatione necessariò transit in scientiam visionis creaturarum eo ipso, quo intelliguntur determinatæ ad existentiam pro aliqua temporis differentia; hæc autem determinatio est posterior Verbo, cùm per hoc *facta sunt omnia*: Ioan. 2.

Rerum futuritio est posterior Verbo.

288. Dices, creaturarum futuritio est prior Verbo, cùm sit æterna dependenter à sola Dei Voluntate, quę intelligitur esse in Patre ante processionem Verbi. R. N. as. quia futuritio, seu, quod idem est, creaturarum existentia in secutura temporis differentia supponit liberam divinæ Voluntatis determinationem posteriorem necessaria Verbi processione, cùm in divinis necessaria sunt priora liberis.

Dum ergo Aug. aliique PP. subinde asserunt Patrem mediante Verbo dicere creaturas ut existentes; intelligendi sunt de dictione radicali & inchoata & velut in actu 1. modo jam explicato. Hinc 1. cognitio rerum ut possibilium est prius in Patre quàm in Filio, rerum verò ut existentium simul natura. 2. Verbum est solius Patris, ut principii dicentis; ut objecti verò per ipsum dicti est Verbum essentiæ personarum & creaturarum qua possibilium. 3. Eodem modo cum proportione Spiritus S. procedit ex amore essentiæ ac personarum, & ex complacentia creaturarum ut possibilium non ut existentium.

Verbum est Patris ut dicentis, essentia ut objecti dicti.

Filio proprium est esse imaginem solius Patris.

289. Filio in divinis proprie convenit ratio imaginis, eique soli. & respectu solius Patris; ita DD. communissime prob. 1. pars 1. ex Scrip. ad Coloss. 1. *qui est imago Dei invisibilis*, ad Hebr. 1. *figura substantiæ eius*. 2. ex PP. Basil. hom. 16. ubi ad illud Io: 1. *in principio erat Verbum*, ait, *quoniam imago est genitoris, totum in se monstrans genitorem*: Cyril. & aliis apud Vasq. Ruiz, Petav docentibus Filium esse *veram perfectam, & naturalem imaginem Patris*: Inter quos Athan. in Epist. de decr. Nicœn. Synod. ait: *Quandoquidem unus est Deus, necessarium est quoque esse unam Dei imaginem, quæ ipsius est Filius*; & infr. *si enim imaginem nomines, Filium hoc ipso esse iudicaveris*.

A quo solo procedit formaliter ut eius similitudo.

290. Et simul prob. 2. & 3. pars conclusionis; quia *imago* ex Augušt. lib. 83. qq. q. 74. *est similitudo, ad suum exemplar repræsentandum expressa*, atqui hæc definitio convenit Filio, eique soli & respectu solius Patris: ergo &c. prob. min. quia ad rationem imaginis, prout jam ex Aug. definitæ, requiritur ut exprimatur, seu procedat ab eo cujus est imago, & quidem formaliter vi suæ processionis ut ejus similitudo; sed hoc convenit Filio, ut patet, eique soli, cum ex dictis sup. num. 246. & seqq. solus procedat formaliter ut similitudo, idque respectu solius Patris, cum à solo Patre procedat.

Dices Athan. Basil. Damasc. aliique PP. græci Spi-

Spiritum S. sæpe vocant *imaginem filii*. R. sumunt latè nomen *imaginis* pro eo, quod procedit cum perfecta similitudine in natura, quamvis non formaliter vi suæ processionis, quod tamen requiritur ad rationem imaginis strictè. Similiter in sensu improprio Basil. Spiritum S. appellavit Verbum Filii.

Spir. S. impropriè imago Filij.

291. Spiritus Sanctus procedit à Patre & Filio, est de fide contra græcos schismaticos. Ex definitionibus variorum Concil. (tum græcorum, Alexand. Ephes. Calcedon. Constantinop., tum latinorum. Lateran. cap. Firmiter, Lugdun. & Floren. quibus interfuerunt & subscripserunt græci, qui tamen in patriam reversi ad ingenium redierunt, pro quo V. Vasq. Ruiz, Petav. Mainbourg in historia schismatica græcorum.

Procedit à Patre & Filio, est de fide ex CC. ità definientibus.

Dices Scriptura nusquam formaliter & explicite dicit Spiritum S. procedere à Filio. R. id sufficienter dicit virtualiter & implicite Ioan. 15. *cùm venerit paraclitus, quem ego mittam vobis à patre* & 16. *si autem abiero, mittam eum ad vos*: quibus verbis significatur Filius Spiritum S. producere, cùm missio divinis Personis non possit competere per imperium aut consilium, sed solùm ratione originis, ut præclare Aug. 5. de Trin. c. 14. Nazian. Greg. mag. aliique PP apud Ruiz, Petav. & alios permissionem loco citato intelligentes processionem à Filio; quæ etiam significatur per illud Ioan. 16. *de meo accipiet*, nempe scientiam, una autem Persona non accipit aliquid ab alia nisi per processionem, quam inde Spiritui S. respectu Filii convenire recte inferunt Cyril. Athan. Damasc. & alii apud Ruiz.

Ex scripturis docentibus mitti à Filio, ab eo accipere, esse eius spiritum.

Nec obstat quod dicat, *accipiet*, in futuro, quia ut recte Aug. tract. 99. in Ioan. *in æternis cuiuslibet temporis Verbum non mendaciter ponitur*. Vnde Hilar. 4. de Trin. ait: *de meo accipiet, idem est quod à me procedit.*

Et ex PP. græcis & latinis idem tenentibus.

Confir. quia ad Rom. 8. v. 11. Gal. 4. v. 6. Spiritus S. appellatur *Spiritus filii*, qua appellatione designatur origo; sicut dum Matth. 10. v. 20. & alibi dicitur Spiritus Patris.

Ex his aliisque scripturis eandem veritatem con-

ſtanter tradiderunt PP. non ſolùm Latini Amb. Aug. ſed etiam Græci, Baſil Chryſoſt. Athan. in Symb. *Spiritus à Patre & Filio*, quod eſſe Athan. etiam cùm illa particula *à Filio*, ex Naz. Aug. aliiſq; PP. efficaciter probatum habetur apud Vaſq. Ruiz, Peta. apud quos refertur Athan. orat. 4. contra Arianos de tribus perſonis ſic loquens: *Vnicum Solem agnoſco* (id eſt Patrem) *ejuſque ſplendorem* (id eſt Filium) *& ex utroque lucem procedentem* (id eſt Spiritum) & orat. de Conc. Nicæn. addens: *Spiritum de eſſentia Patris & Filij profluere.* Confir ex ijs qui dicunt: *Spiritum S. procedere à Patre per Filium*, & cum Baſilio, *eſſe imaginem Filij.*

Pater prius quam ſpiret communicat Filio potentiam ſpirativam.

292. Hujus autem veritatis ratio à priori eſt, quòd Pater priùs ratione quàm ſpiret, Filium generet, ejuſque communicet omnem virtutem quam habet in ordine ad quemlibet terminum needum productum, adeoque vim producendi Spiritum S. ſic ut illud Ioan. 16. *omnia, quæ habet pater mea ſunt*; intelligendum ſit, *excepta ſola paternitate*, ut explicant Aug. & PP. Conc. Flor. inde inferentes, Filium habere eandem vim ſpirandi quam habet Pater. Confir. quia ſi à Filio procederet, ab eo non diſtingueretur, ut jam oſtendetur.

Seu omnia excepta potentia generandi.

Nazianz. ſolùm excipit virtutem generandi, ſeu rationem primi principij, dùm dicit Filium habere omnia, quæ habet Pater, *excepta cauſalitate*. Eodem ſenſu intelligendus eſt Athan. in qq. *quid eſt Deus*, q. 4. Damaſc. 1. de fide, c. 11.

293. Dices 1. Chriſto Io: 15. ait: *ego mittam Vobis à Patre Spiritum veritatis, qui à Patre procedit*. R. Chriſtum ibi explicitè mentionem facere ſolius proceſſionis a Patre: quia more ſuo ad Patrem omnia refert tanquàm ad primum principium, à quo etiam ipſe eſt: meminit tamen implicitè proceſſionis à ſe per ly *ego mittam.*

Damaſ. ait Spir. S. eſſe per Filium.

Dices 2. Damaſc. 1. de fide c. 11. ait: *ex Filio Spiritum S. non dicimus*. R. nobis non repugnat, ita enim loquitur, quia ly, *ex*, videtur denotare principium ſine principio, cùm ibidem addat, *ſed Filii Spiritum nominamus*, & admittat Spiritum S. eſſe *per filium pateſactum.*

Dices

Dices 3. in C. Nicæn. & Constantin. I. solùm habetur Spiritum à Patre procedere; & particula *Filioque*, cum qua nunc habemus Symb. Nicæn. addita est ab Ecclesia Romana. R. Inde nihil confici contra nos: 1. quia est argumentum ab authoritate negata adeoque invalidum: 2. quia in C. Nicæn. solùm habetur: *Credo in Spiritum S.* unde posteà occasione hæresis Macedonii à PP. Conc. Constantin. additum est, *qui ex Patre procedit*, nulla facta mentione processionis à Filio; quia (ut docte Ruiz) istius hæresis sectatores non negabant *ex Filio* procedere, sed potius asserebant esse *facturam solius Filij*, ac tandem postmodùm occasione novæ hæresis, & ita exigente necessitate, ut docet Flor. particula, *Filioque*, merito adjecta est ab Ecclesia Romana. quo anno, & à quo Conc. facta sit ista additio non satis constat; probabilius videtur, quòd post tempora 6. Synodi, id est, post annum Domini 600.

In Symb. Niceno additum est, *Filioque* ab Eccl. Romana, ita exigente noua hæresi.

Dices 4. Athanas. in qq. *quid est Deus* q. 4. ait, *Deus & Pater ipse solus est causa duobus*. R. Athan. ibi tantùm velle soli Patri convenire esse primum principium, sine principio ulteriori à quo procedat: quandoquidem ex ejus verbis sup. n. 261. constet ipsum stare à nobis.

Dices 5. Pater est se solo sufficiens ad productionem Spiritus S. R. Filium non concurrere ad istam productionem ob Patris insufficientiam, sed ob rationes allatas sup. n. 292.

Leo 3. curavit servari in tabula argentea Symb. Constantinopolitanum sine ista particula, *filioque*, non ex eo quod sentiret non esse adijciendam, sed ad conservandum memoriam istius symboli ut primò factum fuerat.

294. Si Spiritus S. à Filio non procederet, ab eo non distingueretur realiter; sed solum ratione aut virtualiter sicut de facto distinguuntur eorum principia, intellectus nempe & voluntas. Ita S. Tho. cum suis, Suarez & alii communissimè contra Scot. ejusque sectatores. Bachonum ejusque illustratorem Henricum è S. Ignatio, aliosque plures probabiliter dissentientes.

Spir. S. non distingueretur à Filio, si ab eo non procederet.

Quia ei non opponeretur.

Ratio est, quod in ea hypothesi inter Filium & Spiritum S. nulla esset relationis oppositio, & consequenter nec realis distinctio: cùm juxta illud receptissimum Boetii (quod etiam traditur ab Ansel. l. de processione Spiritus S. c. 2.) *in divinis omnia sunt unum, ubi non obviat relationis oppositio.*

Ita CC. & PP.

Confir. ex Conc. Tolet. 11. c. 1. ubi habet: *in relatione personarum numerus cernitur; hoc solo numerum insinuant quòd ad invicem sunt*: quibus postremis verbis clarè significat ad distinctionem hic non sufficere relationes quasi disparatas, quales darentur in Filio & Spiritu S. si hic ab illo non procederet. Vnde Greg. Nys. l. ad Ablavium, eo *distinguitur Spiritus à Filio, quòd per ipsum est*. Et Damasc. 1. de fide c. 11. *in solis quidem proprietatibus Paternitatis, Filiationis & Processionis secundùm causam & causatum discrimen animadvertimus*. Cui consonat August. tract. 39. in Ioan. *Hoc solo numerum insinuant quod ad invicem sunt*, &c. Apud Petav. l. 7. de Trin. c. 9.

Spirator non distinguitur à Patre & Filio.

295. Filiatio & spiratio passiva in ea hypothesi non magis opponerentur, & consequenter nec magis distinguerentur inter se, quàm de facto opponantur ac distinguantur Paternitas & Filiatio ex una parte, & Spiratio activa ex altera: Ergo sicut, ob defectum oppositionis, hæ duæ relationes, quamvis disparatæ, sunt realiter idem cum spiratione activa, ita in illam hypothesi Filiatio, & Spiratio passiva non distinguerentur realiter, & consequenter, sicut Spirator non est Persona distincta à Patre & Filio, ita Spiritus non foret Persona distincta à Filio.

Non esset idem Filius, qui nunc est, adeoque nec idem Pater quia non esset eadem generatio, quæ nunc.

Filiatio eo casu non esset eadem cum ea, quæ nunc Filium constituit, & à Spiritu S. distinguit; quia non exigeret, ut modo, spirationem activam sibi in omni suo supposito inseparabiliter annecti, neque generatio passiva esset (ut nunc est) essentialiter illius acceptio; ac proinde secunda Persona non esset idem Filius qui nunc est; imò nec Filius si ad filiationem requiras processionem in similitudinem naturæ ut fœcundæ. Eandem ob causam paternitas

non

non esset eadem, quæ nunc est, quia generatio activa non esset essentialiter (ut nunc) communicatio spirationis activæ: Vnde in ea hypothesi non solum esset alius Filius ab eo, qui nunc est; sed etiam alius Pater.

Hinc quæstio: *an si Spiritus S. à Filio non procederet ab eo distingueretur:* non est nugatoria & sui destructiua, ut opponit Gofredus Torres; quia hypothesis non intelligitur de eodem Filio & Spiritu S. qui nunc sunt; sed de duabus personis Divinis quarum una procederet per intellectum, altera per voluntatem, absque eo quòd una procederet ab alia, & quæritur utrum tunc adhuc essent Duæ personæ realiter distinctæ, quo sensu quæstio est utilis, ad rationes formales constitutivas & distinctivas personarum Filii & Spiritus Sancti perfectius cognoscendas.

296. Quòd si tamen Spir. S. à Patre non procederet immediate, sed à solo Filio adhuc distingueretur à Patre, quia ab eo esset mediate tanquam à principio sui principij, quod sufficit ad oppositionem relativam, distinctionis realis fundativam; cùm æquè repugnet mediate quam immediate seipsum producere, aut à seipso procedere.

297. Dices Ansel. l. de processione Spir. S. c. 2. dicit: *Filius ideo non est Spir. S. nec Spir. S. est Filius: quia Filius nascendo habet esse de Patre; Spiritus verò non nascendo, sed procedendo, &c. 4. nam etsi per aliud non essent plures Filius & Spiritus S. Per hoc solùm essent diversi, sc. quia alter nascendo, alter existit procedendo.* Ergo juxta Ansel. ad diversitatem & distinctionem realem Filii à Spiritu S. sufficit, quòd hic per voluntatem, ille per intellectum procedat.

R. 1. Cum Suarez & aliis, fatendum esse Ansel. non parum favere oppositæ sententiæ; ac proinde ei opponendos esse Boet. Nyss. C. Toletan. S. Thom. Bonav. &c.

Hac in re dubia est Mens Anselmi, favet adversarijs, & etiam nobis licet obscuriùs.

R. 2. Cum S. Th. q. 10. de poten. a. 5. ad 2. Anselmum disputative potius, quam definitive ita locutum esse, quasi id concedendo Græcis (contra quos ibi disputat) donec interim aliam veram causam

sola in divinis distinguit.

ex limitatione, quæ in divinis locum habere nequit.

Dices 5. in dicta hypothesi Filius & Spiritus Sanct. opponerentur relatione producti ab eodem principio, sicut fratres in creatis. R. solam relationem producentis, & producti inferre distinctionem in divinis, ubi non est, nec esse potest fraternitas, saltem str ctè dicta, quæ fundatur in generatione duorum ab eodem Patre, quia in Deo unica est Persona genita.

Vbi non est relativa oppositio duorum ab eodem ut est fraternitas in creatis.

Sunt qui hic admittant fraternitatem latè in hypothesi quod Spiritus S. non procederet à Filio, quia tunc duæ personæ acciperent eandem naturam ab eodem principio adæquato licet non eodem modo: una enim eam acciperet per intellectum, altera per voluntatem.

Dices 6. Filii constitutivum, & distinctivum est filiatio: atqui eo casu maneret eadem filiatio, quia maneret Filius ejusdem Patris, ergo maneret eadem distinctio, quæ nunc, R. non maneret eadem filiatio, quæ nunc adeoque nec idem Filius, nec idem Pater, ut patet ex dictis sup. n. 295.

Hic Spirit. S. qui de facto est, per se procedit à Patre & Filio quà talibus.

299. Spiritus S. prout constat hac numero proprietate Characteristica, qua constituitur in esse hujus Spiritus S. qui de facto est, per se procedit à Patre & Filio, non solùm ut sunt duo supposita, sed etiam ut habent rationem Patris & Filii. Est S. Thomæ, Ban. Mol. Suar. Vasq. contra Scot. Dua. Bach.

Cum hoc illi conveniat ad intra, adeoque essentialiter & per se.

Prob. quia Spiritus S. de facto procedit à spiratione activa, seu virtute spirativa essentialiter identificata paternitati, & filiationi: ergo hoc illi per se convenit. Prob. seq. quia hoc illi convenit ad intra, cum sic procedere sit quid ipsi & Deo intrinsecum, in ipsa essentia radicatum, & ab ea per se exigitum, atqui in divinis, quod convenit ad intra non potest convenire per accidens: alioqui enim Deus, qui nunc est, posset secundum quid, esse intrinsecè alius, quam de facto sit, quod manifestè repugnat ejus immutabilitati.

Confirm. 1. & magis explicatur: in divinis omnia

intrin-

intrinseca sunt essentialia, & quidditativa: ergo spirationi activæ, seu virtuti spirativæ, essentiale est identificari relationibus Patris & Filii; ergo essentiale est spirationi passivæ respicere spirationem activam, seu vim spirativam istis relationibus identificatam; atque ita illis opponi oppositione relativa radicali & mediata, sita in eo quòd Paternitas & Filiatio exigant identificari spirationi activæ, qua mediante, opponuntur spirationi passivæ, & vicissim spiratio passiva per se exigat respicere spirationem activam, seu vim spirativam relationi Patri & Filii identificatam. Hæc autem mediata oppositio, sufficit ad distinctionem realem inter istas relationes & spirationem passivam, quam nunc de facto infert, quæ proinde non haberetur deficiente ista oppositione. Omnia enim Deo intrinseca sunt ipsi essentialia.

Confir. 2. ex Conc. Tolet. 11. in professione fidei, ubi habetur; *In relativis personarum nominibus Pater ad Filium, & Filius ad Patrem, Spiritus S. ad utrosque refertur*, & paulo post, *similiter Spiritus S. non est ad se, sed ad Patrem, & Filium relativè refertur, in eo quod Spiritus Patris & Filij prædicatur.* Ideo test. C. Tol. 11. dicitur Spiritus Patris & Filii.

300. Dices, totum principium formale productivum Spiritus S. æquè reperitur in Patre & Filio seorsim sumptis, quàm in utroque simul: ergo Dualitas Personarum non requiritur per se ad productionem Spiritus S. sed solùm per accidens, eò quòd de facto eadem illa virtus sit communis duobus.

R. Dist. ass. æque reperitur in Patre & Filio totum principium quo præcise sumptum C. totum complete sumptum, pro ut includit omnem conditionem necessariò requisitam ex parte suppositi N. sic enim ex intrinseca determinatione essentiæ exigit identificari Paternitati, & Filiationi: & vicissim processio, seu relatio constitutiva hujus Spiritus S. per se petit non esse ab uno supposito, sed à duobus simul, & quidem quorum unum sit Pater, alterum Filius, id enim exigunt locutiones Aug. Prosp. aliorumque PP. apud Ruiz: Dicentium quòd Spiritus S. procedat ut *Amor reciprocus duorum*, seu ut *Communio, nexus, amplexus*, aut *osculum Patris, & Filij*, Totum principium formale productio Spir. S. reperitur in Patre seorsim sed non cum conditione requisita ex parte suppositi.

sunt ens necessarium & æternum; immò ut pro omni instanti realis durationis ipsi cognitioni, illas repræsentanti realiter coexistentes: atqui cognitio objecti in se ipso, ut exercitè existētis & ipsi cognitioni realiter coexistentis est formaliter intuitiva ergo &c.

Confir. 1. quia cognitio ex qua Verbum procedit est perfectissimè intuitiva essentiæ: ergo & Personarum ipsi realiter identificatarum 2. quia habet ex se ita omnem perfectionem cognitionis intuitivæ, ut eo ipso, quo in posteriori originis intelliguntur esse personæ procedentes, eo ipso absque ulla sui variatione intelligatur complete & formalissimè earum intuitiva ergo &c. 3. quia vi suæ fœcunditatis illas partim immediatè partim mediatè necessariò infert, sic ut proinde ad illas non terminetur abstrahendo ab illarum existentia exercita (ut facit scientia practica creaturarum, de se indifferens ad earum existentiam) sed necessariò illam inferendo.

Id est illa repræsentante in seipsi ut sibi realiter coexistentes ab æterno, in omni instanti reali, licet non in priori originis.

283. Dices 1. in illo priori originis, quo Pater habet cognitionem, qua gignit Filium, ei necdum coexistunt aliæ personæ, cum prius illas cognoscat quàm producantur: ergo &c. R. N. seq. inde enim solum habetur quòd illas non cognoscat ut exercitè existentes, & sibi præsentes in illo priori originis; non verò quòd in illo priori originis illas cognoscat, ut exercitè existentes in posteriori originis, & ut sibi coexistentes in omni instanti realis durationis; quod hic solùm asserimus & (nisi fiat quæstio de nomine) abunde sufficit ad rationem intuitionis. Adde quod illa cognoscat ut existentes in illo priori originis, non quidem in se ipsis, sed in ipsa essentia ad illas in omni instanti reali habendas sibi coexistentes summè determinata.

Dices 2 Visio necessariò præsupponit existentiam sui objecti. R. hoc non esse verum universaliter, sed solum quando visio aliquo modo causatur ab objecto, ut visio creata; vel ab eo completur in esse visionis liberæ, ut libera Dei visio creaturarum, ut existentium: quorum neutrum convenit intellectioni, ex qua procedit Verbum; quippe quæ nec ullo modo causatur a Verbo, nec ab eodem com-

Intuitio præsupponit existentiam objecti cum ab eo causatur, quod non convenit divinæ intellectioni

compleţur in esse visionis liberæ; cùm non sit libera, sed necessaria, ac proinde nullo modo completur per suum objectum in esse visionis uti, nec volitio necessaria completur in esse per objectum, in quod necessariò tendit. Vnde intellectio ex qua est Verbum tam potest esse Verbi intuitiva, licet non sit prior, quàm actus imperij intellectualis, quo, juxta varios Thomistas, Deus res causat, sit illarum intuitiva, quamvis illas non præsupponat, sed inferat.

respectu Verbi & Spiritus S. quæ potest dici abstractiva latè.

284. Dices 3. Cognitio ex qua procedit Filius spectata præcisè secundum statum, quem (iuxta nostrum modum concipiendi) habet in Patre priùs origine, quàm procedat Verbum, non respicit personas ut pro illo priori in se ipsis exercitè existentes. Ergo non intuitivè, sed pro illo priori abstractivè, seu non repræsentata pro illo priori earum existentia: ergo pro illo priori non est intuitiva saltem perfectè. R. in hac quæstione de nomine, posse dici intuitivam ob rationes supra allatas, & posse etiam, ob rationem objectam, aliquo modo dici abstractivam: seclusis tamen imperfectionibus, quas supponit cognitio strictè abstractiva, vel ex parte cognoscentis, vel ex parte objecti, cognoscentis quidem, si reipsa existat objectum, & cognoscens illud non intueatur, ex parte verò objecti, si non existat, aut indifferens sit ad existendum, quorum neutrum convenire potest cognitioni ex qua procedit Verbum, quæ proinde non potest esse strictè abstractiva.

285. Verbum procedit ex cognitione creaturarum ut possibilium: est S. Th. hic a. 1. ad 3. contra Scot. Prob. quia, ut ostensum est sup. n. 279. procedit ex cognitione comprehensiva divinæ essentiæ: atqui essentia non potest comprehendi sine cognitione possibilium, cum quibus secundum se, non ut est Pater aut Verbum vel Spiritus, habet necessariam connexionem, ut declaratum sup. n. 79. & seqq.

Verbum procedit ex cognitione possibilium inclusa in comprehensione Dei.

Cofirm. 1. quia alioqui Verbum non esset adæquatum scientiæ necessariæ Patris. 2. quia juxta August. lib. 6. de Trin. cap. 10. Verbum procedit

ut ars, adeoque ut repræsentans artefacta in esse possibili; & consequenter ex illorum cognitione.

Possibilia cognoscuntur prius quam Verbum intelligatur esse productum non prius quam intelligatur esse ens à se.

286. Hinc 1. Pater essentiam cognoscit principaliùs quidem & directiùs, quàm creaturas ut possibiles, non tamen priùs, nisi secundùm rationem; cùm pro eodem signo naturæ; aut quasi naturæ, quo essentiam directè cognoscit, in ea ut medio cognito, creaturas ut possibiles indirectè cognoscat. Vnde essentia divina prius movet intellectum divinum ad repræsentationem objecti creati finiti & extranei, quàm ad productionem Verbi, quia essentialia priora sunt notionalibus.

2. Creaturæ priùs cognoscuntur ut possibiles & per Verbum producibiles, quàm ipsum Verbum intelligatur productum; non tamen ut producibiles priùs quam Verbum sit productum, seu ut producibiles productione Verbi productionem antecedente; neque priùs, quàm Verbum sit, & cognoscatur esse ens à se, æternum, & necessarium, per quod possibilia sunt, entia contingentia.

3. Creaturæ non possunt produci nisi à divina essentia ut completa per suas personalitates, possunt tamen cognosci ut possibiles & ut producibiles ab essentia, priùs quàm hæc intelligatur completa, cum illas essentialiter respiciat ut est omnipotentia non ut est persona.

4. Pater priùs origine cognoscit creaturas possibiles quam Filius, qui est Verbum creaturarum non ut principii dicentis, sed ut objecti dicti cognitionem ex qua est Verbum purè terminantis nullo modo principiantis.

Verbum non esset quale nunc si res non essent possibiles: secus si non essent existentes de quibus in Ansel. & S. Thom.

5. Ansel. Monol. c. 30. non loquitur de creatura ut possibili, sed ut existente, dum dicit Verbum adhuc futurum in Deo, quamvis nulla esset creatura nempe in statu existentiæ; vel certè solùm vult quòd posita impossibilitate alicujus creaturæ, Verbum adhuc foret, sed diversæ rationis ab eo, quod nunc est; uti juxta varios, etiam ipsa essentia.

Similiter S. Thom. potest explicari de creatura ut existente, dum q. 4. de Verit. a. 5. O. ait: *Verbum ex consequenti & quasi per accidens referri ad creaturam,*

quia

quia accidit Verbo ut per ipsum creatura dicatur: vel certe solum vult creaturarum non esse objectum primarium, seu motivum cognitionis ex qua est Verbum, quod non magis procedit ex ente possibili, quàm ex impossibili, sed solùm ex utriusque cognitione, sine qua non potest perfecte cognosci essentia.

287. Verbum non procedit ex cognitione creaturarum ut existentium. Ita Ban. Molin. Suar. contra Valent. Ariag. & c. 1. quia cognitio ex qua procedit Verbum, debet esse necessaria, sicut ipsa Verbi productio atqui cognitio creaturarum ut existentium, non est necessaria. Ergo & c. 2. quia Processio Verbi est prior scientia visionis creaturarum ut existentium, cùm necessaria sint, priora liberis.

Verbum non procedit ex cognitione creaturarum ut existentium.

3. Quia Verbum procederet idem, & eodem modo, quo nunc, quamvis nullæ existerent creaturæ.

Quare Verbum non est formaliter representativum creaturarum ut existentium præcisè ex suis intrinsecis; sed solùm connotata earum existentia posteriore Verbi processione. Vnde Pater vi suæ locutioni non dicit Filio creaturas ut existentes formaliter & completè; sed solùm radicaliter & incompletè, quatenus ei communicat scientiam necessariò repręsentantem omne scibile eo modo, quo est scibile. Quæ proinde absque ulla sui variatione necessariò transit in scientiam visionis creaturarum eo ipso, quo intelliguntur determinatæ ad existentiam pro aliqua temporis differentia; hæc autem determinatio est posterior Verbo, cùm per hoc *facta sunt omnia*: Ioan. 2.

Pater non dicit Filio creaturas ut existentes formaliter, sed solum radicaliter.

288. Dices, creaturarum futuritio est prior Verbo, cùm sit æterna dependenter à sola Dei Voluntate, quę intelligitur esse in Patre ante processionem Verbi. R. N. as. quia futuritio, seu, quod idem est, creaturarum existentia in secutura temporis differentia supponit liberam divinæ Voluntatis determinationem posteriorem necessaria Verbi processione, cùm in divinis necessaria sunt priora liberis.

Rerum futuritio est posterior Verbo.

Dum ergo Aug. aliique PP. subinde asserunt Patrem mediante Verbo dicere creaturas ut existentes; intelligendi sunt de dictione radicali & inchoata & velut in actu 1. modo jam explicato. Hinc 1. cognitio rerum ut possibilium est prius in Patre quàm in Filio, rerum verò ut existentium simul natura. 2. Verbum est solius Patris, ut principii dicentis; ut objecti verò per ipsum dicti est Verbum essentiæ personarum & creaturarum qua possibilium. 3. Eodem modo cum proportione Spiritus S. procedit ex amore essentiæ ac personarum, & ex complacentia creaturarum ut possibilium non ut existentium.

Verbum est Patris ut dicentis, essentia ut objecti dicti.

Filio proprium est esse imaginem solius Patris.

289. Filio in divinis proprie convenit ratio imaginis, eique soli. & respectu solius Patris; ita DD. communissime prob. 1. pars 1. ex Scrip. ad Coloss. 1. *qui est imago Dei invisibilis*, ad Hebr. 1. *figura substantiæ eius*. 2. ex PP. Basil. hom. 16. ubi ad illud Io: 1. *in principio erat Verbum*, ait, *quoniam imago est genitoris, totum in se monstrans genitorem*: Cyril. & aliis apud Vasq. Ruiz, Petav docentibus Filium esse *veram perfectam, & naturalem imaginem Patris*: Inter quos Athan. in Epist. de decr. Nicœn. Synod. ait: *Quandoquidem unus est Deus, necessarium est quoque esse unam Dei imaginem, quæ ipsius est Filius*; & infr. *si enim imaginem nomines, Filium hoc ipso esse iudicaveris.*

A quo solo procedit formaliter ut eius similitudo.

290. Et simul prob. 2. & 3. pars conclusionis; quia *imago* ex August. lib. 83. qq. q. 74. *est similitudo, ad suum exemplar repræsentandum expressa*, atqui hæc definitio convenit Filio, eique soli & respectu solius Patris: ergo &c. prob. min. quia ad rationem imaginis, prout jam ex Aug. definitæ, requiritur ut exprimatur, seu procedat ab eo cujus est imago, & quidem formaliter vi suæ processionis ut ejus similitudo; sed hoc convenit Filio, ut patet, eique soli, cum ex dictis sup. num. 246. & seqq. solus procedat formaliter ut similitudo, idque respectu solius Patris, cum à solo Patre procedat.

Dices Athan. Basil. Damasc. aliique PP. græci Spi-

Spiritum S. sæpe vocant *imaginem filii*. R. sumunt latè nomen *imaginis* pro eo, quod procedit cum perfecta similitudine in natura, quamvis non formaliter vi suæ processionis, quod tamen requiritur ad rationem imaginis strictè. Similiter in sensu improprio Basil. Spiritum S. appellavit Verbum Filii.

Spir. S. impropriè imago Filij.

291. Spiritus Sanctus procedit à Patre & Filio, est de fide contra græcos schismaticos. Ex definitionibus variorum Concil. (tum græcorum, Alexand. Ephes. Calcedon. Constantinop., tum latinorum, Lateran. cap. Firmiter, Lugdun. & Floren. quibus interfuerunt & subscripserunt græci, qui tamen in patriam reversi ad ingenium redierunt, pro quo V. Vasq. Ruiz, Petav. Mainbourg in historia schismatica græcorum.

Procedit à Patre & Filio, est de fide ex CC. ità definientibus.

Dices Scriptura nusquam formaliter & explicite dicit Spiritum S. procedere à Filio. R. id sufficienter dicit virtualiter & implicite Ioan. 15. *cùm venerit paraclitus, quem ego mittam vobis à patre* & 16. *si autem abiero, mittam eum ad vos*: quibus verbis significatur Filius Spiritum S. producere, cùm missio divinis Personis non possit competere per imperium aut consilium, sed solùm ratione originis, ut præclare Aug. 5. de Trin. c. 14. Nazian. Greg. magaliique PP apud Ruiz, Petav. & alios permissionem loco citato intelligentes processionem à Filio; quæ etiam significatur per illud Ioan. 16. *de meo accipiet*, nempe scientiam, una autem Persona non accipit aliquid ab alia nisi per processionem, quam inde Spiritui S. respectu Filii convenire rectè inferunt Cyril. Athan. Damasc. & alii apud Ruiz.

Ex scripturis docentibus mitti à Filio, abeo accipere, esse eius spiritum.

Nec obstat quod dicat, *accipiet*, in futuro, quia ut rectè Aug. tract. 99. in Ioan. *in æternis cuiuslibet temporis Verbum non mendaciter ponitur*. Vnde Hilar. 4. de Trin. ait: *de meo accipiet, idem est quod à me procedit.*

Et ex PP. græcis & latinis idem tenentibus.

Confir. quia ad Rom. 8. v. 11. Gal. 4. v. 6. Spiritus S. appellatur *Spiritus filii*, qua appellatione designatur origo; sicut dum Matth. 10. v. 20. & alibi dicitur Spiritus Patris.

Ex his aliisque scripturis eandem veritatem con-

ſtanter tradiderunt PP. non ſolùm Latini Amb. Aug. ſed etiam Græci, Baſil Chryſoſt. Athan. in Symb. *Spiritus à Patre & Filio*, quod eſſe Athan. etiam cùm illa particula *à Filio*, ex Naz. Aug. aliiſq; PP. efficaciter probatum habetur apud Vaſq. Ruiz, Peta. apud quos refertur Athan. orat. 4. contra Arianos de tribus perſonis ſic loquens: *Vnicum Solem agnoſco* (id eſt Patrem) *ejuſque ſplendorem* (id eſt Filium) *& ex utroque lucem procedentem* (id eſt Spiritum) & orat. de Conc. Nicæni addens: *Spiritum de eſſentia Patris & Filij profluere.* Confir ex ijs qui dicunt: *Spiritum S. procedere à Patre per Filium*, & cum Baſilio, *eſſe imaginem Filij.*

Pater prius quam ſpiret communicat Filio potentiam ſpirativam.

292. Hujus autem veritatis ratio à priori eſt, quòd Pater priùs ratione quàm ſpiret, Filium generet, ejuſque communicet omnem virtutem quam habet in ordine ad quemlibet terminum needum productum, adeoque vim producendi Spiritum S. ſic ut illud Ioan. 16. *omnia, quæ habet pater mea ſunt*; intelligendum ſit, *excepta ſola paternitate*, ut explicant Aug. & PP. Conc. Flor. inde inferentes, Filium habere eandem vim ſpirandi quam habet Pater. Confir. quia ſi à Filio procederet, ab eo non diſtingueretur, ut jam oſtendetur.

Seu omnia excepta potentia generandi.

Nazianz. ſolùm excipit virtutem generandi, ſeu rationem primi principij, dùm dicit Filium habere omnia, quæ habet Pater, *excepta cauſalitate*. Eodem ſenſu intelligendus eſt Athan. in qq. *quid eſt Deus*, q. 4. Damaſc 1. de fide, c. 11.

293. Dices 1. Chriſto Io: 15. ait: *ego mittam Vobis à Patre Spiritum veritatis, qui à Patre procedit*. R. Chriſtum ibi explicitè mentionem facere ſolius proceſſionis a Patre: quia more ſuo ad Patrem omnia refert tanquàm ad primum principium, à quo etiam ipſe eſt: meminit tamen implicitè proceſſionis à ſe per ly *ego mittam.*

Damaſ. ait Spir. S. eſſe per Filium.

Dices 2. Damaſc. 1. de fide c. 11. ait: *ex Filio Spiritum S. non dicimus*. R. nobis non repugnat, ita enim loquitur, quia ly, *ex*, videtur denotare principium ſine principio, cùm ibidem addat, *ſed Filii Spiritum nominamus*, & admittat Spiritum S. eſſe *per filium patefactum.*

Dices

Dices 3. in C. Nicæn. & Constantin. I. solùm habetur Spiritum à Patre procedere, & particula *Filioque*, cum qua nunc habemus Symb. Nicæn. addita est ab Ecclesia Romana. R. Inde nihil confici contra nos: 1. quia est argumentum ab authoritate negata adeoque invalidum: 2. quia in C. Nicæn. solùm habetur: *Credo in Spiritum S.* unde posteà occasione hæresis Macedonii à PP. Conc. Constantin. additum est, *qui ex Patre procedit*, nulla facta mentione processionis à Filio; quia (ut docte Ruiz) istius hæresis sectatores non negabant *ex Filio* procedere, sed potius asserebant esse *facturam solius Filij*, ac tandem postmodùm occasione novæ hæresis, & ita exigente necessitate, ut docet Flor. particula, *Filioque*, merito adjecta est ab Ecclesia Romana. quo anno, & à quo Conc. facta sit ista additio non satis constat, probabilius videtur, quòd post tempora 6. Synodi, id est, post annum Domini 690. In Symb. Niceno additum est, *Filioque* ab Eccl. Romana, ita exigente noua hæresi.

Dices 4. Athanas. in qq. *quid est Deus* q. 4. ait, *Deus & Pater ipse solus est causa duobus*. R. Athan. ibi tantùm velle soli Patri convenire esse primum principium, sine principio ulteriori à quo procedat: quandoquidem ex ejus verbis sup. n. 261. constet ipsum stare à nobis.

Dices 5. Pater est se solo sufficiens ad productionem Spiritus S. R. Filium non concurrere ad istam productionem ob Patris insufficientiam, sed ob rationes allatas sup. n. 292.

Leo 3. curavit servari in tabula argentea Symb. Constantinopolitanum sine ista particula, *filioque*, non ex eo quod sentiret non esse adjiciendam, sed ad conservandum memoriam istius symboli ut primò factum fuerat.

294. Si Spiritus S. à Filio non procederet, ab eo non distingueretur realiter; sed solum ratione aut virtualiter sicut de facto distinguuntur eorum principia, intellectus nempe & voluntas. Ita S. Tho. cum suis, Suarez & alii communissimè contra Scot. ejusque sectatores. Bachonum ejusque illustratorem Henricum è S. Ignatio, aliosque plures probabiliter dissentientes. Spir. S. non distingueretur à Filio, si ab eo non procederet.

Quia ei non opponeretur.

Ratio est, quod in ea hypothesi inter Filium & Spiritum S. nulla esset relationis oppositio, & consequenter nec realis distinctio: cùm juxta illud receptissimum Boetii (quod etiam traditur ab Ansel. l. de processione Spiritus S. c. 2.) *in divinis omnia sunt unum, ubi non obviat relationis oppositio.*

Ita CC. & PP.

Confir. ex Conc. Tolet. 11. c. 1. ubi habet: *in relatione personarum numerus cernitur; hoc solo numerum insinuant quòd ad invicem sunt*: quibus postremis verbis clarè significat ad distinctionem hic non sufficere relationes quasi disparatas, quales darentur in Filio & Spiritu S. si hic ab illo non procederet. Vnde Greg. Nyss. l. ad Ablavium, eo *distinguitur Spiritus à Filio, quòd per ipsum est*. Et Damasc. 1. de fide c. 11. *in solis quidem proprietatibus Paternitatis, Filiationis & Processionis secundùm causam & causatum discrimen animadvertimus*. Cui consonat August. tract. 39. in Ioan. *Hoc solo numerum insinuant quod ad invicem sunt*, &c. Apud Petav. l. 7. de Trin. c. 9.

Spirator non distinguitur à Patre & Filio.

295. Filiatio & spiratio passiva in ea hypothesi non magis opponerentur, & consequenter nec magis distinguerentur inter se, quàm de facto opponantur ac distinguantur Paternitas & Filiatio ex una parte, & Spiratio activa ex altera: Ergo sicut, ob defectum oppositionis, hæ duæ relationes, quamvis disparatæ, sunt realiter idem cum spiratione activa, ita in illam hypothesi Filiatio, & Spiratio passiva non distinguerentur realiter, & consequenter, sicut Spirator non est Persona distincta à Patre & Filio, ita Spiritus non foret Persona distincta à Filio.

Non esset idem Filius, qui nunc est, adeoque nec idem Pater quia non esset eadem generatio, quæ nunc.

Filiatio eo casu non esset eadem cum ea, quæ nunc Filium constituit, & à Spiritu S. distinguit; quia non exigeret, ut modo, spirationem activam sibi in omni suo supposito inseparabiliter annecti, neque generatio passiva esset (ut nunc est) essentialiter illius acceptio; ac proinde secunda Persona non esset idem Filius qui nunc est; imò nec Filius si ad filiationem requiras processionem in similitudinem naturæ ut fœcundæ. Eandem ob causam paternitas

non esset eadem, quæ nunc est, quia generatio activa non esset essentialiter (ut nunc) communicatio spirationis activæ: Vnde in ea hypothesi non solum esset alius Filius ab eo, qui nunc est; sed etiam alius Pater.

Hinc quæstio: *an si Spiritus S. à Filio non procederet ab eo distingueretur:* non est nugatoria & sui destructiua, ut opponit Gofredus Torres; quia hypothesis non intelligitur de eodem Filio & Spiritu S. qui nunc sunt; sed de duabus personis Divinis quarum una procederet per intellectum, altera per voluntatem, absque eo quòd una procederet ab alia, & quæritur utrum tunc adhuc essent Duæ personæ realiter distinctæ, quo sensu quæstio est utilis, ad rationes formales constitutivas & distinctivas personarum Filii & Spiritus Sancti perfectius cognoscendas.

296. Quòd si tamen Spir. S. à Patre non procederet immediate, sed à solo Filio adhuc distingueretur à Patre, quia ab eo esset mediate tanquam à principio sui principij, quod sufficit ad oppositionem relativam, distinctionis realis fundativam; cùm æquè repugnet mediate quam immediate seipsum producere, aut à seipso procedere.

297. Dices Ansel. l. de processione Spir. S. c. 2. dicit: *Filius ideo non est Spir. S. nec Spir. S. est Filius: quia Filius nascendo habet esse de Patre; Spiritus verò non nascendo, sed procedendo, &c. 4. nam etsi per aliud non essent plures Filius & Spiritus S. Per hoc solùm essent diversi, sc. quia alter nascendo, alter existit procedendo.* Ergo juxta Ansel. ad diversitatem & distinctionem realem Filii à Spiritu S. sufficit, quòd hic per voluntatem, ille per intellectum procedat.

R. 1. Cum Suarez & aliis, fatendum esse Ansel. non parum favere oppositæ sententiæ; ac proinde ei opponendos esse Boet. Nyss. C. Toletan. S. Thom. Bonav. &c.

R. 2. Cum S. Th. q. 10. de poten. a. 5. ad 2. Anselmum disputative potius, quam definitive ita locutum esse, quasi id concedendo Græcis (contra quos ibi disputat) donec interim aliam veram causam

Hac in re dubia est Mens Anselmi, favet adversarijs, & etiam nobis licet obscuriùs.

sam distinctionis adferret. Hoc enim videtur indicare sub finem Cap. 2. his verbis: *Filius autem, ut interim aliam causam dicam, quando nondum constat* (scil. inter me & vos græcos) *quod Spiritus S. de illo sit & procedat*, ideo *non est Spiritus S.* &c. ut sup. Deinde ibidem nobis favet, his verbis: *Cum apparuerit quia Spiritus S. est de Filio, tunc quoque palam erit, quia propter hoc nequit esse Filius Spiritus S. & Spiritus S. Filius*: quibus apertè significat (inquit Zuniga) veram & adæquatam causam distinctionis Spiritus S. à Filio esse, quod *Spiritus S. procedat à Filio.*

Confirmat hanc responsionem Petav. l. 7. de Trin. c. 9. ubi cùm Zuniga aït immeritò Vasq. concessisse Anselmum, adversariis, quod probat his verbis Anselmi de process. Spir. S. c. 2. *Supradicta verò relationis oppositio, quæ ex eo nascitur, quod supradictis duobus modis Deus de Deo est, prohibet Patrem & Filium & Spiritum S. de eodem dici*, & infra: *quatenus ne unitas amittat aliquando suam consequentiam* (hoc est, inquit Petav. suum effectum formalem, qui est facere omnia unum) *ubi non obviat aliqua relationis oppositio*. Quibus similia in confirmationem addit Præpositus ex c. 1. ejusdem l. ubi Ansel. ait: *Hac itaque sola causa pluralitatis est in Deo, ut Pater & Filius, & Spiritus S. dici non possint de invicem* &c. *Quia prædictis duobus modis est Deus de Deo, quod totum dici potest relatio.*

Illum immerito, inquit Petavius, Vasqu. concedit adversarijs.

R. 3. Hac in re certò obscuram esse & dubiam Anselmi mentem, ut etiam agnoscit Scotus, quia utraque pars Anselmum pro se adducit. Vnde in eo non potest fundari firmum argumentum pro, vel contra.

Dices 2. Athan. Dialog. 1. contra Amon. docet inter Filium & Spiritum differentiam esse ex eo, *quod unus quidem, ex utero sit, alter ex ore*. Aug. l. 5. de Trin. c. 14. sub initium ad quæstionem, *cur Spiritus non sit Filius*: Respondet: *existit enim non quomodo natus; sed quomodo datus*. Et Damasc. 1. de fide c. 7. 9. 10. 11. & 18. Spiritum Sanctum distinguit à Filio, quoniam Spiritus est à Patre prodiens

Athan. alijq; PP. refundunt distinctionem Spirit. à Fil. in

diens *non finaliter*, *sed processibiliter*, quibus verbis rationem Distinctionis Spiritus S. à Filio refundunt in solam diversitatem emanationis seu processionis per intellectum & voluntatem.

diversitatem processionis ut in rationem radicalem non ut informalem.

R. Istos PP. non adferre rationem formalem distinctionis realis Spiritus a Filio, quæ est sola oppositio relativa, sed radicalem, sitam in eo, quòd Filius procedat per intellectum, & Spiritus Sanctus per voluntatem; ex quo fit ut Filius procedat prius origine, quàm Spiritus Sanctus & consequenter vi suæ processionis accipiat vim spirativam, & spirationem activam, seu voluntatem ut fœcundam prius quàm habeat suum terminum, quem proinde in posteriori originis Filius una cum Patre producit, & à se, per relationem ex ista productione resultantem, realiter distinguit. Eodem sensu potest explicari Ansel. sup.

298. Dices 3. Filius & Spiritus sanctus in illa hypothesi procederent ut nunc per diversa principia formalia intellectum scilicet & voluntatem: ergo adhuc essent duæ productiones totales ut nunc: atqui eadem persona nequit procedere per duas productiones totales; alioqui enim una ex illis esset superflua, omnis autem superfluitas in divinis repugnat, ergo adhuc essent duæ personæ realiter distinctæ.

R. N. 1. seq. quia sicuti illa principia formalia non distinguuntur realiter defectu oppositionis; sed tantùm ratione, & virtualiter, ita productiones eorumque termini ex eodem defectu non distinguerentur realiter, sed conflarent unicam productionem totalem, quæ pro termino totali haberet unicam personam; quæ quia procederet per intellectum & voluntatem esset simul Filius & Spiritus sanctus. Sicut de facto eadem persona est simul Pater & Spirator, quia operatur per intellectum & voluntatem.

Filius & Spiritus S. procederent per principia diversa virtualiter ut nunc, at processionibus non realiter ut nunc sed solum virtualiter diversis. Idque defectu oppositionis producentis, & producti, qua

Dices 4. amor creatus non procedit à Verbo creato & tamen distinguitur ab illo. Ergo similiter in nostra hypothesi &c. R. N. seq. disparitas est quod distinctio in creatis non oriatur ex sola oppositione relativa, ut in divinis; sed præcipue ex

ex limitatione, quæ in divinis locum habere nequit.

sola in divinis distinguit.

Dices 5. in dicta hypothesi Filius & Spiritus Sanct. opponerentur relatione producti ab eodem principio, sicut fratres in creatis. R. solam relationem producentis, & producti inferre distinctionem in divinis, ubi non est, nec esse potest fraternitas, saltem str ctè dicta, quæ fundatur in generatione duorum ab eodem Patre, quia in Deo unica est Persona genita.

Vbi non est relativa oppositio duorum ab eodem ut est fraternitas in creatis.

Sunt qui hic admittant fraternitatem latè in hypothesi quod Spiritus S. non procederet à Filio, quia tunc duæ personæ acciperent eandem naturam ab eodem principio adæquato licet non eodem modo: una enim eam acciperet per intellectum, altera per voluntatem.

Dices 6. Filii constitutivum, & distinctivum est filiatio: atqui eo casu maneret eadem filiatio, quia maneret Filius ejusdem Patris, ergo maneret eadem distinctio, quæ nunc, R. non maneret eadem filiatio, quæ nunc adeoque nec idem Filius, nec idem Pater, ut patet ex dictis sup. n. 295.

Hic Spirit. S. qui de facto est, per se procedit à Patre & Filio quà talibus.

299. Spiritus S. prout constat hac numero proprietate Characteristica, qua constituitur in esse hujus Spiritus S. qui de facto est, per se procedit à Patre & Filio, non solùm ut sunt duo supposita, sed etiam ut habent rationem Patris & Filii. Est S. Thomæ, Ban. Mol. Suar. Vasq. contra Scot. Dua. Bach.

Cum hoc illi conveniat ad intra, adeoque essentialiter & per se.

Prob. quia Spiritus S. de facto procedit à spiratione activa, seu virtute spirativa essentialiter identificata paternitati, & filiationi: ergo hoc illi per se convenit. Prob. seq. quia hoc illi convenit ad intra, cum sic procedere sit quid ipsi & Deo intrinsecum, in ipsa essentia radicatum, & ab ea per se exigitum, atqui in divinis, quod convenit ad intra non potest convenire per accidens: alioqui enim Deus, qui nunc est, posset secundum quid, esse intrinsecè alius, quam de facto sit, quod manifestè repugnat ejus immutabilitati.

Confirm. 1. & magis explicatur: in divinis omnia intrin-

intrinseca sunt essentialia, & quidditativa: ergo spirationi activæ, seu virtuti spirativæ, essentiale est identificari relationibus Patris & Filii; ergo essentiale est spirationi passivæ respicere spirationem activam, seu vim spirativam istis relationibus identificatam; atque ita illis opponi oppositione relativa radicali & mediata, sita in eo quòd Paternitas & Filiatio exigant identificari spirationi activæ, qua mediante, opponuntur spirationi passivæ, & vicissim spiratio passiva per se exigat respicere spirationem activam, seu vim spirativam relationi Patri & Filii identificatam. Hæc autem mediata oppositio, sufficit ad distinctionem realem inter istas relationes & spirationem passivam, quam nunc de facto infert, quæ proinde non haberetur deficiente ista oppositione. Omnia enim Deo intrinseca sunt ipsi essentialia.

Confir. 2. ex Conc. Tolet. 11. in professione fidei, ubi habetur; *In relativis personarum nominibus Pater ad Filium, & Filius ad Patrem, Spiritus S. ad utrosque refertur*, & paulo post, *similiter Spiritus S. non est ad se, sed ad Patrem, & Filium relativè refertur, in eo quod Spiritus Patris & Filij prædicatur.* Ideo test. C. Tol. 11. dicitur Spiritus Patris & Filii.

300. Dices, totum principium formale productivum Spiritus S. æquè reperitur in Patre & Filio seorsim sumptis, quàm in utroque simul: ergo Dualitas Personarum non requiritur per se ad productionem Spiritus S. sed solùm per accidens, eò quòd de facto eadem illa virtus sit communis duobus.

R. Dist. ass. æque reperitur in Patre & Filio totum principium quo præcise sumptum C. totum complete sumptum, pro ut includit omnem conditionem necessariò requisitam ex parte suppositi N. sic enim ex intrinseca determinatione essentiæ exigit identificari Paternitati, & Filiationi: & vicissim processio, seu relatio constitutiva hujus Spiritus S. per se petit non esse ab uno supposito, sed à duobus simul, & quidem quorum unum sit Pater, alterum Filius, id enim exigunt locutiones Aug. Prosp. aliorumque PP. apud Ruiz: Dicentium quòd Spiritus S. procedat ut *Amor reciprocus duorum*, seu ut *Communio, nexus, amplexus*, aut *osculum Patris, & Filij*, Totum principium formale productio Spir. S. reperitur in Patre seorsim sed non cum conditione requisita ex parte suppositi.

pro

pro quibus, V. Bern. serm. 8. in Cant.

Vnde si virtus spirativa esset in solo Patre non esset eadem, quæ nunc; neque esset eadem spiratio activa, & passiva quæ nunc; adeoque nec idem Spiritus, qui nunc, non enim respiceret idem principium formale, quod nunc essentialiter respicit, & consequenter non esset eadem essentia, quæ nunc: quia non haberet easdem exigentias, quas nunc habet tam ex parte sua, quàm ex parte personalitatum seu processionum.

Spir. S. non ut hic, sed velut in genere non petit esse à duobus.

Si tamen Spiritus S. spectetur non prout hic, sed velut in genere seu præcisè, ut est persona procedens per voluntatem, non exigit per se a duabus Personis procedere: quia non apparet cur a divina voluntate (quamvis per impossibile solum esset fœcunda prout est in parte) non posset procedere amor notionalis, qui esset verè Spiritus S. licet alius ab eo, qui nunc est.

Pater & Filius ex Aug. sunt unum principium Spir. S. sicut vnus Deus, quia Spiratio activa, non multiplicatur.

301. Pater, & Filius sunt proprie, & in rigore unum principium Spiritus S. sicut sunt unus Deus, & unus Dominus creaturarum, ita S. Th. & alii communissime contra Greg. Ariminensem, est expresse Augustini l. 5. de Trin. ubi ait: *sicut Pater, & Filius unus est Deus, & ad creaturam relativè unus creator & unus Dominus, sic relativè ad Spiritum S. Vnum est principium.*

Et ita definitur CC. Lugd. & flor.

Prob. ex Conc. Lugdun. Cap. Fideli *de summa Trin.* in 6. & Flor. in litteris unionis in quibus definitur *Spiritum S. procedere à Patre, & Filio tanquam uno principio.* Vbi per ly *tamquam* designatur rei veritas, non similitudo, ut patet ex contextu & scopo Conc. volentis refellere errorem & Calumniam Græcorum Latinis objicientium, quòd ponendo Spiritum S. à Patre & Filio, ponerent duo principia Spiritus S.

Confir. quia Lugdunense non solum dicit Spir. S. esse ex Patre & Filio tanquam uno principio, sed insuper Damnat eum qui dixerit *esse ex illis tanquam duobus principiis.*

Sunt tamen 2. spirantes adiectivè.

Sunt tamen Pater, & Filius duo spirantes adjectivè; cùm adjectiva multiplicentur pro multiplicitate sup-

suppositorum. Hoc sensu Hilar. 2. de Trin. dicit *Spiritum S. esse à Patre, et Filio authoribus*. Vbi, ut advertit S. Thomas, ly, *authoribus*, sumit adjective.

302. Dices 1. cum Greg. Arimin. Principium quod spirandi supponit pro supposito habente virtutem spirativam. Ergo cùm sint duo supposita habentia virtutem spirativam, sunt propriè Duo Principia, quæ non possunt dici unum, nisi impropriè, & quasi adverbialiter, ita ut idem sit, ac uno modo principium.

R. Dist. Antec. supponit pro supposito habente virtutem spirativam seu spirationem activam, sic ut rationem suppositi significet materialiter & confusè, abstrahendo ab hoc vel illo supposito in particulari, ab uno vel duobus C. sic ut eam significet formaliter & distinctè N. formaliter enim & distinctè solùm significat vim spirativam, seu virtutem spirandi, quæ, cum sit una & eadem in Patre & Filio, non magis potest constituere duo principia Spiritus S. quam una & eadem Deitas, in tribus Personis, tres Deos.

Spirator rationem suppositi importat materialiter, spirationem activam formaliter à qua est unus.

304. Ratio est quod ex usu apud philosophos & Theologos passim, recepto adjectiva quidem suam unitatem accipiant à supposito; substantiva verò à significato formali, ut patet in hac voce, *Deus*, quæ propter unitatem divinitatis non multiplicatur in tribus personis.

Substantiva enim accipiunt unitatem à suo formali significato.

Hinc particulæ demonstrativæ & significativæ unitatis, vel identitatis vocibus substantivis adjunctæ solùm determinant earum significata formalia & principalia: unde additæ huic voci, *principium quod Spiritus* S. vel huic. *Spirator*, solùm determinant vim spitativam, seu spirationem activam; sic ut *unum* vel *hoc principium Spiritus* S. faciat hunc sensum, *suppositum unius vel hujus virtutis spirativæ*; non verò hunc, *unum vel hoc suppositum virtutis spirativæ*, sic ut proinde Pater & Filius sint unicus spirator, quia sunt suppositum (sumendo suppositum confusè abstrahendo ab hoc vel illo) unicæ virtutis spirativæ. Similiter si Pater & Filius assumerent eandem huma-

humanitatem foret unicus homo, ut cum S Tho. & aliis communius ostendam in tractatu de Incarnatione C.4. §. 1.

Spir. S. est duorum conspirantium, sed eadem virtute spirativa.

Dices 2. Spiritus S. per se procedit ut amor reciprocus Duorum reciprocè amantium ; ergo per se procedit à Duobus ut duobus, ergò à Duobus ut duobus principiis, non à duobus ut uno principio ; ergo Pater & Filius non sunt propriè, & in rigore unum principium Spiritus S. R. Dist. ass. procedit ut amor duorum reciprocè amantium, seu conspirantium diversa virtute spirativa N. eadem C. Hinc fit ut sit unicus spirator substantivè, licet sint duo comspiratores adjectivè, seu duo conspirantes. Vnde negandæ sunt ulteriores consequentiæ.

Instabis Pater & Filius sunt duo conspiratores etiam substantivè ; cum repugnet ut sint unicus conspirator ; quia conspirator essentialiter connotat alterum. R. propterea conspirator hic non potest propriè sumi substantivè.

Spirator supponit pro aliquo Patri & Filio communi secundum rationem non secundum rem.

304. Ex dictis 1. spirator non supponit pro aliquo Patri, & Filio communi secundum rem ; quia licet spiratio activa sit Patri, & Filio communis communitate rei, sicut divinitas tribus personis ; suppositum tamen, quod spirator importat in recto, solùm est quid commune secundùm rationem, sicut animal homini & bruto ; quia, nempè ratio suppositi prout significata hac voce, *spirator*, abstrahit à supposito Patris & Filii, sicut animal ab homine & bruto.

Principium Spir. S. sumptum pro supposito virtutis spirativæ convenit Patri & Filio seorsim, secus prout dicit conditionem requisitam ex parte suppos.

2. Quando S. Thomas q. 36. a. 4. ad 4. 5. 6. dicit quod ly *principium*, in hac propositione : *Pater & Filius sunt unum principium*, vel *unum principium Spiritus S. est Pater, & Filius* : supponat indistinctè pro duabus personis simul, sumit *principium* prout includit omnem conditionem necessariam ex parte suppositorum, qua ratione importat utrumque suppositum Collectivè. Quare consequenter ad 4. rejicit hanc propositionem : *Pater & Filius sunt unum principium, quod est Pater* : quæ tamen bono sensu admitti potest, si *principium* sumatur, ut passim sumi solet, præcisè pro supposito habente virtutem

tutem spirativam, aut actum spirandi, sic enim supponit confuse pro supposito uno, vel pluribus, ac proinde singulis seorsim tribui potest, v. g. dicendo: *Pater est principium Spiritus S. Filius est principium Spir. S.* quo sensu verum est, quod *Pater & Filius est unum principium Spiritus S. quod est Pater*, vel quod *est Filius*; sicut verum est, quod *Pater, & Filius sint unus Deus, qui est Pater &c.*

305. 3. Spiritus S. æque immediate, immediatione virtutis & suppositi, procedit à Patre ac Filio: quamvis à Patre etiam procedat mediatè, quatenus procedit à Filio, qui procedit & virtutem accipit à Patre. Hoc solùm volunt PP. Nys. l. ad Ablay. sub finem, dum ait: *Aliud* (scil. Filius) *continenter & sine medio ex primo est: Aliud verò* (scil. Spir. S.) *per id quod immediatè & ex continenti est*. Et Damasc. lib. 1. de fide, cap. 18. ubi Spiritum Sanctum dicit: *per Filium Patri conjunctum.*

4. Spiritus Sanctus non procedit prius à Patre, quam à Filio, sed simultaneè ab utroque: quia licet virtus spirativa & ipsa spiratio activa (in nostra sententia ponente productionem activam in persona producente) illi realiter identificata priùs origine sit in Patre, quam in Filio, qui illam à Patre accipit; immo étiam priùs ratione quam generetur Filius; Pater tamen pro illo priori non est absolutè spirans: quia actus spirandi præcisè prout est in Patre, non est completus, sic ut inferat processionem Spiritus S. nisi idem actus intelligatur esse in Filio, tamquam in conspiratore, cum quo constituit adæquatum principium necessarium; quia cum Spiritus per se postulet procedere invisibiliter à duobus tamquam uno principio, debet actus spirandi esse utriusque ut vi illius procedat spiratio passiva.

Spir. S. procedit à Patre immediate & mediate, non priùs à Patre quam à Filio, quia actus spirandi præcise ut in Patre non est completus.

5. Spiritus S. procedit ex amore Divinæ essentiæ, personarum, & creaturarum ut possibilium, non ut existentium, nisi in sensu radicali modo sup. explicato n. 237.

Pater & Filius amant se Spiritu S. si amare sumatur notionaliter, sic ut sensus sit quod ament se Spi-

Pater & Filius amant se Spiritu S. notionaliter.

se Spiritu S. ut termino dilectione producto: secus si sumatur essentialiter, ut communius & magis propriè sumi solet, Amor itaque defectu, vocum, hic variè sumitur, essentialiter nempe, & magis propriè pro ipsa dilectione essentiali tribus personis communi, & notionaliter pro termino dilectione producto, seu Spiritu S. quæ amoris acceptio est minus propria & usitata: sicut ergo Pater quamvis dicat omnia Verbo, non est tamen propriè loquendo, sapiens sapientia genita, ut rectè Aug. retractans contrarium quod priùs insinuaverat; ita Pater & Filius proprie loquendo non amant se amore producto; sed essentiali, qui est principium quo, seu formale saltem remotum amoris producti, seu Spiritus S.

Donum propriissimè cōvenit Spiritus S.

306. Donum est proprium nomen Spiritus S. quia ratio doni propriissimè ipsi convenit, quatenùs procedit ex amore, qui est principium doni gratuiti. Hinc donum sumitur tum personaliter, seu notionaliter pro ut est proprium Spiritui S. tum essentialiter pro omni re, quæ gratiosè donatur, qualiter etiam convenit Patri, qui dat se nobis per gratiam, & gloriam, & quidem magis proprie Filio, qui nobis datur è Patre, cujus est per originem. Hinc Isaiæ 9. dicitur: *& Filius datus est nobis*, & Ioan. 3. *sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret.*

Sunt 3. personæ unius essentiæ, & ideo inter se æquales in perfectione.

Sunt tres personæ unius essentiæ, quod patet ex dictis, & clarè significatur Ioan. 5. *Pater, Verbum, & Spiritus hi tres unum sunt*, scil in essentia. Per illud, quod ibidem subjungitur, *tres sunt qui testimonium dant in terra Spiritus, aqua, & ignis, & hi unum sunt.* Non significatur unitas in essendo, sed in testificando, ut patet ex subjecta materia, unde in græco non habetur *unum sunt*, sed *in unum sunt.*

307. Tres Personæ Divinæ sunt æquales inter se: est de fide. Ex Symb. Athan. & ratio est manifesta; quia omnes habent eandem essentiam.

Ratio primi principij ad intra Patri nullam tribuit præeminentiā.

Cum Basil. lib. 3. contra Eunom. Dicit Filium esse dignitate secundum à Patre: dignitatem sumit improprie pro authoritate primi principii, quæ licet ex nostro modo concipiendi videatur importare præeminentiam; reipsa tamen stat cum æqualitate perfecta

fecta, ut patet ex dictis sup. n. 228.

Dices, relationes Divinæ distinguuntur specie; vel quasi specie, atqui specie distincta sunt inæqualia; ergo. R. N. Mi. cujus falsitas patet in ubicationibus ejusdem locati ad diversa spatia, & similibus omninò æqualis perfectionis, quamvis specie differant.

Relatio æqualitatis & similitudinis inter personas à S. Th. dicitur rationis, à Scot. realis, potest (in quæstione de nomine) admitti utraque locutio, modo hæ relationes non dicantur superaddere, aliquid realiter, aut virtualiter distinctum à personis.

Relatio æqualitati, nihil superaddit personis quibus convenit ordo originis.

308. Datur in personis ordo originis, absq; prioritate naturę strictè sumpta importante distinctionem naturæ, & dependentiam posterioris à priore; non tamen absque prioritate naturæ sumpta latè abstrahendo ab imperfectionibus diversitatis & dependentiæ, qualiter eam sumpsit Aug. l. 3. contra Maxim.

In Divinis est mutua personarum in se invicem inexistentia, fundata in identitate naturæ, supposita personalitatum distinctione.

Ex Dionys. à Scholasticis appellatur personarum circum insessio, eam passim tradunt PP. ex illo Io. 14. *ego in patre & pater in me est*, quod etiam verum est de Spiritu S.

309. Missionem activam, & passivam, Personis divinis convenire constat, Matth. 10. *qui me recipit, recipit eum, qui me misit.* Io. 8. *ego & qui misit me Pater*, & 15. *Spiritus veritatis, quem ego mittam vobis à Patre.*

Missio convenit personis divinis.

Ad hanc autem missionem requiritur 1. Ratio principii ad intra ex parte mittentis, & originis passivæ ex parte missi. Hinc Patri solùm convenit mittere, Spiritui S. solùm mitti, Filio utrumque. Igitur cum Isaiæ 48. Spiritus dicitur misisse Filium, vel agitur de Christo qua homine, vel missio sumitur minus propriè prout præcisè dicit effectum temporalem, toti Trinitati communem, secundùm quem attenditur missio. 2. Habitudo ad terminum, ad quem mittitur, qui vi missionis incipiat esse novo modo, nempe per aliquem effectum temporalem, qui Personæ missæ specialiter conveniat.

Activa producentibus, passiva productis.

Dicit ordinem ad effectum temporalem personæ missæ cōvenientem.

CAPUT VI.

Angeli.

§. I.
Angelorum natura, ubi, & motus.

Angelus est substantiæ intellectualis homine superior.

310. ANGELI *sunt substantiæ creatæ intellectuales, completæ, à materia separatæ, & homine superiores*, quas Philosophi, à sua principali operatione, Intelligentias appellarunt.

Dantur Angeli homine superiores, est de fide, contr. Sadduceos, Act. 23. & quosdam recentiores hæreticos.

Prob. ex Script. Psal. 8. *minuisti eum paulò minus ab Angelis*; quem locum de Angelis homine superioribus intelligit Apost. ad Hebr. 2. v. 7. inde ostendens Christum ex conditione naturę humanæ Angelis esse inferiorem, quamvis gloria & honore sit superior. Matth. 18. *Angeli eorum semper vident faciem patris mei.*

Dari Angelos constat ex script. & PP.

Confir. ex PP. apud Bubal. ac nominatim Aug. l. 11. de Civ. c. 15. *natura Angelica cætera omnia quæ Deus edidit natura dignitate præcedit*. Quare cùm l. 3. de lib. arb. c. 11. & alibi, significat Angelos & animam rationalem esse natura pares, intelligendus est vel de paritate quoad gradum genericum intellectualitatis, vel quoad capacitatem gratiæ, & gloriæ. Quod dixerat l. 83. qq. q. 54. *nihil esse melius anima nisi Deum*: revocat lib. 1. retract. c. 16. ubi ait, quòd potiùs dici debuisset: omni spiritu creato nihil melius &c.

Non potest demonstrari naturaliter.

311. Angelorum existêntia, solo lumine naturali agnosci potest probabiliter, ut agnita fuit ab Arle, Platone, & aliis Philosophis ex motu cœli &c. non tamen, ut recte Val. contra Ban. evidenter demonstrari; cum effectus mirabiles super omnem naturæ corporeæ vim, in energumenis, maleficis, & similibus frequenter contingentes, probabiliter refundi possint, vel in Deum, si nullam inordinationem contineant, vel in animas separatas bonas aut malas.

312. Angeli sunt omninò incorporei & pure spiritua.

rituales. Est nunc omnium contr. Eugubinum & Cajet. Prob. ex C. Later. cap. Firmiter, *de sum. Trin.* ubi habet: *Deus sua omnipotenti virtute simul initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam spiritualem & corporalem, Angelicam videlicet, & mundanam, ac deinde humanam quasi communem, ex spiritu & corpore constitutam*: quibus verbis nonnulli putant hanc veritatem esse definitam, quod tamen alii communius negant, tenentes Conc. id non intendisse, & volentes (favente S. Th. q. 17. de malo a. 1.) solùm esse ita certam, ut non possit absque temeritate negari. Sunt omnino incorporei. Ita Docet C. Later. non definit.

Ratio est quod nullum sit fundamentum eis corpus quantumvis tenue ac subtile (ut vult Cajet.) affingendi; cùm Script. ad Heb. 1 v. 14. & alibi eos simpliciter vocet Spiritus, & Dionys. de div. nom. c. 4. eos dicat esse *intelligibiles, spiritualesque substantias incorporeas, atq; omni materia carentes*: cui consentiunt Iren. Athan. Chrys. aliique plurimi apud Bubal. a quibus quidem dissentiunt Origen. Tertull. Cassian. aliique minoris authoritatis; non tamen (saltem absolute) Aug. qui videtur quidem Enchir. c. 59. & alibi de hac veritate (uti & Bern.) dubitasse nusquam tamen ex propria sententia contrarium asseruisse, imò l. 1. retract. c. 11. & in Ps. 103. aliis consensisse. Nullum sit fundamentum eis corpus subtile affingendi. De quo dubij uidentur Aug. & Bernar.

Dices, sexta Synod. act. 5. approbat illud Ioannis Episc. Thessal. *Angelos pingi posse quia corpore sunt præditi.* R. solùm approbat substantiam sententiæ, non ejus rationem.

313. Angeli seu dæmones, non delectantur rebus corporeis sensibiliter, sed solum intelligibiliter, quatenus nempè actiones quædam turpes corporeæ sunt Dei offensæ, ac proinde illud Gen. 6. *videntes Filij Dei* (vel ut mendosè habent quidam Cod. 70) *Angeli Dei, filias hominum, quòd essent pulchræ, &c.* non est intelligendum, ut perperam, Cassian. & alii de Angelis propriè dictis, sed de Filis Seth, vel Enos, qui dicuntur Filii Dei, quia apud eos vigebat veri Dei cultus. Dæmones delectantur corporeis intelligibiliter.

Dœmon, Tob. 6. expulsus est virtute fumi jecoris cujusdam piscis, non naturalis, sed miraculosa; & c. 8. religatus in deserto, non vinculo corporeo, sed efficaci Raphaelis, aut Dei imperio. Dæmon Tob. 6. pellitur virtute superna.

Non componuntur ex actu & potentia spirituali.

314. Angeli non componuntur ex forma, & materia, etiam non quanta, nec corporea, sed spirituali, ut voluerunt Alen. Richard. & quidam alii. Prob. quia nulla est necessitas, nec solida ratio eis tribuendi ejusmodi compositionem.

Sunt incorruptibiles, possunt tamē annihilari.

Sunt natura sua absolutè incorruptibiles, 1. hoc sensu quòd non possint corrumpi corruptione sumpta propriè pro destructione rei, remanente ejus materia. 2. Quod eis, posito quod semel creati sint, conservatio perpetua sit connaturaliter debita, cum res quælibet naturaliter appetat sui conservationem & nihil sit, sive ipsis intrinsecum, sive extrinsecum, quod eorum destructionem natura sua exigat: possunt tamen de potentia absoluta annihilari, cùm à Deo libere conserventur, & consequenter dici possunt natura sua corruptibiles hoc sensu, quòd non habeant omnimodam necessitatem essendi, sicut Deus. Hinc Damasc. l. 2. de fide c. 3. dicit: *immortalis est Angelus non natura sua, sed gratia.*

Maximus est eorum numerus.

315. Quantus sit Angelorum numerus definiri non potest, ut rectè Dionys. cap 4. de Cœlesti Hierarch. Constat esse maximum ex Daniel. 7. *millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia, assistebant ei.* S. Th. hic q. 50. a. 30. dicit esse *rationabile, quod excedant substantias materiales, quasi incomparabiliter.* Quod Molina intelligit de excessu multitudinis omnium specierum corporalium, non omnium individuorum, ut vult Bubalus.

Inæquales dignitate & officijs differunt specie.

316. Incertum est etiam Aug. l. 11. cont. Priscilianistas, quomodo Angeli inter se differant. Qui sunt diversæ hierarchiæ, probabiliter inter se differunt specie; cum sint valde inæquales dignitate, & officiis. Probabile est etiam quosdam solo numero differre, ut communiùs docetur cont. Thomist.

Alij solùm numero.

Ratio est quod multiplicatio specierum & individuorum intra eandem speciem; faciat ad perfectionem universi, ut rectè Aug. l. 19. de civit. c. 13. docens: *ordinem seu pulchritudinem, esse parium, dispariumque congruam dispositionem.*

Materia accipitur pro

317. Cùm Arles 12. metaph. insinuat materiam esse principium multiplitatis numericæ, loquitur de

mate.

materia accepta impropriè pro differentia individuali, quæ à Philosophis dicitur materialis, quia non ingreditur essentiam, quæ censetur forma rei, quam constituit. — **differentia individua.**

Quidam eodem sensu conantur explicare S. Th. hic q. 50. a. 4. sed frustra, ibi enim apertissimè docet Angelos non posse solo numero multiplicari; quia carent materia, hæc tamen ratio non videtur solida: quia res quælibet constituitur, individuatur, & numericè multiplicatur per suam entitatem, non per ordinem ad materiam. Vnde S. Thom. opponimus Athan. in qq. ad Antiochum q. 3. ubi ait: *eandem esse Angelorum & Dæmonum naturam, sicut & hominem*, & q. 4. dicit: *Angelos quidem ordinibus differre, sed esse ejusdem speciei, sicut homines.* — **Rei cuilibet identificata.** — **Favet Ath. non S. Tho.**

318. Angeli subinde assumunt corpora hoc sensu, quod illis uniantur, non ut forma informans, neque præcisè ut motor, sed ut motor repræsentatus per corpus assumptum. — **Assumunt Corpora ut motores per illa repræsentati.**

In corporibus assumptis apparent verè, non solùm imaginariè. Prob. ex Gen. 18. *apparuerunt ei* (nempe Abrahamo) *tres viri*, quos Paulus ad Hebræ. 13. docent fuisse Angelos. Tob. 5. & seqq. ubi Raphael in corpore assumpto constanter ab omnibus eodem semper modo videbatur, adeoque verè, non imaginariè, quæ enim solùm videntur secundùm imaginationem, non videntur constanter eodem modo, nec indifferenter ab omnibus, ut rectè S. Thom. Suar. & alii.

Dices Damasc. 2. de fide c. 4. dicit: *dæmones immutantur & in quamlibet formam, ut quidem apparet, migrant.* R. solùm vult, sicut & alii PP. & similiter loquentes, ejusmodi apparitiones subinde solùm fieri, secundùm phantasiam, ut quandoque contingit in conventu Sagarum, non semper. — **In illis verè operantur, subinde solum imaginariè.**

319. Angeli ordinariè non assumunt corpora vera, seu verè talia, qualia apparent, sed ex aere permixto vaporibus, aliisque corpusculis subtilibus, applicando activa passivis, ab ipsis ita efformata, ut figura externa repræsentent vera corpora, v. g. humana; hoc enim non superat illorum virtu- — **Ordinariè assumunt corpora ex aere & vaporibus.**

tem naturalem, qua possunt efficere ut corpora ab ipsis efformata solida sint, & palpabilia, qualia erant corpora Angelorum, quibus Abraham Gen. 18. *lavit pedes*, item ejus cum quo Iacob Gen. 32. *luctatus est*.

Vnde istud Christi, Palpate &c. non convincit est sufficiens aliis.

Hinc illud Christi Luc. ult. *palpate, & videte, quia spiritus, carnem, & ossa non habet*, spectatum præcisè secundùm se, non fuit prorsus evidens, ad corporalem ejus resurrectionem irrefragabiliter probandam, sed solùm ut aliis conjunctum, v. g. testimoniis Prophetarum, Christi prædictionibus, & innumeris ejus miraculis.

Possunt assumere corpora viva.

320. Potest Angelus assumere corpus vivum, illud nempe subintrando, in eoque exercendo operationes, quæ tribui non possunt supposito, ad cujus speciem pertinet illud corpus, illudque ita movendo, ac regendo, ut Angelus censeatur eo uti tamquam proprio.

Dæmon non assumit energumenos.

Dæmon tamen dici nequit assumere corpus Energumeni, quia Energumenus adhuc loquitur in persona propria, & Dæmon de illo, ut de persona à se distincta, ac proinde eo non utitur tamquam proprio ad specialem sui suppositi repræsentationem.

Quia eo non utitur ut suo.

Ad assumptionem corporis tria requiruntur, 1. ut Angelus secundum suam substantiam sit intime præsens corpori, 2. ut illud contineat ne dissolvatur, moveat localiter, aut certo loco sistat, & speciali influxu dirigat saltem habitualiter. 3. ut in eo aliquid operetur, eoque tamquam suo utatur ad personam suam specialiter repræsentandam. Vnde, ad hanc assumptionem, non requiritur alia unio, quam præsentiæ localis Angeli cum corpore assumpto.

Deus potest assumere corpora.

321. Potest similiter Deus assumere corpus; est S. Thomæ, contra Gabriel. Prob. quia potest Deus uniri corpori quantum sufficit ad ejus assumptionem illud continere, movere, in eo operari, eoque uti tanquam proprio ad specialem sui repræsentationem: cùm in iis nulla sit repugnantia, ut patet à fortiori ex mysterio Incarnationis.

Deus tamen in veteri testamento nunquam assum-

ſumpſit ullum corpus, ſed Angelus in ejus perſona. Ita Vaſquez contra Abulenſ. Prob. quia præcipuæ apparitiones, quæ in veteri teſtamento tribuuntur Deo, in novo dicuntur factæ immediate per Angelum, ut Act. 7. v. 30. ubi de apparitione facta Moyſi his verbis expreſſa Exod. 3. *apparuit Dominus Moyſi in flamma ignis*: dicitur *apparuit illi Angelus in igne flammæ rubi*, ad Galat. 3. v. 19. ad Hebr. 2. v. 20. ubi, qui Moyſi in Monte Sina legem dedit, dicitur fuiſſe Angelus. Nunquam tamen sumpſit.

Cùm tamen Angelus in perſona Dei aſſumpſit corpora, Deus in illis apparuit principaliter; quia per corpora ab Angelis Dei perſonam gerentibus aſſumpta, Deus repræſentatus fuit principaliter & ut quod; Angeli autem ſolùm ut quo & minus principaliter: ſicut per habitum regium in ſcena aſſumptum principaliter repræſentatur ipſe rex. Vnde cùm Exod. 3. v. 6. & alibi perſona apparens, dicit: *ego ſum Deus* &c. Solum ſignificat ſe eſſe Deum repræſentative non perſonaliter. Apparitiones factæ ut per Angelos nomine Dei.

322. Non poteſt Angelus vivificare corpus aſſumptum; quia, cum ſit actus completus, non poteſt cum corpore tamquam cum ſua comparte conſtituere unum vivens. Angelus non poteſt vivificare corpus aſſumptum.

Non poteſt ergo per corpus aſſumptum exercere operationes intrinſece vitales, id eſt, quorum terminus non eſt naturaliter producibilis, niſi à principio vitæ intrinſeco ſeu informante corpus, per quod producitur, quales ſunt ſenſationes, appetitiones &c. Vnde non videt per oculos, nec audit per aures corporis aſſumpti, ſed intellectu immediate percipiunt ea, quæ per ejuſmodi ſenſoria videntur percipere. Nec in cooperari vitaliter proprie.

323. Poteſt tamen exercere operationes extrinſece vitales, quoad ſubſtantiam termini per illas producti; licet non quoad modum: poteſt enim exercere ambulationem, commeſtionem, loquutionem & ſimiles operationes quoad ſubſtantiam; quia cùm terminus iſtarum actionum non ſit aliud, quam ubi fluens aut ſonus articulatus, ſolùm eſt accidentaliter vitalis, ac proinde producibilis à non viven- Sed ſolùm improprie & extrinſece.

vivente, aut modo non vitali: non poteſt tamen illas exercere eo modo, quo ab animalibus fiunt vitaliter, id eſt ſic ut procedant à principio vitæ intrinſeco, per organa vivificata, ex directione phantaſiæ & ex motione appetitus ſenſitivi; ſic enim manifeſtum eſt non poſſe fieri ab Angelo per corpus aſſumptum: cùm enim illud non informet nec ullo modo vivificet, per illud non poteſt exercere ſenſationes vitales, quæ, qua tales eſſentialiter procedunt à principio vitæ intrinſeco.

Vnde non poteſt in corpore aſſumpto baptizare nec dæmon generare.

324. Hinc 1. Angelus non poteſt in corpore aſſumpto Baptizare: quia non poteſt verba proferre locutione vitali, & propriè dicta. 2. Nec dæmon in corpore aſſumpto propriè generare, quamvis poſſit per ſemen ab animali deciſum matrici fęminæ infuſum aliquo modo ad generationem concurrere.

Angeli non poſſunt corpus humanum transformare ut exigat animam.

325. Theophilus Raynaud. diſt. 4. Theol. naturalis q 4. n. 291. putant non eſſe improbabile Dæmonem abſque virili ſemine aliunde accepto & abſque fęminæ opera producere hominem; ſic nempe diſponendo maſſam argillaceam ſpecie hominis configuratam & ita omnibus inſtructam diſpoſitionibus ad animæ infuſionem; ut in eam connaturaliter induci debeat anima rationalis.

Verùm longe probabilius eſt, ſi non certum, hoc fieri non poſſe: quia, ut rectè Martinon. non poſſunt Angeli ita perfectè aſſequi temperamentum corporis humani ut connaturaliter animam exigat, alioqui enim poſſent homines procreari, qui non eſſent ex Adamo, & conſequenter nec infecti peccato originali, quæ & ſimilia inde conſequentia non poſſunt Theologice admitti. Hinc licet Incubus poſſit impropriè, ſemine virili utendo, hominem generare, hoc tamen non poteſt Succubus.

Angelus in corpore aſſumpto non fingit ſed ſuas proprietates deſignat.

326. Non repugnat veracitati bonorum Angelorum, quod per corpora ab eis aſſumpta videantur homines, viventes, comedentes, &c. licet non ſint tales: quia ab iis non aſſumuntur corpora humana ut credantur homines; ſed ſolùm ut per proprietates & opera hominis, ſpirituales Angelorum proprietates & opera ſpiritualia ſymbolice deſi-

designentur, v. g. eorum vis intelligendi per oculos, cibus invisibilis, quo pascuntur in cœlis, per comestionem corporalem, in quibus nulla est fictio nec deceptio, qualis esset si per hominis proprietates & opera intenderent significare se esse homines, cùm non sint tales: fictio enim consistit in eo, quod quispiam dicto vel facto aliquid significare intendat, quod in rei veritate non est.

Mira possunt Angeli applicando activa passivis, sed eis non omnia permittit Deus.

327. Possunt Angeli applicando activa passivis, 1. producere animalia imperfecta, non perfecta sine semine aliunde accepto. 2. sexum a masculino in fœmininum convertere. 3. gigantes aut pygmeos procurare. 4. famem arcere, & longam inediam facilem & insensibilem reddere. 5. homines in statuam salis convertere, salva tamen immortalitate animæ, 6. non possunt facere ut homines non senescant & in perpetuum vivant, neque hominibus infundere habitus scientiarum, quamvis per homines idiotas possint subitò legere, loqui Græcè, Hæbraicè, & de rebus altissimis disputare, ut dicuntur quidam Anabaptistæ hausto poculo scientifico totam scripturam memoria tenere; sic tamen ut conversi ad fidem Catholicam, subitò omnium obliviscantur. 7. certum est Dæmones per se & per magos plurima posse, quæ Deus illis non permittit, ut cujusvis hominis syngraphas perfectè imitari, exercitus integros somno sopire, excœcare, delere & similia, quæ caussarent ingentes in republica perturbationes V. Raynau. Dist 4 Theol. naturalis q. 4. n. 330.

Angeli non possunt de nullibi & nunquam.

328. Angeli sunt in loco, est omnium & certa, ex Script. Marc. 13. v. 32. ubi Angeli dicuntur *esse in cœlo*. Non possunt esse nullibi, seu esse, & non coexistere ulli spatio reali aut imaginario, alioqui enim Deo, à quo creantur, & conservantur non essent præsentes, quod repugnat.

Vnde Arles 4 physica c. 1. ait, *omnes existimant, ea, quæ sunt, alicubi esse*, & Aug de immortalitate animæ c. 1. dicit, *quidquid est, nusquam esse non potest*. Ratio a priori est, limitatio entis creati, quod sicut non potest absolvi ab omni tempore, seu esse, & nunquam esse, ita non potest absolvi

ab omni

ab omni loco, seu esse, & nullibi esse.

Non sunt in loco interminatè.

329. Non sunt in loco interminate, id est sic ut loco non claudantur, nec claudi possint, ut Deus; sed terminate, id est sic, ut certo loco finito, & terminato, ita claudantur, ut simul extra illum (si sit ipsis adæquatus) naturaliter esse non possint. Est communis & certa, contra Duran. volentem esse ubicumque possunt operari, adeoque ubique, cùm utique possint operari, contra quem.

Prob. 1. ex Script. docente Angelos sic esse in uno loco, ut in alio non sint, Apoc. 12. ubi de malis dicitur *& locus eorum non est ampliùs inventus in cælo*. 2. quia alioqui haberent immensitatem, quæ soli Deo propria est. 3. quia eo ipso quo existunt non possunt potentia proxima ubique operari absque prævia sui mutatione, qua fiant præsentes loco. Tertul. Nazian. aliique PP. cùm videntur favere Dur. solùm volunt esse moraliter & ferè æquivalenter ubique, per hoc quòd celerius ac celerius in infinitum possint se movere ac sistere ubicumque volunt esse.

Nec circumscriptivè, neque per inclusionem, sed definitivè per penetrationem.

330. Angeli, non sunt in loco circumscriptive, neque per inclusionem, sive sic ut in illo contineantur sicut corpora, quæ aerem, cujus superficie ambiuntur, dividunt, & quantitative contingunt; sed definitive, & per intimam penetrationem cum spatio, cui localiter coexistunt, sic ut sint toti in toto, & toti in qualibet ejus parte, cùm enim quantitate, & partibus careant, non possunt, sicut corpora, secundùm diversas sui partes, diversis loci partibus respondere. Vnde non sunt in loco propie & univoce cum corporibus, quia non continentur loco, sicut corpora.

Gregor. 2. Moral. 12. circumscriptionem accipit pro terminatione, quando dicit Angelicos spiritus esse loco circumscriptos, uti & apertè Damasc. 2 de fide c. 3. dum ait Angelos circumscribi loco, quia in terra non versantur, cùm in cœlo sunt.

Sunt virtualiter divisibiles, & eo

331. Angeli non possunt naturaliter esse in pluribus locis dissitis, sive adæquatis, sive inadæquatis,

tis, & non in medio, hoc enim repugnat limitationi entis creati, quod non potest naturaliter, sic occupare locum, ut à se ipso quasi dividatur. Deinde si possent Angeli simul esse in pluribus locis interrupte, possent in plurimis & disjunctissimis, modo omnia illa loca collective non excederent magnitudinem extensionis eorum naturalis; atque ita possent fere ubique eodem tempore operari, quod repugnat eorum limitationi naturali. Possunt tamen supernaturaliter simul esse in pluribus locis interrupte, cùm id non implicet.

extendibiles spatio divisibili non diffito, nec majori ac majori infinitum.

332. Quamvis sint formaliter indivisibiles; sunt tamen virtualiter divisibiles, sicut anima rationalis, adeoque, sicut hæc, coextendi potest corpori realiter divisibili, ita & illi coextendi possunt loco, seu spatio divisibili: non tamen majori, ac majori in infinitum: uti enim sunt limitatæ perfectionis, ita limitatam habent sphæram extensionis, ultra quam nequeunt naturaliter se extendere, etiam secundùm unam dimensionem tantum, eadem proportione se contrahendo secundùm alteram, & sic ad spatia distantiora, ac distantiora, applicare suam virtutem ad agendum quod videtur repugnare limitationi entis creati.

Repugnat eorum imitationi esse in locis dissitis & non in medio per unicationem secus per operationem.

Dices cum Scot. quidquid potest esse in uno æqualium de terminato, potest esse in alio æquali determinato, nisi obstet figuratio. Ergo Angelus cum sit capax cujusvis figuræ secundùm occupationem loci; si possit naturaliter occupare leucam in quadrum, poterit naturaliter occupare spatium longius & longius in infinitum, diminuta proportionaliter latitudine, & profunditate. R. Antec. Verum esse in corporibus secundùm trinam dimensionem divisibilibus in infinitum, non vero in rebus; quæ pro ratione suæ virtutis & perfectionis ad certos sphæræ suæ limites restringuntur, ut patet in virtute activa agentium naturalium habente certam sphæram activitatis, quæ non potest ita restringi secundum latitudinem, ut protendatur in infinitum secundùm longitudinem: unde N. sequel.

Possunt tamen intra suam sphæram secundùm li-

lineam gyrativam in infinitum extendi; cum in eo nulla appareat naturalis repugnantia.

333. Potest Angelus per operationem simul esse in pluribus locis inadæquatis interrupte, modo contineantur intra sphæram ejus loci naturalis, cur enim non posset eodem tempore operari in extremis & non in medio.

Vnde cùm Damasc. 1. de fide c.17. docet Angelum circumscribi ubi operatur; quia non potest in pluribus ac diversis locis eodem tempore operari, loquitur de locis ipsius sphæræ adæquatis.

Possunt esse in puncto, & in loco minori ac minori pro suo libitu.

334. Possunt Angeli pro suo libitu constituere se in loco minori maximo suæ sphæræ adæquato, item in minori, ac minori in infinitum, immò & contrahere se ad ubi punctale; quia cùm substantia Angeli sit realiter indivisibilis, potest esse tota in puncto, ac proinde non est limitata ad ullum terminum quoad parvitatem extensionis localis, cùm non sit ulla necessitas, aut ratio illis tribuendi talem limitationem. Non enim possunt determinari ad loci tantitatem, intra sphæræ suæ limites, per suam substantiam, cùm non constituantur per eam, formaliter in loco, neque per quantitatem, raritatem aut densitatem, cùm istis corporum proprietatibus careant; ergò solùm per suam voluntatem.

Quia eorum limitatio non exigit terminum parvitatis in extentione, sicut magnitudinis.

335. Confir. ex eo quod anima rationalis non necessariò occupet totum locum cujus est capax, ut patet in infantibus crescentibus, in quibus censim majorem, ac majorem locum occupat, nempe æqualem corpori quòd informat, sic ut quamdiu est illi unita non possit contrahere se ad locum, minorem, nec extendere se ad majorem loco sui corporis: animæ verò separatæ possunt pro libitu (sicut Angeli cùm par sit ratio) intra sphæram suæ magnitudinis se magis aut minus extendere, ac plures simul esse in eodem puncto, quia cùm sint spirituales adeoque careant quantitate, nihil est quo excludantur ab eodem loco.

Posse occupare locum minorem ac minorem est aliqua perfectio, non tamen infinita; quia crescit incremento proportionaliter decrescente.

Deus

Deus per suam immensitatem necessitatur ad existendum in omni loco etiam imaginario, sic ut proinde non possit se ad minorem contrahere ut Angelus.

336. Angeli constituuntur formaliter præsentes loco, non per suam substantiam, quia de se est indifferens ad quævis loca; nec per operationem transeuntem (ut volunt Thomistæ) 1. quia prius est eos esse præsentes loco, quàm in eo operari, cum approximatio sit conditio naturaliter prærequisita ad operandum in alio. 2. quia possunt esse ubi nihil operantur, ut in cœlo empyreo, & dæmones in inferno. Deinde si cessarent ab omni operatione transeunte, non propterea essent nullibi; hoc enim ex communiss. DD. sensu repugnat, quamvis Lugo & Palavicino dicant id non posse efficaciter probari. Ergo sunt formaliter in loco, sicut corpora per ubicationem modalem; per hanc enim commodissimè intelligitur Angelorum substantia ultimò determinari, ad coexistendum huic, aut isti loco. Non sunt formaliter in loco per sonam substantiam nec per suam operationem, quæ præsupponit præsentiam agendis cum passo; sed per ubi.

337. Dices 1. cum Ban. licet priùs sit Angelum esse quam operari; inde non sequitur, quod prius sit Angelum esse in loco, quàm operari in loco: quia etsi prius sit Deum esse, quam operari ad extra: non est tamen priùs Deum esse in creatura, quàm operari in creatura, sed contra. Ergo nostra probatio nulla, R. N. ass. ad rationem dico disparitatem esse, quod Deus constituatur in creatura, seu ei coexistens per operationem, qua producit creaturam: unde prius est Deum producere creaturam, quàm in illa operari transitivè: at verò Angelus non constituatur præsens loco per operari in loco, hoc enim illud præsupponit; sed per ubicationem, quam sustentativè causat prius, saltem ratione, quam sit in loco. Non est prius causam esse in loco quam operari in loco id quo consti. tuitur in loco, secus de alijs.

Dices 2. cum Cajet. Angelum in empyreo operari operatione nobis ignota, per quam constituitur in loco. R. si operatione ignota; ergo divinatorie asserta.

Corpus non potest dici esse in Angelo ut in loco licet sit æque intime præsens Angelo, quam Angelus

lus corpori; quia per locum ex communi usu intelligitur aliquid corporeum habens situm, in quo aliud continetur aut contineri potest. Quantitas est corpori ratio occupandi locum tantum vel tantum, in quo per contactum Mathematicum contineatur: non vero essendi hic vel ibi.

Per operationem sunt in loco cum speciali habitudine & contactu virtutis.

338. Possunt tamen Angeli bono sensu dici esse in loco per operationem; si nempe ly *esse in loco*, ita sumatur ut importet non meram coexistentiam, sed specialem habitudinem locati ad locum. Cùm enim Angeli eò quòd spirituales, non possint quantitative tangi, & commensurabiliter contineri à loco, non possunt esse in toto, sicut corpora proprie & univoce per contactum mathematicum, seu quantitatis, tamquam contentum in continente, sed solùm improprie, & analogice per contactum physicum seu virtutis, tamquam aliquo modo continens in contento, quæ specialis habitudo ad locum Angelis competit per hoc, quod in corpus, cui coexistunt aliquid operentur, illudve ibi contineant.

Sunt in loco dupliciter sc. per coexistentiam & per operationem.

339. Hunc duplicem modum essendi in loco, substantiis spiritualibus proprium, per meram nempe coexistentiam, & per specialem habitudinem indicat Damasc. l. 1. de fide, c. 17. ubi dicit Angelum esse in loco; *quia intellectuali modo adest, atque ut ipsius natura consentaneum est, operatur*. Vbi per ly *adest*, primum locabilitatis Angelicæ modum designat, secundum per ly, *atque operatur*, nempe operatione transeunte, quæ non est Angelo ratio essendi in loco per contactum physicum, seu virtutis in locum agentis, nisi præsupposita ejus substantiali præsentia per ubicationem. Vnde si, ut potest supernaturaliter, ageret in distans seu in corpus, cui non esset per suam substantiam intime præsens non posset dici, esse in isto corpore ut in loco. Vti per operationem, ita per passionem potest dici esse in corpore sibi præsente à quo patitur v. g. dæmon in igne infernali.

Eodem sensu intelligendus est Ansel. monolog. c. 22.

c. 22. ubi ait: *summa essentia in nullo loco, vel tempore dicitur esse, quia omninò à nullo loco continetur, & tamen in omni loco, vel tempore suo quodam modo dici potest esse, quoniam quidquid aliud est ne in nihilo cadat, ab ea præsente sustinetur.*

Ex his facilè explicabis S. Th. ponentem Angelos in loco, modo, (ut hic q. 52. a. 2. O.) per applicationem virtutis, id est, juxta Bubal. & alios, per ubicationem, qua virtus Angelica loco approximatur, & applicatur; modo per operationem, ut in 1. dist. 37. q. 3. a. 1. quodl. 1. q. 3. a. 1. & alibi. Hoc cum PP. docet S. Thom.

340. Vbi Angelicum est spirituale, cùm in Angelo spirituali subjectetur; est tamen divisibile secundùm diversas partes spatii, quibus Angelum præsentem sistit; quamvis sit indivisibile ex parte subjecti, nempe Angeli, quem totum singulis spatii partibus intime sistit. Quòd autem divisibilitas convenire possit enti spirituali, patet ex ubi fluente, quod in se producit Angelus dum movetur. Item ex gradibus intensionis actum spiritualium intellectionum; & volitionum Angeli & animæ rationalis.

341. Certum est contra Duran. immò juxta Bubal. de fide, Angelos posse moveri localiter.

Prob. 1. Scripturis, Matth. 8. *at illi* (nempe dæmones) *euntes abierunt*. Luc. 1. *ingressus ad eam Angelus*. Et infra, *& discessit ab ea Angelus*. Quæ & aliæ ejusmodi Scripturæ; juxta regulam August. intelligendæ sunt in sensu proprio, cùm nulla sit necessitas ad metaphoram recurrendi, ut est cùm in Script. aut symbolis motus tribuitur Deo, cui, ratione immutabilitatis & immensitatis, motus manifeste repugnat. Possunt moveri localiter id enim docent Scriptura & PP.

2. Ex PP. Ambrof. l. 1. de Spiritu S. c. 10. *Seraphim de loco ad locum transit*. Naz. or. 34. de theologia, *Angeli loca omnia peragrant*. Damasc. lib. 2. de fide c. 3. *Angeli ea celeritate præditi sunt ut ubi Dei nutus iusserit, illic statim reperiantur.*

Confirm. ex eo, quod anima Christi separata descenderit ad inferos, non metaphorice per hoc quod in mentibus PP. in limbo existentium meritorie operata sit visionem Beatificam, ut voluit Durand.

sed realiter & proprie, ut habet communissimus PP. ac fidelium sensus.

Cùm Aug. & S. Th. dicunt, Angelum non moveri per loca proprie, sed æquivoce, solùm volunt non moveri sicut corpora per contactum quantitativum, & divisionem medii, seu spatii, per quod transeunt.

Possunt moveri motu continuo priorem locum per partes successivè deserendo &c.

342. Moveri possunt motu duplici, continuo scil. & discreto: continuo quidem, quia possunt spatium divisibile, cui coexistunt, per partes deserere, non quidem partialitate sui, sed partialitate spatii, idest sic, ut prius deserant partem quàm totum; & prius partem minorem, quam majorem; & eadem proportione ulterius spatium acquirere, successive & continue, seu absque ulla interruptione per quietem: cùm ex nullo capite ostendi possit hujusmodi interruptionis necessitas.

343. Dices ex Arle, quod movetur debet esse partim in termino à quo, partim in termino ad quem: R. partialitate sui N. hoc enim in solis corporibus locum habet: partialitate spatii C. & Dico Angelum, quamdiu subest motui, esse successive secundùm totam suam substantiam, utpote realiter indivisibilem, partim in partibus prioribus spatii, quæ habent rationem termini à quo, partim in partibus sequentibus, quæ, respectu priorum, habent rationem termini ad quem.

Vnde argumentum Arlis non valet in Angelis habentibus substantiam virtualiter divisibilem & ubicationem etiam realiter divisibilem, ratione cujus recte dicuntur esse partim in termino à quo, partim in termino ad quem.

Adde quod juxta Scot. ne quidem concludat in puncto mathematico, quod per motum potest esse partim, partialitate spatii, in termino à quo, partim in termino ad quem. Vnde Angelus etiam ad punctum contractus potest moveri; adeoque successio motus non oritur ex sola resistentia medii, sed oriri potest ex solo arbitrio mobilis.

Et discreto priorem locum totum

344. Possunt autem moveri motu discreto, quia sicut ratione suæ indivisibilitatis realis cum divisibi-

litate

litate virtuali possunt spatio divisibili permanenter ita coexistere ut sint toti in toto, & toti in quolibet ejus puncto: ita etiam possunt spatium divisibile, quod priùs occupabant, in instanti totum simul deserere, & novum immediate contiguum suæ sphæræ adæquatum, totum simul acquirere; & sic per certum numerum mutationum, instantanearum, breviquetis morula (cùm non detur instans instanti immediatum) interruptarum quantumlibet spatium, velut saltando, percurrere: cùm enim careant partibus, quarum una primæ medietati spatii, altera secundæ respondeat; adeoque secundùm omninò idem, ex parte sua sint in principio, medio, & fine spatii, cui coexistunt: ex tali eorum motu non sequitur (ut ob habentiam partium sequeretur in corporibus) eos secundùm aliquid sui transire ab extremo ad extremum sine medio, aut cum aliqua penetratione, aliove incommodo naturaliter repugnante.

simul deserendo & æqualem contiguum totum simul acquirendo.

In his enim motibus nulla est repugnantia.

345. Angelus alicubi existens non potest se constituere nullibi, quoad præsentiam, quia ratione suæ limitationis, non potest esse, & non esse alicubi præsens immensitati Dei à quo conservatur. Si (per impossibile) à Deo crearetur sine omni ubicatione, non posset se constituere alicubi; quia esset indifferens ad omnem locũ nec esset per quid se posset determinare.

Fuisse in loco A. est Angelo conditio prærequisita ad ubicationem B. in se producendam.

Angelus existens in loco A. est determinatus ad transeundum ad locum B. immediate contiguum, posito quòd velit se movere, seu alteri loco se præsentem sistere: cùm non possit transire ad locum distantem sine medio.

Vnde productio ubicationis B. qua Angelus transfertur à loco A. in locum B. dependet, ut à conditione sine qua non, ab ubicatione A, quæ jam non est amplius, sed immediate ante fuit, sicut fuisse ubicationis A. sit determinativum ad esse ubicationis B. quod etiam locum habet in corporibus.

Hinc in priori naturæ, quàm Angelus in se producat ubicationem B. non est indifferens ad quemvis locum, sed determinatus ad locum B. per fuisse in loco A. instanti immediate præcedenti. Igitur eo instanti, quo in se producit ubicationem B.

incipit esse in loco B, & desinit esse in loco A, ac proinde non est simul in duobus locis, ut quidam falso imaginantur.

Possunt transire ab extremo ad extremum sine medio cómunicante.

346. Ex his conficitur posse Angelos transire ab extremo ad extremum, non priùs pertranseundo medium communicans, id est aliquid participans ex termino à quo & termino ad quem, non verò, etiam intra amplitudinem suæ sphæræ, non priùs pertranseundo medium non communicans, id est de termino à quo, & ad quem nihil participans; hoc enim posterius repugnat limitationi entis creati, quod (ut patet in corporeis) sicut non potest naturaliter simul existere in locis dissitis, & non in medio, ita non potest acquirere locum distantem, nisi ei approximando per existentiam in medio.

Possunt moveri quantalibet velocitate, motu discreto.

347. Moveri possunt Angeli quantalibet velocitate, 1. motu discreto, quia possunt inter singulas mutationes, quibus per hunc motum, deserto priori loco, novum sibi adæquatum instantaneè acquirunt, morulis brevioribus ac brevioribus in infinitum interquiescere, cùm non sit unde ad certam quietis morulam necessitentur. Ergo possunt tempore breviori ac breviori in infinitum quantumlibet spatium percurrere.

Et motu continuò cùm fiat sine medij resistentia.

2. Etiam motu continuò: quia, cùm sint incorporei, possunt penetrare corpora, adeoque eorum motu medium non dividitur, & consequenter illi non resistit: ergo non est unde in eo petatur terminus velocitatis, cùm ea, quæ fiunt sine resistentia, possint etiam virtute finita (ut patet in productione luminis) instantaneè poni; & consequenter, quod minoris est perfectionis, tempore breviori ac breviori in infinitum, siquidem agens sit liberum. Vnde, cum possint Angeli instantaneè locum sibi adæquatum acquirere, non est cur idem non possint tempore continuo breviori ac breviori in infinitum, cùm hoc minoris sit virtutis quàm illud.

Major celeritas non est maior perfectio, nec major intensio motus.

348. Motus celerior non est secundùm se perfectior motu tardiori, cùm non habeat perfectiorem terminum, sed eundem minùs durantem, nempe ubi fluens per idem spatium velociùs decursum, est tamen

men perfectior in ordine ad varia commoda, & ordinarie à perfectiori causa.

Major velocitas non est major intensio motus, sed major extensio in tempore brevi. Vnde velocitas major non fit per additionem gradus ad gradum, sed per hoc quod minus duret motus, quo percurr tur certum spatium.

Dices 1. posse movere celerius est majoris perfectionis quàm posse movere tardiùs, ergo posse movere celerius & celerius in infinitum, est infinitæ perfectionis. R. c. totum quando motus fit cum resistencia medii, & terminus motu successivo acquisitus, potest virtute finita acquiri in instanti, ut hic contingit intra locum adæquatum sphæræ eorum extensionis.

Vnde non requirit potentiam motivam perfectiorem, in infinitum in Angelo.

Dices 2. Potentia, quæ respicit suum effectum sub infinitudine potentiali, id est cum potentialitate ad plus, & plus ad perfectius, & perfectius in infinitum, est infinita actu, ut patet in Dei potentia rerum productiva. Et ratio est, quod talis potentia à nullo determinato limitetur. Ergo si potentia motiva Angeli possit causare motum celeriorem & celeriorem in infinitum est infinita actu, sicut potentia, qua Deus potest producere calorem intensiorem & intensiorem in infinitum. R. N. seq. & dico eam solùm potentiam esse infinitam actu, quæ respicit effectum sub infinitudine potentiali quoad multitudinem & perfectionem simul & semel, idque independenter ab alio, ponendam. Quod, ut patet, non convenit potentiæ Angeli ad motum celeriorem ac celeriorem, uti nec virtuti solis ad plura & plura semper lumina in nostro hemisphærio successive producenda.

349. Dicendum itaque cum S. Thom. hic, qu. 3. art. 3. ad 1. *velocitatem motus Angeli non esse secundùm quantitatem suæ virtutis, sed secundùm determinationem suæ voluntatis*. Quod etiam satis apertè indicant PP. Dionys. Tertull. Hieron. eis tantam tribuentes celeritatem, ut dicant ubicumque voluerint, fere puncto temporis, aut momento adesse, ac præcipue Damascen. lib. 2. de fide cap. 3. *ea Angeli cele-*

Mensura velocitatis Angelorum est eorum Voluntas.

celeritate prǽditi sunt, ut, vbi Dei nutus jusserit, illic statim reperiantur.

Possunt in ictu oculi quodlibet spatium percurrere.

350 Possunt itaque Angeli in quantulacumque temporis morula, pluries, & pluries in infinitum totum orbem circuire, non tamen infinities: hoc enim argueret infinitatem virtutis motivæ, non illud. Sunt omnes in velocitate pares non in virtute motiva, cùm enim perfectiores habeant ampliorem suæ extensionis sphæram, possunt instantaneè majus spatium acquirere, & consequenter spatium quodlibet; licet non celeriùs, paucioribus tamen mutationibus percurrere, quàm minùs perfecti.

Sunt omnes in velocitate pares, non in vi motiva corporis.

Deinde possunt perfectiores, cæteris paribus, faciliùs superare resistentiam, qua medium resistit motui corporum, quo dividitur, & consequenter celeriùs movere corpora, imò minùs perfectos, quamvis reluctantes, secum rapere; non tamen quanta possunt velocitate fugientes assequi, licet unico solùm passu præcedant. Possent in spatio infinito, si daretur, moveri velocius ac velocius in infinitum, nunquam tamen totum percurrere. Deus non potest eos movere celeriùs, quam ipsi possint seipsos movere, potest tamen citius per mutationem instantaneam eos sistere locis quantumlibet distantibus à spatio contiguo suæ sphæræ adæquato, dico *à spatio contiguo* &c. Quia hoc potest quilibet Angelus acquirere in instanti, quo nihil fingi potest velocius. Est nihilominus potentia, qua Deus potest movere Angelos, infinities perfectior ea, qua ipsi possunt movere seipsos, quia hæc est dependens à Deo, illa independens à quolibet alio. Et potest Angelum motu multiplici simul movere, nempe sursum & deorsum, cùm possit illum simul in diversis locis constituere.

Non possunt rotari circa centrum, nec moveri in instanti motu continuo.

351. Repugnat Angelos in globum collectos circa centrum suæ sphæræ rotari, quia, cùm careant partibus, non possunt remanendo in eodem loco totali, secundùm suas partes mutare locum, & distantiam à locatis circumstantibus, quod necessarium est ad motum circumvolitionis circa centrum. Vnde si Angelus globo corporeo physice uniretur, & globus

bus circa suum centrum rotaretur; non rotaretur ipsa Angeli substantia, sed sola ejus unio ad globum, quæ haberet partes diversas pro diversitate partium globi, quibus singulis totam Angeli substantiam affigeret.

352. Angeli non possunt moveri in instanti motu continuo propriè dicto, id est habente partes priores & posteriores continuè succedentes, quibus partes spatii acquirantur successivè una post aliam: cum enim in instanti, non sit prius & posterius, quidquid in eo existit, simultaneè existit.

Possunt moveri in instanti motu discreto, continuo, tamen continuitate spatii, per quod fit motus, nempe per mutationem instantaneam priorem locum deserendo, & novum immediate contiguum acquirendo; non tamen pertranseundo medium non communicans. Primum patet ex dictis n. 344. Secundùm quod tenent Scot. Mol. Suar. & alii communiter contra Albert. Henr. & Greg.

Imo nec discreto ultra spatium sua sphæra adæquatum.

Prob. quia sic essent in medio quod pertransirent, & simul in loco ulteriori ipsis adæquato, quem ut supponitur isto instanti acquirerent, atqui repugnat Angelo simul occupare locum majorem maximo sibi adæquato, non solùm permanenter, ut ostensum est sup. n. 329. sed etiam in instanti, & transeunter, quia quod repugnat naturaliter limitationi entis creati, non solùm repugnat respectu temporis divisibilis, sed etiam respectu instantis, ut patet in formis, quæ nequidem uno instanti possunt esse sine subjecto, aut in eodem subjecto cum contrariis. Adde, quod alioqui possent naturaliter extendere se ad quodlibet spatium, adeoque simul esse in cœlo, & in terra saltem in instanti.

Quia non possunt occupare locum majorē suo maximo.

353. Datur in Angelis potentia motiva distincta ab eorum substantia, & ab eorum intellectu, & voluntate. Ita Suar. & alii communius contra Rubionem, volentem non distingui ab eorum substantia. Item contra Vasq. & Granad. docentes non distingui ab eorum intellectu, & voluntate. Prob. 1. pars, quia in substantiis materialibus potentia motiva distinguitur realiter à substantia, ut patet ex acci-

Potentia eorum motiva distinguitur ab ipsorum substantia, intellectu & voluntate.

dentibus Eucharisticis, in quibus remanet potentia motiva deorsum sine substantia: ergo similiter in substantiis spiritualibus, cùm non appareat ratio disparitatis. Prob. etiam 2. pars, quia habet terminum nempe ubi, & modum tendendi valde diversum à termino & modo tendendi intellectus, & voluntatis, quibus convenit producere in se actum vitalem, quo feruntur in objectum illud repræsentando & appetendo. Quæ diversitas sufficit ad distinctionem specificam, & realem in potentiis agentium naturalium.

Possunt movere corpora.

354. Potentia Angelorum executiva se extendit ad extra, 1. ad movendum corpora etiam non assumpta. Patet ex Matth. 4 v. 5. ubi dicitur: *Dæmon Christum in sanctam Civitatem assumpsisse, & statuisse, super pinnaculum templi.* 2. ad movendum alios Angelos, & animas rationales: cùm non appareat, cur non æquè possint producere Angeli motum in aliis Spiritibus, quàm in seipsis.

Et varios effectus producere applicando activa passivis.

Non videntur posse Angeli producere quidquam extra se præter motum, & qualitatem impulsivam, aut similem motui subservientem. Ita S. Thom. & alii communissime. Ratio est, quòd neque ex Scriptura, neque ex ulla experientia plus possit colligi, cùm ad omnes effectus, qui illis tribuuntur, sufficiat potentia motiva, qua applicent activa passivis, aut ipsos effectus antea productos aliunde tanta celeritate imperceptibiliter transferant, ut videantur illos producere.

Non possunt agere indistans.

Non possunt Angeli seipsis immediate quidpiam movere, nisi illud sua substantia immediate attingat, ut rectè S. Th. quia nempe actio realis in distans repugnat limitationi entis creati.

§. II.
Angelorum intellectio, species, scientia, & loquutio.

Intelligunt & Beati Deum vident.

355. ANgeli intelligunt, est de fide ex variis Scrip. Matth. 18. v. 10. *Angeli eorum semper vident* (id est intuitive cognoscunt) *faciem Patris mei.*

Ra-

Ratio à priori est quod sint substantiæ spirituales completæ inter creatas perfectissimæ, ac proinde exigant modum operandi perfectissimum, qui est per intellectum & voluntatem. Idem convincit experientia; qua constat Angelos bonos & malos sæpè loquutos fuisse, & hominibus nuntiasse absentia, & quædam futura sibi per revelationem, aut conjecturam nota.

Hinc a philosophis rectè vocatur intelligentiæ denominatione à præcipua eorum operatione desumpta.

Et quidem actu à sua substantia.

Intelligunt actu à sua substantia realiter distincto: proprium est enim actus puri, qualis est solus Deus, ut sit sibi suum intelligere subsistens. Quędam vero cognoscunt intuitive, quædam abstractive.

Partim intuitivo objecti existentis ut exercitè existentis.

356. Cognitio intuitiva est cognitio objecti existentis & præsentis, ut exercentis suam præsentialitatem, & munus objecti, id est per se immediate terminantis, & vel per se, vel per propriam speciem, cum ejus existentia necessario (saltem necessitate Physica) connexam determinantis potentiam ad sui tamquam existentis & præsentis certam cognitionem.

Hæc descriptio est intuitionis creatæ, à cujus imperfectionibus præscindit intuitio in genere communis creatæ & increatæ nullo modo dependenti ab objecto. Hanc descriptionem confirmat & declarat intuitio corporea, seu facta oculo corporeo, quæ, quia fit per speciem ita connexam existentia objecti, ut non possit naturaliter esse sine objecto existente ac præsente, ideo videntem certificat de objecti existentia ac præsentia.

Partim abstractive ab exercita objecti existentiæ.

Cognitio abstractiva est, quæ abstrahit ab exercita sui objecti existentia, id est, quę suum objectum non repręsentat ut de facto existens, sic ut cognoscentem seipsa certificet de objecti existentia, quod oritur ex eo quòd non dependeat immediatè vel mediatè ab existentia ejus exercita, sic ut non possit, absque miraculo, esse sine illa; qualiter, ut jam dictum est, visio corporea dependet ab objecto colorato, cujus specie excitatur: hinc cognitio demonstrativa eclipsis absentis

sentis

sentis non est intuitiva, licet mathematicum certificet de existentia exercita sui objecti, quia nempe ab illa non dependet per se, adeoque de illa non certificat per se, sed vi discursus evidenter cōcludentis.

Non egens speciebus ad sui & præsentium intuitionem.

357. Ad intuitionem sui ipsorum, & objectorum sibi intimè præsentium, etiam materialium non indigent speciebus: quia quælibet objecta, etiam materialia, sunt per se intelligibilia; cum juxta omnes possint per se terminare intellectionem sui intuitivam, etiam quatenus materialia; ac proinde quando sunt intimè præsentia possunt se ipsis immediate intellectum angelicum movere ad sui notitiam, cur enim non æquè possint immediatè per seipsa motivè ad sui notitiam concurrere, quam illam terminare, aut ad speciem sui repræsentativam intellectui Angelico imprimendam concurrere, ut varii docent.

Materiale potest movere potentiam spiritualem.

Dices objectum, præsertim materiale, est imperfectius sui intellectione spirituali; ergo non potest ad eam producendam concurrere. R. N. seq. quia imperfectius cum concausa perfectiori potest ad aliquid se perfectius concurrere. Cum constet accidens materiale & mortuum, sive immediatè sive mediante vicaria sui specie, cum potentia vitali concurrere, ad vitalem sui repræsentationem, se longè perfectiorem; & phantasma materiale intellectum determinare ad speciem, aut, quod verius videtur, etiam immediatè ad intellectionem objecti spiritualem. Deinde species, quam adversarij, requirunt ad hoc ut Angelus intuitivè cognoscat objecta materialia, etiam intimè præsentia, est etiam longè imperfectior intuitione Angelica, & tamen ad eam concurrit ergo, &c.

Gratis dicitur debere prius immaterialisari.

Dicere autem objectum materiale non esse per seipsum sufficienter proportionatum intellectioni spirituali, adeoque, priusquam intelligatur, debere proportionari, & immaterialisari, est nugatoriè petere principium, terminis obscurioribus assumendo illud ipsum de quo est quæstio; quandoquidem objectum proportionari, immaterialisari &c. Ex mente Authorum ista phrasi utentium

aliud

aliud non sit, quam per speciem sui vicariam potentiæ uniri.

Neque hic valet argumentum à visu corporeo, non valente absque speciebus ullum objectum percipere, ad intellectum Angelicum longè perfectiorem, & consequenter paucioribus ad suos actus eliciendos indigentem.

358. Verius videtur Angelos etiam ad intuitionem objectorum distantium, intra visibilitatis suæ sphæram positorum, speciebus non indigere. Quia etiam ad horum intuitionem sufficienter determinari potest intellectus Angelicus ab ipsis objectis, per intelligibilia inter media sufficienter connexis ad influxum intentionalem, cui, ex probabili multorum sententia, naturaliter non repugnat esse in distans; vel certe (quod quibusdam est intellectu facilius) per specialem Dei concursum intuitionis causativum, quem, posita objectorum existentia cum debita approximatione, Angeli connaturaliter exigunt eo ipso quo distantium intuitio ipsis est connaturalis.

Neque egent speciebus ad intuitionem absentium intra sphæram suæ visibilitatis.

Deinde non potest commodè dici quandonam, & à quo Angeli accipiant species horum objectorum intuitivè repræsentativas, à quo non possint æquè facilè aut etiam faciliùs immediatè ad ipsam intuitionem determinari. Si enim dicatur objectum supposita certa approximatione, illas causare, æquè dici poterit se ipso immediatè sui ipsius intuitionem causare objectivè. Et similiter si dicantur causari ab ipso Angelo vel a Deo.

359. Satis certum est Angelos speciebus non indigere ad objecta sive præsentia sive absentia, aut etiam non existentia, in alio tamquam medio cognito, indirectè cognoscenda, sive propriè ut Regem in sua verè effigie, sive analogicè ut Deum in creaturis; cùm ad hujusmodi cognitionem sufficienter determinentur per objectum directum, in quo alia indirectè cognoscuntur.

Certò non egent spec. ad cognitionē objector. in alio, ab hoc enim determinantur.

360. Hinc si unicum Angelum creasset Deus & aliud nihil, posset iste Angelus, quamvis omni specie destitutus, in seipso ut medio naturaliter cogno-

Angel. potest in se ipso nosse Deum & creaturas possib.

gnoscere. 1. Deum multò perfectius, quàm Gentiles, de quibus ad Rom. 1. v. 20. nempe per habitudinem essentialem; quam ejus substantia, quatenus est ens creatum dicit ad Deum ut suum Creatorem: deinde in ipsa sui ipsius creatione Deum essentialiter respicient ut principium, à quo procedit. 2. Alias creaturas esse possibiles nempe sibi similes, dissimiles, seu perfectiores, imperfectiores &c.

Objecta etiam movent ad cognitionem sui abstractivam.

361. Objecta, quæ ad sui notitiam intuitivam movere possunt intellectum Angelicum, etiam possunt ad abstractivam, cùm intelligibilitas, quæ sufficit ad notitiam perfectiorem, etiam sufficit ad imperfectiorem, nec appareat cur Angelus non tam possit uti inadæquate virtute motiva objecti, quam specierum, ut admittunt earum Authores.

Possunt per suam substantiam cognoscere se abstractivè.

Vnde licet Angelus non possit intelligere quin per reflexionem saltem virtualem intelligat se existere, quatenus experimentaliter cognoscit se intelligere; potest nihilominus, etiam per suam substantiam ut speciem cognoscere se abstractivè, saltem formando conceptus universales, existentibus, & non existentibus communes, in quibus ipse etiam involvitur. A fortiori id potest per speciem sui impressam, quam esse possibilem, licet connaturaliùs intelligat se per suam substantiam, patet ex dictis sup. n. 44. de specie impressa Divinæ essentiæ.

Egent speciebus ad cognitionem objectorum non existentium intra sphæram &c.

362 Angeli indigent speciebus ad objecta non existentia, & etiam ad existentia, sed non intra sphæram suæ visibilitatis, directè cognoscenda: quia, ut habet axioma ex Aug. l. 9. de Trin. c. 12. a Theologis ac Philosophis passim receptum, *ex objecto & potentia paritur notitia*, ac proinde debet objectum una cum intellectu ad sui notitiam concurrere, sive per se ipsum, sive per aliquid sui vicarium: unde cùm objecta non existentia, aut non intra sphæram intelligibilitatis Angelicæ, non possint ad directam sui notitiam, per seipsa concurrere, necesse est ut cum directè cognoscuntur, concurrant per species sui vicarias.

Repugnat creaturæ in-

363. Quod autem Angeli sphæram visibilitatis limi-

limitatam habeant, sic ut non possunt objecta quantumlibet distantia naturaliter intueri, docent Scot. Alens. Bonav. & alij apud Vasques, & suadetur 1. ex eo, quod manifestè videatur repugnare limitationi intellectus creati facultas naturalis distinctè intuendi objecta quantumlibet distantia in infinitum. 2. ex Script. significantibus debere Angelos ad objecta distantia accedere, ut illa videant; Iob 1. v. 7. ubi Sathanæ dicenti, *circuivi terram, & perambulavi eam.* subjungit Dominus, *numquid considerasti servum meum Iob.* Matth. 12. v. 43. ubi Christus de spiritu maligno ait: *ambulat per loca arida, quærens requiem.* Verum hæc & similia non sunt adeò efficacia, quin oppositum quod tuentur permulti, Angelis cum S. Th. tribuentes visionem ad quantamlibet distantiam, sit valde probabile.

tueri quantumlibet distans.

Porrò quanta sit sphæra Visionis Angeli determinari non potest. Hæc videntur dicenda. 1. eò majorem esse quò perfectiores sunt Angeli, & quò perfectiorem habent vim intellectivam. Prob. ex visu corporeo, qui quò perfectior est aut perfectiori utitur instrumento v. g. tubo optico, eò remotiora & eò distinctiùs objecta percipit. 2. Quoad virtutem supernaturalem nullis limitibus circumscribi.

364. Habent Angeli species memorativas à proprijs actibus relictas: cùm enim ex colloquiis Dæmonum in Energumenis, & ex observatione pactorum magicorum constet Angelos recordari suorum actuum, Pactorum, aliorumque objectorum præteritorum, aliquando cognitorum, & ad hanc recordationem non possint determinari per istorum præteritorum existentiam, quippe quæ jam in se non magis est, quàm si numquam fuisset, necessariò agnoscendæ sunt species ab eorum cognitionibus præteritis, tanquam illarum vestigia, relictæ, quibus ad ante cognitorum recordationem, aut cognitionem priori similem excitentur.

Habent species memorativas propriis actibus acquisitas.

365. Alias præterea habent species abstractivas ab initio suæ creationis sibi à Deo infusas, earum nempe rerum, quas decuit eos ab initio non ignorare,

Et abstractivas ab initio suæ creationis à Deo infusas.

rare, nec illas potuerunt absque speciebus cognoscere, eò quòd vel non existerent vel nimium distarent, nec ullam haberent connexionem cum ullo objecto ipsis præsente; in quo ut medio possent indirectè cognosci.

Has autem species immediatè à Deo acceperunt, quia, non potuerunt aliunde eas habere: non enim ab ipsis objectis, utpote necdum existentibus, aut nimium distantibus, & plerumque materialibus nec emanativè a sua substantia; cum enim de se sit indifferens ad omnia intelligibilia, non potest horum potiùs quàm illorum species ex se emanare.

Possunt autem istæ species concurrere ad intuitionem objectorum, quando incipiunt existere intra sphæram visibilitatis Angelicæ, non tamen se solis intellectum Angelicum determinare ad intuitionem; cum de se sint indifferentes ad cognitionem intuitivam aut abstractivam; sed solùm accedente aliquo ipsiusmet objecti concursu intentionali; qui juxta Suar. Ariag. DercKen. potest fieri indistans.

Dicuntur connaturales id est convenientes.

Dicuntur tamen, à S. Th. hic q. 55. a. 2 O. & ab aliis, istæ species esse Angelis connaturales; quia aliquarum concreatio fuit naturali Angelorum perfectioni valde conveniens, & moraliter debita. Et quamvis ab objectis non accipiantur, ab ijs tamen, ut existentibus in Idea Divina, procedunt sc. in genere causæ exemplaris, quod sufficit, ut dicantur eorum imago virtualis.

Objectum potest infinitas sui visiones causare absque infinita vi objectivè motiva.

Objectum potest objectivè simul concurrere ad plures & plures sui visiones absque ullo termino: imò ad infinitas, si infiniti producerentur Angeli in debita approximatione: inde tamen non sequitur, quòd vis objectivè seu intentionaliter concurrendi ad sui repræsentationem; sit infinita in quolibet objecto; quia ad hoc ut aliquid tanquam causa minùs principalis, ex suo genere valde imperfecta, ut est causa objectiva, cum alia atque alia concausa perfectiori, & magis principali possit simul & semel effectus plures ac plures; & perfectiores ac perfectiores sine statu, non requiritur virtus infinita,

nita, sed conjunctio virtutis finitæ cum infinitis concausis principalibus ista virtute, ut instrumento utentibus. Hinc virtus objectivè motiva ad infinitas visiones earum perfectiones non continet virtualiter, aut eminenter, nisi continentia inadæquata & valdè imperfecta, non adæquante perfectionem unius visionis vitaliter productæ, cùm incomparabiliter perfectiùs sit vel unicum videre objectum, quam videri infinitis visionibus ab infinitis Angelis. Similiter potest materia infinitas formas accidentales non contrarias in se recipere absque infinitudine potentiæ subjectivæ, & ignis infinita caloris individua producere in materiis infinitis debitè applicatis.

366. Ex speciebus, quas Angeli propriis actibus acquirunt, aliæ sunt particulares, seu unius tantùm individui repræsentativæ, aliæ universales universalitate repræsentativa, naturæ genericæ, aut specificæ in communi, aliæ universales universalitate repræpresentativa plurium distinctè; quia possunt Angeli elicere actus repræsentativos unius solùm individui, plurium confusè, ac etiam plurium distinctè & defacto subinde tales eliciunt, cum nulla sit ratio id negandi: atqui specias sibi acquirunt suis actibus respondentes, ergo &c.

Acquisitæ sunt partium particulares partim universales.

367. Probabile est etiam ex speciebus ab initio infusis aliquas esse particulares: quia sunt quædam objecta, quorum intelligibilitas ita adæquat: aut etiam excedit virtutem intellectivam Angelorum, ut non possint simul perfectè plura ex illis intelligere, qualia sunt Angeli ipsis æquales aut superiores; igitur convenientius est, ut pro illis acceperint species particulares. Ex eisdem dantur aliquæ universales universalitate repræsentativa plurium distinctè: quia ejusmodi species sunt possibiles; cùm non magis repugnent, quàm potentiæ, aut cognitiones repræsentativæ plurium ut plurium; & convenientiores sint perfectioni ac simplicitati Angelicæ: unde ad vitandam multiplicationem entium sine necessitate, dicendum

Similiter ex infusis aliæ sunt particulares, aliæ universales.

dum est de facto tales esse infusas.

Non necessariò cognoscunt omnia quorum habent species.

Angeli non necessariò cognoscunt omnia, quorum habent species. 1. Quia videtur excedere virtutem intellectivam creatam & consequenter limitatam simul distinctè illa omnia cognoscere, quorum habent species. 2. Quia cùm eorum libertas non sit minor, sed certò major, & perfectior, quàm nostra, possunt sicut nos, libere applicare se hic & nunc ad hæc aut ad ista attentius considerandas & distinctiùs cognoscenda potiùs, quàm alia: hoc enim exigit perfectio eorum libertatis. Igitur libere utuntur speciebus, quarum omnium semper, aut ferè semper, cum nempe aliis non, nimium occupantur, confusam habent cognitionem, sufficientem ut per eam ad speciales earum usus & attentiones se liberè applicent; ac determinent sicut nos, cum volumus de rebus aliàs notis attentiùs recordari.

His enim liberè utuntur adæquatè, vel inadæquate.

Hinc possunt Angeli speciebus universalibus quibus sunt instructi pro arbitrio uti, vel adæquatè, vel solùm inadæquatè; aliqua eorum objecta per illas actualiter cognoscendo distinctè, non omnia nisi confusè.

Potest Angel. idem simul cognoscere abstractivè & intuitivè.

Si Deus diceret Angelo; creabo rem, quam mente concipies, eo instanti, quo illam concipies; Angelus eo instanti illam rem simul abstractive & intuitive cognosceret, & quidem abstractive priùs natura quàm intuitive; quia cognitio intuitiva, qua rem cognosceret ut eo instanti exercitè existentem, dependeret à cognitione abstractiva tanquam à conditione sub qua ponitur objectum causans cognitionem intuitivam.

Non possunt certò nosse fut. contingentia.

368. Angeli non possunt naturaliter certò cognoscere futura *strictè contingentia*, hoc est ab agente libero mediate vel immediate dependentia. Est de fide ex Scripturis clare docentibus, certam hujusmodi futurorum præscientiam ac prædictionem esse ita Deo propriam, ut sit manifestum divinitatis argumentum. Isaiæ 41. v. 23. *Annunciate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus quia Dij estis vos, &* 46. *Ego sum Deus, nec est similis mei, annuntians*

Quia ista cognitio est soli Deo propria.

quæ

quæ needum facta sunt. Prob. ex PP. Tertull. Apolog. 20. *Idoneum opinor testimonium divinitatis est veritas divinationis*. Chrysostom. Homil. 18. in Ioan. *Certa prædictio futurorum, immortalis Dei dumtaxat opus est.*

Ratio autem est quòd intellectu Angelico, ratione suæ limitationis ad certam notitiam, non sufficiat objectum esse verum & intelligibile, ut divino, ratione suæ infinitatis, sufficit, sed ei insuper necessarium sit aliquod determinativum ex parte objecti cum ejus veritate infallibiliter connexum, quale non datur respectu futurorum strictè contingentium, quippe quæ non possunt certò cognosci in complexione suarum causarum, cùm ex illis aliqua sit libera & indifferens ad utrumlibet; neque in se ipsis, cùm jam nihil sint, adeoque non possint per se ipsa, aut per speciem à se emissam, ad certam sui notitiam movere.

Et nihil est quod possit ad eam Angelos determinare.

569. Possunt tamen hujusmodi futura probabiliter cognoscere, imò etiam certò certitudine morali, in hominis complexione, moribus, proposito exteriùs manifestato, occasionibus, circumstantiis, & similibus, ex quibus prævident futuram agentis liberi determinationem.

Possunt illa probabiliter cognoscere ex indiciis.

Dixi *strictè contingentium*: quia futura *contingentia latè*, idest quæ quidem procedunt à causis ex se determinatis ad certum effectum, impedibilibus tamen per concursum aliarum causarum, possunt in complexione omnium causarum ad illa concurrentium cognoscere certò certitudine physica (non metaphysica, quia à Deo possunt impediri) & quidem solùm quoad rationem specificam, non quoad individualem, quæ à solo Deo determinatur. Hinc possunt dæmones prædicere pluvias, tempestates, pestes, & similia.

Independentia ab agente libero etiam certò in complexione causarum.

Cùm tamen causæ sunt admodum multæ & abstrusæ, nec concurrunt nisi per longa temporis intervalla, non videtur tota earum complexio posse naturaliter ab Angelis cognosci, adeoque nec futuri effectus ab illis dependens, unde non possunt certò prædicere quot per mille annos casuræ sint guttæ

pluviæ aut roris ſtillulæ. Ban. Mol. & alii putant ab Angelis non poſſe certò certitudine phyſica præſciri ea, quæ pendent ab appræhenſione & appetitu Brutorum amentium & Puerorum, quia in illis eſt aliqua, licet imperfecta, participatio libertatis.

Poſſunt Angeli juxta Amicum ſcire & certò prædicere quamdiu victurum ſit brutum, ſi non interficiatur, non tamen quamdiu victurus ſit homo, quia non ſumit cibum ex determinatione & exigentia naturæ, ſed liberè.

Poſſibilis eſt ſpecies repræſentativa futuri liberi.

Poſſibilis eſt ſpecies certò repræſentativa, futuri liberi qua talis, uti enim poteſt Deus hujuſmodi futurum revelare imprimendo certam ejus cognitionem, ita & imprimendo ſpeciem ejus repræſentativam: verùm talis ſpecies non poteſt ulli creato intellectui eſſe connaturalis, cùm nulla creatura intellectualis poſſit naturaliter exigere talis objecti cognitionem.

Contin. ſtrictè præſcirent in ſpecieb. intuit. ſi darentur.

Qui admittunt ſpecies intuitivas Angelis congenitas, ægrè explicant quomodo in illis non cognoſcant futura ſtrictè contingentia, quorum necdum habent intuitionem, &, ut ex ſpeciebus ſibi congenitis colligunt, aliquando habituri ſunt ob hanc, & alias ejuſmodi difficultates, eas rejicimus.

Solus Deus conting. latè præſcit certò metaphyſicè.

Dices Sap. 8. v. 8. de Sapientia increata dicitur, *ſigna & monſtra ſcit antequam fiant, & eventus temporum & ſæculorum*: ergo proprium eſt Sapientiæ increatæ ſcire futura late contingentia. R. ſcire illa certitudine metaphyſica & omninò infallibili C. certitudine phyſica aut magna morali quam ſolùm tribuimus Angelis N. eodem ſenſu intelligendi Athan. dum ait Dæmones ignorare futuras exundationes Nili, Auguſtinus aſſerens ſæpe falli, dum pluvias & ſimilia prænunciant. Adde verba ſapientiæ intelligenda eſſe de ſapientia in communi prout abſtrahit à creata & increata non de increata ut rectè Cornelius & alii.

Non poſſunt certò cognoſcere ſe-

370. Certum eſt, imò juxta Suar. Vaſq. & alios, de Fide, vel ut volunt Gabr. Martinon, & alii

alii Fidei proximum, non posse Angelos naturaliter certò cognoscere secreta cordium, seu actus liberos alterius, absque ejus consensu. Prob. quia Scripturæ etiam hoc Deo tribuunt; tanquam ipsi soli proprium 2. Paralip 6. *Tu solus nosti corda filiorum hominum*: Ier. 17. *Pravum est cor omnium & inscrutabile, quis cognoscet illud? Ego Dominus scrutans cor, &c.* In quem locum Hier. *Nullus*, inquit, *cogitationum secreta cognoscit nisi solus Deus.* Hinc Amb. l. 5. in Luc. *Dominus occultorum cognitione, DEUM se esse demonstrat.* Idem docent Cyril. aliique PP. apud Suar.

Ratio fundamentalis est, quod naturæ intellectuali connaturaliter debeatur dominium in suos internos actus liberos perfectum, & expeditum ab omni impedimento, non solùm physico; sed etiam morali, quale foret, nec exiguum, si ejusmodi actus absque elicientis consensu aliis ita paterent; ut non possent occultari.

[margin: ...creta cordium.]

[margin: Istorum notitia est signum divinitatis.]

Hinc Deus, ita exigente creatura intellectuali, & ejus recta gubernatione, ad istorum actuum cognitionem concursum non exhibet, nisi posito elicientis consensu, ex quo ut causa proxima oritur, quod non possint naturaliter cognosci; non verò ex eo, quod sint in profundo animæ, ut vult Richardus, neque, ut volunt Cajet. Ferar. & alii ex eo quod excedant vim intellectus creati: cùm enim sint ordinis merè naturalis, non est unde petatur iste excessus.

[margin: Ratio est quod creatura libera habeat ius secreti suorum internorum.]

Porrò jus secreti internorum extendit se ad omnia & sola, ex quorum cognitione veniretur in notitiam interni exercitii libertatis, adeoque etiam ad species aut habitus relictos ex actibus liberis. Sunt qui illud extendunt ad intellectiones & volitiones necessarias Puerorum & Amentium, quia ex se natæ sunt fieri liberæ.

37. Constat posse Angelos inter se loqui; & quidem locutione sibi libera, excitativa alterius ad audiendum, & secreta, sic ut ii soli, ad quos dirigitur, eam percipiant. Hoc enim exigit societas moralis, quæ necessariò intercedit inter

[margin: Possunt inter se loqui libere & secreto.]

Angelos, tanquam inter membra ejusdem Reipublicæ spiritualis: Prob. ex Scriptur. Zachariæ 2. v. 3. *Et ecce Angelus qui loquebatur*. Apoc. 7. *Vidi Angelum ascendentem ab ortu Solis, & exclamavit voce magna quatuor Angelis*. Epistol. Iud. v. 9. *Cùm Michael Archangelus cum Diabolo disputans altercaretur.*

Loquantur per ordinationem suorum actuum ad invicem.

372. Fit autem Angelica locutio per liberam voluntatis ordinationem, qua Angelus suum actum ad alterum dirigit, volendo ut ipsi pateat, atque ita efficiendo, ut actus, alioqui natura sua secretus, respectu ejus, ad quem ordinatur, desinat esse secretus; ac proinde vel per se, vel per specialem Dei concursum istis circumstantiis debitum, illius intellectum, tanquam res de novo, & non nisi ex alterius consensu apparens, ad attentionem, & sui intuitionem moveat. Est Sancti Thomæ hic q. 107. a. 1. O. ubi ait: *Ex hoc vero quod conceptus mentis Angelicæ ordinatur, ad manifestandum alteri per voluntatem ipsius Angeli, conceptus mentis unius Angeli innotescit alteri.*

Qua facta Deus præbet concursum ad eorum notitiam.

Prob. Quia hac ratione facile salvantur omnia ad liberam, & secretam locutionem necessaria, quæ non nisi ægre salvari possunt in sententia eorum, qui volunt hanc locutionem fieri per signa, sive sensibilia, sive spiritualia, aut per impressionem speciei, vel cognitionis, alteriusve qualitatis in intellectum ejus, ad quem dirigitur locutio.

Hanc ordinationem S. Thom vocat virtutem excitativam.

Dices S. Thomas q. 107. a. 1. ad 3. ait, quod *mens Angeli ad attensionem excitetur per virtutem intelligibilem, sicut sensus per signum sensibile*. R. nomine virtutis excitativæ, aliud non intelligit quàm ordinationem conceptus Angeli, cùm q. 9. de verit. a. 7. ad 4. expresse dicat Angelum loquentem nihil facere in audiente. Si tamen Angelus ad quem actus dirigitur esset ita aliis occupatus, & velut absorptus ut non attenderet ad actum ad se directum, posset Angelus loquens ipsum excitare ad attentionem per impulsum ipsi impressum, motum, tractionem, aut aliquid simile, aliqua enim ejusmodi excitatio necef-

necessaria est, ut possint inter se loqui quoties volunt. Ex his.

373. 1. Angelorum locutio formaliter est productio actus qui manifestatur, prout substans ordinationi voluntatis, qua ad alterum dirigitur.

Eorum locutio est productio actus manifestati.

2. Ipse verò actus manifestatus, est verbum locutione productum; cùm hic actus (quod verbi, quo quis alteri loquitur, proprium est) excitet audientem ad intelligendum id, quod ipsi à loquente significatur, ipse actus manifestatur intuitivè, ejus objectum abstractive.

3. Locutio Angelica pertinet ad intellectum, quando actus qui immediate manifestatur, est intellectio: ad voluntatem verò, quandò est volitio, in quo nihil est absurdi, cùm falsum sit, quod quidam universaliter assumunt, omnem locutionem debere esse actum intellectus. cùm nostra locutio vocalis sit actus potentiæ motivæ, ut applicatæ per voluntatem ex directione intellectus, sic ut sit solùm remote ab intellectu.

Verbum est actus manifestatus.

4. Voluntas manifestandi solùm est conditio, locutioni Angelicæ prærequisita.

5. Lingua Angelorum est virtus productiva actus, qui manifestatur, auditus verò est intellectus, & auditio est intellectio, qua Angelus percipit actus alterius ad se directos.

Lingua virtus illius productivæ.

6. Angeli aliis Angelis, more Angelico loquentes, non possunt mentiri, cùm non possint manifestare actum, quem non habent, nec formare actum, saltem judicative assertivum alicujus, quod sciunt aliter se habere: alioqui enim assentirentur falso ut falso quod repugnat.

Mentiri non possunt.

7. Potest Angelus simul loqui pluribus etiam distantibus, non tamen ad quamlibet distantiam; cùm Angeli habeant sphæram visionis limitatam. Vt dictum est sup. n. 363.

Cùm Angeli Isaiæ 6. Apoc. 7. dicuntur clamare ad invicem, per clamorem significatur magnitudo rei de qua loquuntur, vel magnitudo affectus, quo volunt rem manifestare.

374. Angeli superiores illuminant inferiores

Superiores illuminant inferiores.

de veritatibus aliquo modo supernaturalibus, & ad Deum ordinatis scitu dignis sibi notis dependenter à prima veritate revelante sive in verbo, sive extra verbum. Est S. Thomæ hic quæst. 106. art. 1. & certa ex Dionys. de cœlesti Hierarch. cap. 3. 4. 7. ista autem illuminatio est species locutionis Angelicæ, super explicatæ, quâ Angelus superior notitiæ supernaturalis sibi à Deo communicatæ elicit conceptum naturalem, eumque inferiori manifestat, atque ita illum illuminat. Potest etiam Angelus inferior illuminare superiorem, de veritate sibi & non aliis à Deo manifestata, v. g. Gabriel de Mysterio Incarnationis, juxta Ber. ipsi soli ante ejus executionem manifesto, saltem quoad tempus executioni præfixum.

Non cognoscunt naturaliter supernaturalia.

Angeli non possunt naturaliter cognoscere intuitive, nec abstractive conceptu proprio entia supernaturalia quo ad substantiam. Ita S. Tho. contra Scot. Prob. quia cognoscibilitas proportionatur entitati: alioqui enim non esset cur divina essentia non posset ab Angelo naturaliter cognosci ut in se est: ergo supernaturalia in sua entitate sunt etiam supernaturalia in cognoscibilitate. Secus supernaturalia quoad modum; adeoque hæc possunt naturaliter cognoscere, quamvis non cognoscant, sitne supernaturalis, an naturalis.

Non possunt cessare ab omni cognitione per liberum voluntatis imperium.

375. Angeli non possunt cessare ab omni cognitione, est S. Thom. Suar. & communis contra Alarcum. Ratio est, quia si possent cessare liberè, id deberet fieri per positivum imperium voluntatis, quod non potest esse sine omni cognitione, nec ullam habere efficaciam quando non est amplius, nec formaliter in se, nec virtualiter in alio. Deinde non esset à quo postmodum reduci possint ad actum cognitionis, cùm non habeant sensus, quibus mediantibus possint eorum intellectus, sicut noster post somnum, excitari ad cognitionem objecti primò occurrentis.

Hinc non possunt cessare à cognitione sui ipsorum, saltem imperfecta & confusa: quia in omni

omni intellectione Angelica involvitur reflexio, saltem virtualis, qua experimentaliter cognoscunt se intelligere, existere &c.

Possunt cognoscere multa secundùm rationes proprias. 1. Comparando unum cum alio, v g. cognoscendo hominem non esse brutum. 2. Absque comparatione, per diversos actus & diversas species, aut per easdem species, iis utendo inadæquate, simul distinctè repræsentando plura individua ejusdem aut diversæ speciei. Cùm enim hoc possit noster intellectus, cur idem non possit Angelicus? His non repugnat S. Th. qui solùm vult Angelos non posse simul cognoscere multa nisi ut unita in uno intelligibili, id est, in una specie aut pluribus sibi subordinatis. *Possunt cognoscere plura ut plura.*

376. Non possunt naturaliter simul cognoscere perfectè & distinctè omnia, quorum habent species, aut quæ cognituri sunt per totam æternitatem: quia cum ista sint infinita sincategorematicè, ad distinctam & simultaneam eorum cognitionem requiritur attentio infinita actu, quæ superat virtutem intellectivam finitam. Potest dari Angelus tam perfectus ut cognoscat naturaliter omnia de facto existentia, cum illa sint finita. *Non possunt simul cognoscere distincto infinita sincategorematice.*

Possunt naturaliter cognoscere cognitione confusa, & imperfecta omnia objecta naturalia intra sphæram suæ visibilitatis existentia; non est enim cur intellectui Angelico repugnet attentio confusa ad objecta numero & perfectione finita: imò cùm intellectus Angelicus sit potentia necessaria, videntur Angeli semper habere ejusmodi notitiam confusam, qua pro arbitrio possint se determinare ad distinctam & perfectam singulorum notitiam. *Possunt confusè omnia intra suam sphęram posita.*

Confir. quia juxta Suar. & alios, Angelus intuendo se ipsum cognoscit omnes suas species, & consequenter omnia earum objecta, saltem abstractivè & confusè Aug. loquitur hyperpolicè ad exprimendam excellentem mentis Angelicæ capacitatem; dum ait posse Angelum cuncta quæ voluerit simul comprehendere.

Non possunt discurrere circa evidentia, possunt circa alia.

377. Angeli possunt discurrere, discursu formaliter illativo unius cognitionis ex alia circa ea, quæ non cognoscunt evidenter ut sunt supernaturalia, secreta cordium &c. Cur enim non possent Angeli ex indiciis externis inferre cognitionem probabilem alicujus secreti cordis, ut ex externis Christi miraculis, ejus divinitatem &c.

Non possunt tamen formaliter discurrere circa ea, quæ cognoscunt evidenter sive intuitive, sive abstractive quidditative: quia uno simplici intuitu illa comprehendunt, eodem actu cognoscendo effectum in causa, adeoque non per discursum formalem, qui requirit plures actus, sed solùm per virtualem eodem actu unum ex alio cognoscentem. Sunt nonnulli, qui de his solùm objectis interpretantur S. Th. videtur tamen q. 8. de Verit. a. 15. plus velle & Angelis discursum universaliter negare, quem iis universaliter concedit Scotus.

Quæ possunt cognoscère componendo.

378. Non cognoscunt componendo, id est cum suspensione judicii una apprehensione subjectum, & altera prædicatum repræsentando, ac deinde illa inter se vel per affirmationem conjungendo, vel per negationem dividendo: quod intelligendum est de iis, quæ evidenter & quidditative ita comprehendunt ut primo intuitu cum summa certitudine penetrent quidquid sunt; alia enim, quæ solum obscure cognoscunt possunt præviis apprehensionibus, cum suspensione judicii sibi repræsentare, cùm ab illis non statim determinentur ad assensum. Vndè non apparet cur illa non possint cognoscere componendo & dividendo.

Non possunt falli in evidentibus.

Angeli non possunt falli in iis, quæ cognoscunt evidenter; possunt in aliis: Bonos tamen ab omni errore immunes reddit status Beatificus, cui repugnat omnis miseria & defectus. Vndè non judicant de probabilibus absolute, sed solùm modaliter de ipsa probabilitate.

Habent voluntatem liberam qua naturaliter Deum ma-

379. Angeli habent voluntatem, juxta S. Thom. ab intellectu distinctam, liberam, sine appetitu irascibili, & concupiscibili sensitivis. Diligunt finem ultimum necessario, saltem quo ad specificationem,

nem, media liberè, seipsos partim necessariò, quatenus in seipsis sibi complacent, partim liberè, quatenus sibi volunt hoc vel illud bonum in particulari, similiter diligunt se invicem. Deum verò, cujus ut principii & finis sunt quidquid sunt, naturaliter magis diligunt, quàm seipsos: alioqui enim eorum amor naturalis esset inordinatus. Pro his & aliis ad Angelorum voluntatem pertinentibus V. S. Th. hic q. 59. & 60. gis diligunt quàm se.

§. III.

Angelorum ortus, lapsus, supplicium.

380. Angeli creati sunt in tempore, non ab æterno, est de Fide, ex Proverb. 8. *antequam quidquam faceret, &c.* Eccl. 24. *ego ex ore Altissimi prodii primogenita ante omnem creaturam.* Ex Later. C. Firmiter *de sum. Trin.* definiente. *Deum simul initio temporis utramque condidisse naturam, spiritualem, & corporalem Angelicam videlicet, & mundanam.* Creati sunt in tempore.

Non fuerunt creati ante mundum corporeum. Est communis, & certa, contra Origen. Basil. Damasc. non tamen de fide, ut volunt Zumel. Mol. & alii: cùm hoc non intenderit definire Lateran. contra PP. gravissimos. Simul cum cœlo & terram.

Vnde ly simul in ejus definitione, idem est quod pariter, idest tam unum quam aliud. Probabilius videtur creatos esse simul duratione cum cœlo, & terra non enim ante ut jam probatum est, nec post, cùm nulla sit ratio id asserendi, & contrarium insinuet illud Iob: 38. *quando ponebam fundamenta terræ, &c. Cum me laudarent simul astra matutina, & jubilarent omnes Filii Dei.*

Cum ad Tit. 1. dicitur: *Deus promisisse vitam æternam ante tempora sæcularia.* Ly promisit ponitur per catachresim pro efficaciter decrevit.

Moyses non meminit creationis Angelorum, quia solùm voluit describere creationem mundi corporei, vel certè Angelos comprehendit nomine cœli; aut lucis, ut vult Aug.

381. Omnes Angeli etiam mali gratiam sanctificantem cum virtutibus ei connexis acceperunt Omnes etiam reprobi in gratia.

primo

primo instanti suæ creationis. Ita S Thom. Suar. Vasq. contra Hug. Alen. Bon. sentientes Angelos malos nunquam habuisse gratiam Sanctificantem Prob. 1 ex Ezech. 28. ubi ex Hier. Ambros. aliorumque PP. & communi interpretum sensu, de Lucifero sub typo Regis Tyri, dicitur: *tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, & decore, omnis lapis pretiosus operimentum tuum: & posui te in monte sancto Dei: in medio lapidum ignitorum ambulasti perfectus in viis tuis, à die conditionis tuæ, donec inventa est iniquitas in te.* Et disertè docent PP. Basil. in Ps. 32. *Angelos namque initio ut essent, Verbum opifex omnium condidit, sanctificationem verò simul impendit ipsis Spiritus S.* 2 Ex Epist. Judæ v. 6. ubi dicuntur Angeli mali non servasse suum principatum & ex Ioan. 8. ubi dicitur Diabolus in veritate non stetisse Aug. l. 12 de Civ. c. 9. *Deus Angelos, cum amore casto, quo illi adhærerent, creavit, simul in eis condens naturam, & largiens gratiam.* Quæ etiam de Malis intelligi patet, tum ex sequentibus, tum ex l. 11. c. 13. ubi ait, *æqualis fœlicitatis omnes Angeli ab initio creati sunt, & ita fuerunt donec isti, qui nunc mali sunt, ab illo bonitatis lumine sua voluntate ceciderunt.*

Ita docent Script. & PP.

Diabolus est homicida ab initio moraliter.

Cum igitur Ioan. 8. de Diabolo dicitur, *ille homicida erat ab initio*: ly *ab initio* non sumitur mathematice pro primo instanti ejus creationis, sed moraliter pro tempore ab eo parum distante.

Cum Ioan. Papa Cap. *Visis* 16. q. 2. Gregor. 32. Moral. aliique PP. dicunt Angelos malos non habuisse Charitatem, solùm volunt eam non habuisse perseveranter, vel loquuntur de Charitate plena, & perfecta seu consummata. Aug. verò l. 1. de Gen. ad litteram loquitur de prioritate naturæ & de tenebris impropriè sumptis pro præcisione à luce, quando dicit: *Angelos creatos esse in tenebris, priusquam luce gratia informarentur.*

Sanctificationem meriti sunt per actum amoris elicitum e. instanti suæ creationis.

382. Angeli per actus proprios, se disposuerunt ad gratiam sanctificantem. Ita Cajet. Vasq. Granad. contra Alen. Scot. Prob. quia ex Aug. l. 12. de Civit. c. 9. Deus illos creavit cum amore casto,

quo

quo illi primo instanti suæ creationis adhæserunt, atqui non est ratio cur istæ amor non fuerit supernaturalis, & sufficiens dispositio ad sanctificationem, cum potuerit illo ipso instanti, quo collata est gratia sanctificans, vi supernaturalis auxilii transeuntis ita elici, ut illa fuerit prior, ejusque causa meritoria, non quidem de condigno, ad quod prærequiritur sanctitas in supposito merente, sed de congruo. Ergo, cum nobilius sit, & naturæ liberæ non substantialiter sanctæ, seu puræ creaturæ convenientius, ex propria dispositione sanctitatem accipere, quam dono merè gratuito, dicendum est Angelos eam de facto ita accepisse.

Angeli ex deliberatione natura priori meruerunt 1. instanti suæ creationis gratiam sanctificantem.

Neque enim illis, utpote natura sua perspicacissimis necessaria fuit (ut quidam sibi fingunt) deliberatio per aliquam temporis moram ad actus meritorios, & demeritorios liberè eliciendos. Vnde potuerunt revelationi, illo instanti sibi factæ, eodem instanti credere & consequenter sperare, amare &c. sicut oportet.

383. Dices 1. PP. dicunt Angelos creatos esse in gratia, Sanctitatem illis esse impensam, infusam, inditam R. per hoc non volunt significare quod gratuitò acceperint gratiam habitualem in se ipsa, sed quòd eam acceperint primo instanti suæ creationis, & gratuito in radice id est in auxilio gratiæ actualis, per quod elicuerunt actum amoris, quo se ad gratiam habitualem disposuerunt.

Quod solum Volunt PP.

Dices 2. S. Thom. q. 16. de malo a. 4. docet Angelos 1. instanti suæ creationis solùm dilexisse Deum ut Authorem naturæ, quæ dilectio, cùm sit naturalis, non potest esse dispositio ad gratiam. R. illud hic retractavit q. 63. a. 3. Deus itaque 1. illo instanti dedit omnibus gratias efficaces; quibus infallibiliter cooperati sunt licet liberè. Vndè omnes quidem de condigno meriti sunt Beatitudinem æternam, sed Deus decreverat eam non dare nisi supposita per certam temporis moram perseverantia.

Bannes & Varij Thomistæ, docent Angelos me

Non tamen de condigno, ot beatitudinem.

meruisse gratiam sanctificantem quoad primam ejus infusionem de condigno, quod probabilius negant Val. Suar. Vasq. & alii communius, quia, cum gratia habitualis sit principium meriti condigni, non cadit sub tale meritum.

Creati sunt in Beatitudine naturali, non in supernaturali.

384. Creati sunt in beatitudine naturali, in perfecta sc. Dei cognitione, & dilectione naturali sine peccato; hæc enim Beatitudo erat eis connaturaliter debita: non tamen in beatitudine supernaturali: alioqui per visionem beatificam, ad perfectum Dei amorem necessitati, peccare non potuissent: quod ex peccato malorum constat esse falsum: utrumque habemus ex Aug. de corr. & gra. c. 10. *Diabolus, & Angeli ejus, etsi beati erant antequam caderent, erat tamen adhuc quod eorum adderetur beatitudini, si per liberum arbitrium in veritate stetissent, donec istam summæ beatitudinis plenitudinem tamquam præmium ipsius permansionis acciperent.*

Quam meruerunt propriis actibus etiam tempore prioribus, ipsis non difficilibus.

Igitur beatitudinem supernaturalem meruerunt propriis actibus, & quidem illa prioribus, non solùm natura, sed etiam duratione, ut docent S. Th. & alii communius contra Magistrum; quia licet non repugnet meritum esse simul tempore cum proemio aut etiam eo posterius (ut fuit meritum, quo Christus meruit gratiam suis progenitoribus) hoc tamen est minùs connaturale, & minùs conveniens rationi meriti habentis se instar viæ ad proemium ut terminum, & saltem hic oppositum est conformius Aug. sup. C. 11. ubi addit: *Angeli sancti hujus mansionis* (id est perseverantiæ in bono) *debitam mercedem recipere meruerunt, tantam sc. beatitudinis plenitudinem.*

Dices Hilar. Isidor. Ansel. aliique PP. apud Suar. Vasq. & alios dicunt Angelos accepisse suam Beatitudinem sine labore. R. id est per actus ipsis non difficiles nec diuturnos C. id est absque meritis N.

Rerum viæ fuit brevi mora.

385. Ex quibus etiam conficitur, viam bonorum Angelorum (quibus data est Beatitudo in præmium perseverantiæ) durasse per aliquam moram nostri temporis (quàm essentialiter dicit perseverantia) & similiter malorum, ex illo Exechi. 28.

ambu-

ambulaſti perfectus in vijs tuis à die conditionis tuæ donec inventa eſt iniquitas in te. Vbi ly *ambulaſti à die*, & *donec* indicant durationem pluſquam inſtantaneam.

386. Hug. Vict. putat (favente Aug. l. 11. de Civ. c. 9.) moram viæ Angelorum fuiſſe unius diei naturalis, quod eſt valde incertum. Conſtat ex communi PP. ac DD. conſenſu fuiſſe admodum brevem. Rectè docet Martinon. nullum eſſe in Scripturis & PP. fundamentum dicendi moram viæ malorum fuiſſe ita brevem ut uno ſolùm inſtanti fuerint in gratia. 2. in peccato. 3. in damnatione: niſi iſtud intelligatur de inſtantibus diſcretis, quæ non ſunt aliud, quàm operationes Angelorum diſcretæ, ſibi ſuccedentes, per quas Varij cum S. Th. menſurant viam Angelorum, ſed ut advertit DerKennis, non ſatis aptè; quia iſta menſura non eſt uniformis, nec determinata, neque notior rebus menſuratis. Mali non fuerunt unico inſtanti in gratia.

Via Angelorum non neceſſariò fuit quanta, quia primo inſtanti potuerunt mereri & Beati vel demereri & damnari.

387. Scotus cum ſuis, Gabr. Salmeron, Suar. & alii probabiliter docent Angelos malos, intra morulam viæ, quæ a commiſſo peccato ante eorum damnationem fluxit, potuiſſe à peccato per pœnitentiam reſurgere. Quod probabilius negant S. Thom. cum ſuis, Bonav. Egid. Mol. & alii communius. Ratio eſt quod licet non ſint abſolutè & Phyſice inconvertibiles, ut infr. dicetur ſunt tamen moraliter inconvertibiles; ſeu valde difficulter convertibiles, in morula adeo brevi, ab actu cum perfectiſſima deliberatione electo, Deinde quamvis intra iſtam morulam potuerint ceſſare à peccato, probabilius eſt tamen eos non habuiſſe gratiam ſufficientem ad pœnitendum ſicut oportet ad juſtificationem. Hoc ſenſu, *quod hominibus eſt mors hoc Angelis eſt lapſus*, ut ait Damaſc. l. 2. de fide C. 4. atque ita juxta Fulg. de fide ad Petrum, *in ipſa ſua averſione invenerunt damnationis initium*, ſcil. extrinſecum cum irrecuperabilitate ſalutis. Potuerunt ceſſare à peccato, non pœnitere ut oportet defectu gratiæ.

338. Nul-

Impeccabilitas non potest esse naturalis ulli creaturæ.

388. Nullus Angelus potuit esse tam perfectus ut esset naturaliter impeccabilis, hæc enim impeccabilitas repugnat cuilibet creaturæ, ut cum S. Tho. docent Alen. Bonav. Suar. contra Mag. Occh. Gab. Prob. ex PP. Hier. Epist 146. *Solus est Deus, in quem peccatum non cadat*. Aug. ad Marim. c. 12. *cuicumque creatura rationali præstatur, ut peccare non possit, non est hoc natura propria, sed Dei gratia*, quia, inquit, l. 11. de Civ. C. 1. & 6. *creatura non de Deo; sed de nihilo facta est*. Quibus similia habent Damasc. Ansel. & Fulgen.

Ita Aug. aliique PP. non tamen apparet repugnantia.

Hæc assertio sola authoritate nititur, ut rectè Scot. & Valent. cùm non appareat, cur non possit dari natura intellectualis determinata ad bonum honestum tantùm naturæ rationali consentaneum, sicut datur appetitus sensitivus determinatus ad bonum delectabile tantum, naturæ sensitivæ consentaneum.

Confir. quia licet appetitus rationalis sequatur intellectum repræsentantem objectum sub ratione boni honesti & boni delectabilis subinde inhonesti aut indifferentis; potest tamen ab extrinseco determinari ad bonum honestum tantùm nempe per auxilium gratiæ: ergo etiam ab intrinseco per naturalem talis auxilii exigentiam, cùm talis exigentia naturæ creatæ non repugnet. Eo autem casu ista natura esset libera libertate contrarietatis circa honesta specie diversa inter se incompossibilia; non verò circa honesta & inhonesta.

Non peccarunt ex ignorantia.

389. Angeli non peccaverunt ex ignorantia aut inadvertentia propriè dicta; ut rectè S. Th. & alii communiter quia ante peccatum fuerunt pleni sapientia, & ab omni perturbatione liberi, ergo non habuerunt ignorantiam aut inadvertentiam propriè dictam malitiæ sui peccati, favent Bern. serm. de Advent. Aliique PP. expresse dicentes eos peccasse ex malitia, & ideo non fuisse dignos venia. Possunt tamen dici peccasse ex inadvertentia improprie dicta hoc nempe sensu, quod non habuerint considerationem malitiæ peccati tam perfectam quam habere poterant, quamque si habuissent à peccando fuissent

sent impediti, quod forte solùm vult S. Th. cùm videtur contrarius.

Potuerunt esse in Angelis omnia peccata quoad reatum, quia potuerunt excitare homines ad quævis peccata, non quoad affectum, cùm non potuerint immediatè affici erga materiam peccatorum corporalium, bono ipsis convenienti carentem. Sed ex inadvertentia impropiè dicta.

390. Mali primùm peccarunt peccato superbiæ, ita S. Th. Mol. Suar. & cæteri communissime, contra Orig. & alios antiquos, qui ex illo Gen. 6. *videntes Filii Dei Filias hominum*, censuerunt primùm peccasse peccato luxuriæ corporalis. Item contra Scot. Gab. volentes peccasse peccato luxuriæ spiritualis, id est inordinato sui amore amicitiæ. Primum diaboli peccatum non fuit luxuria, ut voluit Orig.

Prob. ex Script. Tob. 4. *superbiam numquam in tuo sensu dominari permittas, in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio* 2. ex PP. Athan. q. 10. ad Antioc. *constat diabolum cecidisse propter superbiam*. Aug. l. 11. de civ. c. 15. *ab ipsius superbia capit peccatum*. Ambr. Epist. 84. *superbia à diabolo sumpsit exordium*.

391. Primæ dæmonis superbiæ malitia, non fuit sita in eo quòd appetierit æqualitatem cum Deo in essentia, ut vult Major. cum Scot. quia cùm sciret hoc esse sibi impossibile, nec posse consistere cum perseverantia sui esse; hoc non potuit appetere absolute & efficaciter, sed solùm conditionate & inefficaciter: affectus autem, quo peccavit fuit absolutus & efficax, ut patet ex gravissima ejus malitia, & ex scripturis mox citandis, *ascendam*, *Deus ego sum*, & similia, quæ affectum absolutum denotant. Sed superbia sita non in efficaci appetentia æqualitatis cum Deo.

Neque in eo, quod unionem hypostaticam ambiverit, & inviderit humanitati Christi, eique noluerit se submittere, ut docent Cathar. Ruard. Suar. Becan. & alii probabiliter favente Ber. ser. 17. in Cant. ubi ait: *peccatum Angeli fuisse invidiam Filii Dei*. Contra tamen urget ratio efficax, quod nempe Incarnatio, ex communiori S. Thomæ & aliorum sententia, decreta fuerit in remedium peccati ab Adamo commissi, adeoque sit eo natura posterior, & consequenter etiam peccato Angeli, cujus proinde non potuit esse occasio. Confir. Neque in ambitione unionis Hypostaticæ.

quia

quia ut docent Estius, Niss. Hier. & Ambrog. apud Vasq. Verius est Angelis in via revelatum non fuisse Mysterium Incarnationis.

392. Dicendum itaque cum Alber. Alexan. & aliis sitam fuisse in eo quòd ex inordinato affectu erga suam pulchritudinem & beatitudinem naturalem, supernaturalem ex gratiæ auxilio, per actus obedientiæ, & submissionis suo Creatori exhibendæ, obtinendam, suis naturalibus contentus, neglexerit, dominatum in cæteras creaturas ambiverit, nulli subesse voluerit, ne Deo quidem, saltem per actuale imperium ipsum gubernanti, & hac ratione affectaverit sibi sufficere, atque ita esse similis Altissimo; juxta illud Isaiæ 14. *ascendam super altitudinem nubium similis ero Altissimo*. Ezech. 28. *elevatum est cor tuum in decore tuo, quasi cor Dei, & dixisti, Deus ego sum.*

Sed in nimia sui æstimatione & dilectione qua ambivit dominari & nulli subesse.

Ad quæ & similia respiciens Gregor. 34. moral. cap. 13. sic loquitur: *jus perversa libertatis appetijt, ut & praeesset cateris, & nulli subesset, dicens, ascendam*, &c. & infra. *Relicto eo qui verè sibi sufficere poterat, se sibi sufficere posse judicavit*, practicè scilicet & interpretativè, seu quo ad affectum. Favet August. lib. 22. de Civit. cap. 1. *Quare Deus, cùm prasciret Angelos quosdam, per elationem, qua ipsi sibi ad Beatam vitam sufficere vellent, Boni* (nempe supernaturalis) *desertores futuros, non eis ademit istam potestatem.*

Hac ratione voluit esse similis Altissimi.

393. Dices 1. Diabolus. Ioan. dicitur *homicida ab initio*, quia nempe Christo invidens unionem hypostaticam jam dum decrevit illum occidere. R. dici homicidam non ob istam rationem, sed quia ab initio mundi sua suasione causavit mortem corporis & animæ totius generis humani.

Bern. sup. n. 291. loquitur de Filio Dei ut Deus est, alibi de invidia qua Diabolus invidit homini evectionem ad Beatitudinem supernaturalem & gloriam suæ similem.

Diabolus est homicida ab initio primi hominis per peccatum, non Christi per invidiam unionis.

Dices 2. ad Heb. 1. v. 6. habetur, *& cùm iterum introducit primogenitum in orbem terrarum, dicit, & adorent eum omnes Angeli Dei*. Ergo Christus

bis

bis à Patre introductus fuit in orbem 1. per revelationem Angelis factam statim ab eorum creatione. 2. per realem executionem incarnationis. Ergo primùm peccarunt Angeli per hoc, quòd, cum ipsis revelatum esset Christum aliquando futurum & jussi essent illum adorare, superbè noluerint ei se submittere: pronùm est enim ijs circumstantiis ita fieri, unde cum hoc insinuent PP. probabilissimum est ita factum esse. R. N. utramque sequel. 1. quia juxta probabilem Erasm. Vatabli, aliorumque interpretationem, ly *& iterum* non refertur ad Patrem, nec indicat novam, seu secundam Christi introductionem in mundum; sed ad scripturam, sic ut significet alium ejus locum, in quo iterum meminit adventus Christi in mundum. 2. quia juxta Chrysost. Ambros. Cyril. & alios PP. significatur quidem duplex introductio, prima tamen non per revelationem Angelis factam, sed per generationem æternam Christi qua Dei, secunda per temporalem Christi quà hominis; vel juxta alios quos sequitur Cornelius, prior per Incarnationem, secunda per Resurrectionem, aut diem judicij. Deinde, dato quòd scriptura loquatur de 1. introductione per revelationem factam Angelis in via, non tamen indicat Christum eis tunc propositum fuisse ut adorandum, saltem qua hominem.

1. Christi introductio per generationem æternam, 2. per temporalem ipsis non revelatam ante executionē.

394. An mysterium Incarnationis fuerit revelatum Adamo ante ejus peccatum est omnino incertum, & quamvis hoc daretur, inde non sequeretur revelatum fuisse Angelis; ad eos enim non ita pertinet: cum Christus non sit eorum Caput quoad influxum in meritum & Beatitudinem essentialem; sed solùm secundum dignitatem, authoritatem, imperium, illuminationem, gaudia accidentalia &c.

S. Thom. hic q. 64. a. 1. ad 4. non vult Angelos agnovisse mysterium Regni Dei, prout implendum per Christum formaliter, sed solùm materialiter, seu illud quod impletum est per Christum; cùm superius q. 57. a. 5. ad 1. hujus mysterii revelationem solum tribuat Angelis jam glorificatis. Ex his.

Peccavit ex multiplici motivo & affectu superbiæ.

395. Patet 1. Dæmonem non ex unico superbiæ motivo primùm peccasse, sed ex pluribus, nec unico affectu, sed multiplici saltem virtualiter; quia Dæmon, utpotè perspicacissimus, potuit plura simul motiva apprehendere, & ex pluribus moveri, ergo dicendum est ita factum esse, cùm sic facilius concilientur Patrum ac DD. sententiæ & melius intelligatur gravissima ejus superbiæ malitia, ut rectè Martinon. & alii.

Ridiculus est qui 1. ejus superbiæ objectum ait esse prædeter. physicam à Lucif. negatam.

Patet 2. Ridiculum esse P. F. Iacobum à S. Dominico in sua nova Cassiopeiæ stella l. 1. c. 2. & 3. ubi pro sua prædeterminatione physica citat Michaelem Archangelum eam in Cœlo propugnantem his verbis: *quis ut Deus*: contra Luciferum illam superbè negantem, his verbis: *Ero similis Altissimo*: quibus, inquit, *Diabolus in delitiis Paradisi existens pacem turbavit appetens Deo assimilari non in essendo sed in agendo*, scilicet absque physicæ prædeterminationis auxilio.

De quo triumphant pseudophil. occasionem dedit de scient. media triumphum canendi, sed ante victoriam.

396. En ex mente novi hujus Astronomi objectum primæ Dæmonis superbiæ Sancto Thom. subtili Scoto & cæteris omnibus antea ignotum, scilicet operari absque prævia promotione Thomistica, seu *physica prædeterminatio negata*, quam defendens Michael de primo ejus hoste cœlis deturbato triumphavit. Atque ita, si Deo placet, inde ortum cœlestem duxit celebris ille Triumphus Thomisticus, nuper magno strepitu decantatus, sed ante victoriam, ut demonstrat P. Francisc. Fourmestraux, *in justa defensione adversus convicia & imposturas pseudophilalethis*. Hanc legat sinceræ veritatis studiosus, nec aliam exspectet refutationem opinionis, quam in Cassiopeia detexit recens Astronomus; ipsa enim se sua patenti vanitate satis superque refellit. Pro quo V. à me editam An. 1673. authoritatem contra prædeterminationem physicam, PP. Dominicanorum suffragiis stabilitam, ac præsertim R. P. F. Iosephi de Vita Siculi, in monitione finali ad lectorem pag. 275. n. 21. & seqq.

397. Angelus physice loquendo peccare potuit pri-

primo instanti suæ creationis, ita Scot. cum suis contra S. Thom. cum suis, Prob. Quia eo instanti fuit liber ad merendum, cùm de facto meruerit, ergo etiam ad demerendum, quandoquidem par sit utriusque ratio, nec ullum apparet fundamentum id negandi.

Physice potuerunt instanti Peccare, uti mereri.

Moraliter tamen, & secundùm Leges Divinæ Providentiæ consentaneas, ei fuit impossibile isto instanti peccare, 1. quia decuit ut Deus crearet Angelum in statu recto, ipsum, saltem pro primo instanti, præservando à peccato, ne alioqui ejus peccatum, saltem quo ad apparentiam, Deo ejus naturæ authori tribueretur. 2. Quia Angelo inerat magna inclinatio ad bonum, naturæ ejus non corruptæ maxime connaturalis, magna attractio ad gratitudinem ob bona à Deo recenter accepta, nec ullum præceptum difficile eo instanti illi impositum.

Non tamen moraliter.

De hac impossibilitate morali varii putant explicari posse S. Th. qui tamen videtur plus voluisse.

398. Dices 1. operatio incipiens cum esse rei inest à generante seu creante. R. in agentibus necessariis, ut moveri sursum in igne C. in liberis N. alioqui enim Angelus non potuisset mereri primo instanti suæ existentiæ.

Operatio incipiens cum esse rei est à generante in necess. nô in liberis.

Adde quod operationes, quæ tribui solent generanti, ei non solùm tribuantur pro primo instanti, sed etiam pro quovis alio sequenti, ut patet ex motu gravium deorsum: unde si argumentum istud valeret, deberet Deo tribui peccatum Angeli quocumque instanti commissum.

399. Dices 2. Motus naturalis præcedit liberum. R. duratione N. natura trans. nam admitti potest, quòd amor boni in communi, ex impressione authoris naturæ, necessariò conveniat omni creaturæ liberæ priùs natura, quàm quidquam liberè eligat, quod solum vult Anselm. lib. de casu Diaboli c. 12. his verbis, *quidquid se movet ad volendum, priùs se vult ita movere, quod ergo nihil vult, nullo modo potest se movere ad volendum*. Adde quod aliqua intellectio naturalis necessario fit natura prior prima volitione libera.

Motus naturalis præcedit liberum natura non tempore.

Quod dicit Alensis repugnare rem operari 1. instanti quo producitur, manifestè falsum est, quia ad operandum solùm requiritur prioritas naturæ non temporis, ut patet in Sole necessariò illuminante 1. instanti suæ productionis.

S. Tho. adversatur prædeterminationi ad actum peccati.

400. Ex eo quòd S. Thom. hic doceat Angelum non potuisse peccare primo instanti suæ creationis; qui alioqui ejus peccatum fuisset Deo attributum, infert Petrus à S. Ioseph. & rectè Doctorem Angelicum non admisisse prædeterminationem ad actum peccati; quia à fortiori peccatum Deo esset attribuendum, tamquam ex ejus impressione factum.

Dæmones possunt physicè non peccare.

401. Dæmones sunt ita obstinati in malo, ut quamvis physicè possint exercere actus moraliter bonos, nulla circumstantia vitiatos(cum ex Dionys. de div, nom. c. 4. naturalia retineant integra) moraliter tamen non possint; quia tanta est eorum malitia, ut posita consideratione suæ damnationis ad pœnas æternas, quas justo Dei judicio, assiduè ac vehementissimè apprehendunt, & totali divinorum auxiliorum subtractione, moraliter non possunt cessare à perversa voluntate, in omnibus Deo displicendi quantùm possunt.

Non moraliter.

402. Cum hac morali impotentia stat potestas physica non peccandi, adeoque non sunt absolutè ad peccatum (quo 1. Ioan. *ab initio Diabolus peccat*) necessitati, ut voluit Calv. Iansen. inde perperam probantes necessitatem non officere libertati ad peccandum requisitæ.

Aug. eis negat potentiam ad bonum morale.

Cum Aug. Epist. 107. dicit Diabolum non habere liberum arbitrium ad bene faciendum, intelligendus est, de impotentia morali ad bonum morale ordinis naturalis; vel etiam de physica ad bonum salutare.

Eorum obstinatio non oritur ex physica inflexibilitate arbitrij, sed ex morali.

403. Ex his sequitur Dæmonum obstinationem non oriri (ut favente S. Thom. hic q. 64. ar. 2. volunt quidam Thomistæ) ex Physica & absoluta inflexibilitate illorum arbitrij immobiliter adhærentis ei, quod semel ex perfecta deliberatione electum est: cui doctrinæ videntur repugnare tum ratio perfectæ libertatis sitæ in indifferentia activa ad utrumlibet

libet tam continuandum, quàm primò agendum, tum PP. Isid. de sum. bono c. 10. *Gratia dicimus non natura, esse incommutabiles Angelos, nam si natura incommutabiles essent, Diabolus utique non cecidisset*; quia nempe ab amore, quo 1. instanti suæ creationis Deum liberè dilexit, & metuit nunquam, saltem per actum contrarium, defecisset, Damasc. 2. de fide c. 3. *est ergo natura Angeli vertibilis, secundùm propositum, seu voluntate mutabilis: nam omne creatum vertibile est*. His aliisque PP. S. Thomam conciliat Sylvi. ipsum explicans de inflexibilitate morali sup. n. 401. explicata.

404. Dices in Angelis non est perturbatio, successiva varietas humorum & affectionem corporis, nec accessus novæ notitiæ motivorum antea incognitorum: ergo R. inde solùm haberi quòd non sint tam facilè flexibiles ad quod semel deliberatè elegerunt quàm homines; non verò quòd non sint absolute, cum ut sint absolute flexibiles, sufficiat indifferentia voluntatis præsupponens indifferentiam judicij proponentis obiectum sub ratione boni & mali, seu boni non necessarii.

Sunt semper in eodem peccato actuali, possunt alteri.

Dœmones sunt semper in eodem actuali peccato, quod primum admiserunt, quia semper habent inordinatum appetitum propriæ excellentiæ; cum enim se suaque dona naturalia semper actu cognoscant, non est cur ab istius inordinati affectus continuatione distrahantur. Ita cum S. Thom. & Richardo Amicus, docens quòd in Dæmones non cadat oblivio.

Scotus sentit posse Dæmones elicere attritionem informem de peccato commisso, scilicet naturalem, qualem solius naturæ viribus elicere possunt peccatores; quod tamen varii negant. Quamquam non appareat, cur non possint elicere hunc actum, *vellem non peccasse ut essem liber à pœnis*, licet propter furorem odii, quo assiduè feruntur in Deum, non possint elicere hunc, *vellem non peccasse, ut Deo nunquam displicuissem, ut non essem ei inimicus*: quia cum isto implacabili odio stare nequit ullus amor benevolentiæ, potest aliquis

concupiscentiæ, cùm possint cognoscere Deum, ut secundum se; ipsis summe bonum, adeòque ut sic, illum amare & sibi concupiscere.

Patiuntur à vero igne, est hodie Catholica ex scr. p. & PP. præcipuè Aug.

405. Patiuntur a vero igne corporeo. Est nunc omnium contra Durand. & adeò certa, ut quamvis Vasq. censeat necdum esse definitam. Suar. tamen dicat esse Catholicam. Mair. de fide, ex Script. Apoc. 14. *Cruciabuntur igne bestia & asseclæ*. 20. *Diabolus missus est in stagnum ignis*. Matth. 25. *Discedite maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo &c.* ubi agitur de igne, quo cruciabuntur hominum corpora post resurrectionem, ac proinde de vero & corporeo, ut semper intellexerunt PP. Augustin. lib. 21. de Civit. cap. 10. *Cur enim non dicamus, quamvis miris, tamen veris modis, etiam spiritus incorporeos posse pœna corporalis ignis affici*. Et infra: *Dæmones licet incorporei corporeis ignibus cruciandi* Gregor. 4. moral. cap. 29. *Teneri spiritum per ignem dicimus, ut in eo tormento ignis, videndo atque sentiendo puniatur*. Et infra, *si Diabolus ejusque Angeli cum sint incorporei corporeo sunt igne cruciandi, quid mirum, si animæ antequam recipiant corpora, possint corporea sentire tormenta.*

Cùm Ambr. & Damasc. dicunt ignem inferni esse incorporeum, solùm volunt esse incorruptibilem, & non indigere, sicut noster, nova semper materia ut conservetur.

Non patiuntur ab igne eundem dolorem, quem anima corpori unita.

406. Dœmones non torquentur igne corporeo, percipiendo eundem dolorem, quem ab illo percipit anima corpori injuncta. Vt vult Altisiod. cùm enim iste dolor pro objecto essentialiter respiciat nocivum corpori sensitivo, sensatione perceptum, in puro spiritu (cui nec ignis, nec ejus calor potest esse, magis disconveniens, quam quodvis aliud corpus, & quævis alia qualitas) reperiri nequit, deinde ignis ejusve calor eatenus solùm in animalibus dolorem causat, quatenus eorum corpora distemperat, & in iis causat divisionem continui & quasi violentam lacerationem, quorum neutrum convenire potest Spiritui.

Ne-

Neque per ſolam alligationem ad ignem tanquam carcerem eos detinentem, ut probabiliter varii Thomiſtæ; quia licet hæc alligatio non poſſit ſpiritibus ſuperbis & libertati ſuæ amantiſſimis, non eſſe moleſta, non videtur tamen illis poſſe tantum cruciatum adferre quantum indicant Script. & PP. ſup. citati, aliique paſſim docentes pœnas Purgatorii graviores eſſe quovis tormento hujus vitæ, & à fortiori etiam pœnas inferni. Neque per ſolam alligationem.

Deinde dum PP. ut Greg. ſup. dicunt ſpiritus incorporeos corporeo igne *cruciari*, *cremari*, vel (ut loquuntur Aug. & Lactan.) *miro & inenarrabili quodam modo torqueri*, apertè majorem igni actionem tribuunt, quam quæ habetur per ejuſmodi alligationem. Adde iſtam alligationem facile intelligi, & explicari, ac proinde per eam dici non poſſe Dæmones miro & inenarrabili modo cruciari, ut loquuntur PP. citati.

Nec denique per hoc, quod ignis, tanquam inſtrumentum a Divina Iuſtitia elevatum ad peccatorum ultionem, in illis cauſet vehementiſſimam ſuæ damnationis ejuſque incommodorum apprehenſionem & triſtitiam de amiſſa Beatitudine, ut Granadus & alii; quia ſic non ſatis diſtinguitur pœna ſenſus à pœna damni. His rejectis. Neque per vehementiſſimam apprehenſionẽ ſuæ damnationis.

407. Videtur cæteris probabilior, & Scripturæ ac PP. locutionibus conformior Suar. aliorumque recentiorum ſententia docens ignem corporeum tanquam inſtrumentum Divinæ juſtitiæ à Deo elevatum, torquere Dæmones præcipue in illis phyſice producendo qualitatem ſpiritualem doloriferam, hoc eſt, ipſorum naturæ ita diſconvenientem, ut ſit objectum cauſativum doloris, in eorum voluntate acerbiſſimi; non quidem ejuſdem rationis cum eo, quem in voluntate patitur anima conjuncta ex ſui corporis combuſtione; ſed ei quàm maxime proportionatum. Ratio eſt, quia licet Scripturarum & PP. locutiones, quibus Dæmones dicuntur *ardere*, *uri*, *cremari*, non poſſint ſine aliqua improprietate verificari, *cum ardere*, *uri*, *&c.* ſit ſenſibiliter alterari uſque ad corruptio- Sed per qualitatem ſpiritualem doloriferam ab igne ut Dei inſtrumento ijs impreſſam. Qua utuntur minùs impropriè quã in aliis ſenten.

ruptionem quod, ut patet, in spiritus non cadit; debent tamen quàm propriissime fieri potest intelligi, quod fit sequendo hanc viam.

408. Dices ista qualitas æque potuit instrumentaliter produci ab aqua & quovis alio corpore, quàm ab igne; ergo non est ratio cur ad ejus productionem potiùs assumptus sit ignis quam aqua, adeòque nec cur potiùs per eam Dæmones dicantur uri quàm frigesieri. R. N. seq. quia convenientius fuit assumere ignem, quam aliud, 1. ut idem instrumentum serviret torquendis spiritibus & corporibus damnatorum, quibus cruciandis aptissimum est instrumentum ignis. 2. Quia cùm ignis de se sit causativus doloris acerbissimi in corporibus, habet majorem analogiam cum effectu in spiritibus producendo quàm aliud quodlibet corpus, & consequenter majorem aptitudinem ad nobis exprimendum summam acerbitatem doloris quasi sensus, seu proportionati dolori sensus, quem patiuntur dæmones. Ob eandem rationem productio istius qualitatis potius dicenda est ustio, ex se summè dolorifera, quàm frigefactio, quæ cum non adeò vehementer cruciet, non est æquè apta ad nobis exprimendam vehementiam doloris spirituum damnatorum & nobis incutiendum illius horrorem.

Quia ignis & ustio meliùs exprimunt acerbitatem doloris quam quidlibet aliud.

Ratio, cur potiùs ignis dicatur causare physicè qualitatem doloriferam, quàm Sacramenta gratiam, est quòd igni propriè convenire non possit causalitas moralis, ut Sacramentis, neque his Physica, cùm causent quando totaliter aut saltem majori ex parte desierunt.

409. Dici autem potest ista qualitas dolorifera supernaturalis, etiam in substantia, hoc sensu quòd in entitate sua talis sit ut superet vim & exigentiam activam, & passivam omnis naturæ creatæ & creabilis, non tamen hoc sensu, quòd sit ordinis divini seu per se conducens ad participationem divinitatis per gratiam & visionem beatificam. Deinde non est morandum in hac voce, *supernaturalis*; qua inquit Esparsa PP. excepto uno, aut altero nunquam usi sunt. Suarez dicit esse præternaturalem

Est præternaturalis.

Me-

Meratius ſimpliciter naturalem Angelo debitam ex hipotheſi peccati.

Diſconvenit verò naturæ Angelorum, non per privationem alicujus perfectionis ipſis debitæ, quam ſecum adferat, ſed per ſuam poſitivam entitatem, qualiter ſenſui diſconveniunt odores & ſapores ingrati, intellectui habitus erroris & vitii &c. Cur enim ſicut dantur affectiones corporeæ ſeipſis convenientes vel diſconvenientes corporibus, ſimiliter non poſſint dari ſpirituales ſeipſis convenientes aut diſconvenientes ſpiritibus, nec ſolùm vitales, ſed etiam ſolùm objective ſe habentes. Certè gratia mirè animam ſeipſa exornat, eamque miro gaudio afficeret, ſi per propriam ſpeciem ab ea videretur intuitive. Ergò poteſt dari qualitas gratiæ contraria deturpans ſpiritum, ipſumque viſa mirè affligens.

Diſconvenit Angelis ſe ipſa, ut fœtet odoratui.

410. Dæmones non ſunt capaces gaudii ullius veri & proprie dicti. Ita Ban. Mol. Vaſq. & alii communius contra Suar. Greg. & alios (quibus favet S. Thom.) docentes ſummam Dæmonum triſtitiam poſſe compati aliquod gaudium de objecto diverſo v. g. inquit Aug de peccato hominum & de poteſtate, quam habent in peccatores. Sed ut rectè Ban. iſte motus quaſi lætitiæ non eſt gaudium formaliter & proprie, ſed ſolùm cauſaliter & improprie, quatenus eſt quædam complacentia in malo hominis & Dei, ad quam ſequeretur gaudium niſi impediretur à ſumma eorum triſtitia, quæ excludit omne gaudium verum, ſicut Beatorum lætitia excludit omnem triſtitiam veram ipſos affligentem, quamvis non excludat diſplicentiam de peccatis hominum.

Dæmones habent complacentiam de malis hominum; non gaudium formale pellens triſtitiam.

411. Locus pœnalis Dæmonum eſt Infernus, ad quem aliqui jam detruſi, & omnes, ut patet ex 2. Petri 2. v. 4. detrudentur poſt diem judicii. Aliqui tamen verſantur in hoc aere ad hominum exercitationem ut conſtat ex Apoſt. Epheſ. 2. v. 2. & c. 6. v. 12. ubi Diabolus appellatur *Princeps poteſtatis aeris hujus tenebrarum harum*. Et ex Aug. 3. de 9. Gen. ad lit. c. 10.

Infernus eſt locus pœnalis Dæmonum.

Suarez

Suarez cum Bonav. Richar. & aliis probabiliter docet nullos Dæmones nunc perpetuò esse in Inferno, nec perpetuò in hoc aere: sed quasi per vices mutare locum, ex præscripto Luciferi Deo ita permittente.

Ex iis tamen aliqui sunt hic, ubi cruciantur pæna Inferni, saltem essentiale.

Qui versantur in hoc aere non sunt immunes à pœna sensus, seu quasi sensus, quod certum habetur ex communi PP. ac DD. sensu.

412. Dices Mat. 8. v. 29. Dæmones dicunt Christo *venisti ante tempus torquere nos*. Et 2. Petr. 2. v. 4. dicuntur *reservari cruciandi* in diem judicii ergo, ut significant Iustin. Iren. Hilar. aliique PP. apud Cornel. in istum locum Epistolæ S. Petri, Dæmones necdum sunt absolutè damnati & igni traditi, sed tradendi in die judicii, R. N. sequel. & dico Mat. 8. non significari quod apud nos non torqueantur pœna essentiali sensus & damni; sed quod detrudi ad Infernum tanquam in carcerem perpetuum, in quo non possunt nocere hominibus, sit illis pœna accidentalis, ad quam, ut ad ultimum pœnæ complementum, omnes reservantur ad diem judicii, in quo fiet eorum condemnatio finalis & solemnis coram omni creatura, quod probabiliter solùm voluerunt PP. in contrarium citati, si qui plus voluerint secuti sunt opinionem tunc, re nondum satis declarata, non improbabilem de animabus non donandis Beatitudine essentiali, nec afficiendis pœna Inferni ante diem judicii, cujus oppositum nunc definitum est in pluribus CC. de his V. plura apud Cornel. in 2. Pet. v. 4. Estium in 2. Dist. 6. §. 14.

Verb. script. & PP. contraria explicanda sunt pœna accidentali v.g. incarcerationis, &c.

413. Certum est dari in visceribus terræ aliquem locum torquendis Angelis & Hominibus malis à Deo destinatum. Id enim tenent omnes Catholici, & manifestè indicant Scripturæ, dum illum appellant nomine *Inferni*, *Abyssi*, *Profundi lacus*, *Stagni Ignis*, &c. dicunt *ad illum detrahi ac descendere* Angelos & Homines reprobos.

Infernus est remotissimus à sede Beatorum sc. in centro Terræ.

Est autem iste locus in cavitate terræ circa ejus centrum, cùm enim locus impiis æternum cruciandis destinatus debeat esse horrore plenus, congruit

gruit ut sit infimus & à Beatorum Domicilio remotissimus.

Quantus verò sit infernalis Carcer à nobis non magis sciri potest, quàm quando futurus sit dies judicij, cum de istis nihil ex Scripturis, CC. & Patribus possit certò colligi, imò nec probabiliter. Factis tamen variis suppositionibus hæc sequentia non inutiliter à quibusdam dicuntur.

Primò spatium in medio Terræ cubicè excavatum, cujus quodlibet latus constet 20. millibus passuum, hoc est leucis Belgicis seu horarijs sex cum dimidia; abû lè sufficiet ad hoc ut cuilibet reprobo detur spatium cubicum decem pedum, seu pedum cubicorum mille: facta hac hypotesi, quod mundus 10. millibus annorum sit duraturus, & singulis annis centum milliones damnentur. Certum est ut minimum centuplò plures damnari, quam salvari.

Inferni capacitas pro multitudine Damnandorum est valde angusta, cum hoc faciat ad majorem eorum pœnam. Quanta sit determinari non potest.

2. Nam 20. millia passuum dant centum millia pedum, hoc est decies millies pedes decem; quæ longitudo si in latitudinem, quæ illi est æqualis, multiplicetur, consurgunt 100. milliones quadratorum habentium latera decempedalia, pro area seu quasi pavimento Inferni; quod si hæc summa 100. millionum rursus multiplicetur per altitudinem, quæ est æqualis tum longitudini tum latitudini, habebitur unus millio millionum spatiorum, quorum singula erunt decem pedibus longa, lata & profunda.

3. Supposito igitur quod singulis annis damnentur 100. milliones; 10. millia annorum durationis mundi dabunt unum millionem millionum: qui reproborum numerus idem est ac spatiorum decem pedum supra repertorum.

Cum ergo ex recentissimorum exarctiori calculo Terræ ambitus sit circiter 8. millium leucarum Belgicarum; adeòque semidiameter habeat ejusmodi leucas horarias 1250. subducta dimidia altitudine Inferni hoc est, tribus ferè leucis, dabitur distantia hinc ad infernum 1247. leucarum.

4. Quòd si mundus 6. tantùm millibus annorum durare; & quotannis 50. solùm milliones damnentur

tur (quæ hypothesis non est minùs probabilis quàm præcedens) numerus reproborum in fine constaret 300. millibus millionum, pro quibus continendis sufficeret Infernus excavatus spherice diametro unius leucæ Germanicæ, hoc est 4. millium passuum. Nam eo casu singulis competeret spatium longum 7. pedibus, latum duobus, & profundum uno, quod plusquam satis est ad evitandam compressionem. Et tamen hic Infernus esset minor præcedente plusquam ducenties. Pro his V. DerKennis de Angelis Disp. 7. c. 7. & Drexelii Infernum c. 8. §. 1.

In Angelis tres Hierarchiæ, seu sacri Principatus.

414. Sunt tres Hierarchiæ Angelorum, quarum singulæ dividuntur in tres Ordines seu Choros. Ita cum cæteris PP. Dionys. Areop. qui l. de Cœlesti Hierarchia c. 6. dicit se illam doctrinam accepisse à Divo Præceptore suo, hoc est Paulo vel certè Hierotheo. Hierarchia autem idem est quod sacer Principatus.

Singulæ dividuntur in 3. Choros seu Ordines.

Prima & suprema Hierarchia continet primo loco Seraphim. 2. Cherubim. 3. Thronos. Secunda, seu media. 1. Loco Dominationes. 2. Virtutes. 3. Potestates. Tertia seu infima. 1. Loco Principatus. 2. Archangelos. 3. Angelos.

Eosdem Angelorum Ordines recensent Anastasius q. 14. ad Antioc. Damasc. l. 2. de fide c. 3. aliique PP. plurimi; & cum iis communiter TT. apud Suar.

Fundatos in eorum naturæ & in diversitate ministeriorum.

Hæc autem Hierarchiarum & Ordinum distinctio fundatur inchoatè in ipsorum Angelorum natura, complete autem in diversis gratiæ ministeriis, pro quibus vide Suar. l. 1. c. 13.

S. Th. agnoscit in Dæmonibus proportionatam subordinationem, qua se Lucifero Principi voluntarie submiserunt, de qua mentionem facit Script. Mat. 25. Luc. 11. & alibi sæpius.

415. Angelis convenit missio à qua Angeli, id est missi, nominantur: Angelos enim sæpe à Deo fuisse missos ad homines, est de fide ex Script. Luc. 1. v. 26. *missus est Angelus Gabriel à Deo in Civitatem Nazareth ad Virginem, &c.* Actuum

12. v.

12. v. 11. *Diſceſſit Angelus ab eo*, ſcilicet S. Petro è carcere educto.

Miſſio Angelica, alia eſt viſibilis, ut qua miſſus eſt Gabriel ad B. V. alia inviſibilis, ut qua Angeli Tutelares mittuntur ad hominum Cuſtodiam &c. omnes Angeli juxta S. Tho. mittuntur aliqua miſſione inviſibili, & late ſumpta; ac velut mediata, quatenus ſc. Angeli ſupremæ Hierarchiæ inferiores illuminant de veritatibus ad Eccleſiæ regimen pertinentibus, ut hi eas ulterius communicent aliis ſe inferioribus, per quos executioni ſunt mandandæ. Pro quibus vide Granad. Tract. 16. d. 14.

Angelis convenit miſſio viſibilis & inviſibilis; hæc ordinariè convenit ſolis Angelis inferioribus, illa etiam ſupremis.

416. Scotus, Gab. Mol. Val. Tan. aliique apud Suar. docent ſolos quidem inferiores Angelos ordinarie, & quaſi ex officio viſibiliter & proprie mitti; alios tamen quandoque etiam ſic mitti, idque probant 1. ex illo Pauli ad Hebr. 1. v. 14. *Nonne omnes ſunt Adminiſtratorii Spiritus in Miniſterium Miſſi?* 2. ex Danielis 10. v. 13. ubi Michael (qui creditur eſſe ſupremus bonorum Angelorum) dicitur miſſus in adjutorium alterius Angeli, 3. ex Iſaiæ 6. v. 6. ubi unus de Seraphim dicitur volaſſe ad Iſaiam. His tamen non obſtantibus.

Quos probabile eſt etiam ſubinde mitti viſibiliter & propriè.

S. Th. & alii communius ſentiunt ſupremæ Hierarchiæ Spiritus, & Dominationes nunquam ſic mitti, quos ideo appellant aſſiſtentes, cæteros autem miniſtrantes. Idque probant ex Dionyſ. l. de cœleſti Hierarch. C. 13. miſſionem ſupremis Angelis negante; quem tamen Vaſques putat ſolùm loqui de miſſione ordinaria: non de extraordinaria omnibus convenire.

Ad Verba Pauli ad Hebr. 1. dicunt intelligenda eſſe de miſſione late ſumpta n. precedenti explicata, vel certè ſenſum eſſe, quòd omnes ex natura ſua ſint Dei ſervi, ad omnem miſſionem in ejus obſequium obſtricti, & ſemper parati licet reipſa non mittantur proprie, & ſtricte ex quovis ordine.

Ad id quod dicitur de Michaele Suares & alii probabiliter ſentiunt plures eſſe Angelos Michaeles, unum qui ſe primus oppoſuit Lucifero & ſupre-

mus

mus Bonorum Angelorum, alterum inferioris ordinis, qui olim fuit tutelaris Sinagogæ, nunc autem Ecclesiæ, & hunc ex Danielis 10. fuisse missum non illum. Visio Seraphini ad Isaiam missi probabiliter non fuit realis, sed imaginaria. Deinde Angelus inferioris ordinis ad Isaiam missus potuit dici Seraphinus, quia missionem obibat nomine Seraphini à quo immediate mittebatur. Ex quibus patet nihil admodum certi hic haberi.

Cæterùm quidquid sit de missione ad privatos, videtur probabilius etiam supremi ordinis Angelos ad terras descendisse, v g. ad assistendum Christo nascenti, morienti, resurgenti & ad cœlos ascendenti, sicut ei assistent judicanti ex illo Matt.29.v.31. *cum venerit filius hominis in majestate sua, & omnes Angeli ejus cum eo.*

Angelos deputari custodia hominis, est de fide singulis hominibus proprium deputari est fidei proximum.

417. Angelos aliquo modo deputari ad hominum custodiam, est de fide ex Psalm. 90. v 11. *Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis*, Gen.48. ubi Iacob dicit: *Angelus, qui eruit me de multis malis*. Matth.18. *Angeli eorum semper vident faciem Patris mei*.

Quamvis juxta DD. communius non sit de fide singulis hominibus proprium Custodem assignari, est tamen ita certum, ut oppositum meritò censeatur temerarium & erroneum. 1. quia id clarè indicant & supponunt Scripturæ Matth. 18. v. 10. *Angeli eorum semper vident faciem Patris mei*. Actuum 12. v.15. *Angelus ejus est*. 2. quia id expresse docent & Scripturas citatas ita intelligunt PP. Hier. in 66. Isaiæ: *quòd unusquisque nostrum habeat Angelum multa scriptura docent*, Et super locum Mat. supr. cit. ait: *Magna dignitas animarum ut unaquaque ab ortu nativitatis in sui custodiam habeat Angelum delegatum*. His similia habent Iustin. Chrysost. Basil. Theodoret. quibus concordat communissimus omnium fidelium sensus contra Calvin. qui sententiam quæ suum cuilibet homini custodem assignat vocat falsam vulgi opinionem.

Quidam duas custodes

418. Custodia illa Angelica incipit juxta Anselm. in Elucid. & Alber. Bonav. & alios quos sequitur Suar.

Suar. à nativitate in utero seu conceptione ? Iuxta S. Tho. & alios communius, quibus favet Hier. sup. solùm à nativitate ex utero, quia fœtus in utero est quasi quid unum cum matre, cujus proinde Angeli custodiæ est commissus, definit autem dum anima ingreditur statum termini finalis, hoc est felicitatem aut infelicitatem æternam.

Magister & Hugo Victorinus sentiunt unum Angelum plurium hominum curam gerere. Tostatus probabiliter docet personas publicas v. g. reges, pontifices &c. habere duos Angelos costodes. Iustinus Martyr. q. 430. affirmat eundem Angelum non deputari custodiæ alterius hominis, post mortem sui clientis.

personis publicis assignant, unum regnis &c.

Granadus aliique ex variis Script. probabiliter colligunt aliquos Angelos esse deputatos ad custodiam regnorum, provinciarum, civitatum, communitatum &c.

419. Variæ sunt operationes custodiæ Angelicæ. Prima est excitare intellectum & voluntatem ad prosecutionem & fugam mali, quòd non faciunt per impressionem specierum aut actuum vitalium in potentias cognitivas & appetitivas, quòd solius Dei proprium est: sed partim signis externis sensibilibus v. g. vocibus formatis in aere quorum exempla habentur in Script. & historijs sacris. Partim, & communius immutando phantasiam, aut commovendo passiones per variam commotionem humorum & spirituum, quorum agitatione excitari phantasmata constat ex somniis, ac phreneticorum & ebriosorum deliriis.

Aug. custodes clientes suos ad bonum excitant, à malis defendunt medicinaliter corripiunt præcibus juvant in Purgatorio solantur in cœlum ducunt.

2. Pericula avertere; causas, sc. tam necessarias quàm libertas amoliendo, ex quarum actione sequeretur aliquod periculum corporis aut animæ.

3. Compescere Dæmones ne nimium tentent aut aliter noceant.

4. Offerre Deo suorum Clientum præces, ut constat ex Tob. 12. Apoc. 8. & PP. consensu: hæc autem non faciunt Deo illas exhibendo, cùm per se pateant; sed sua precatione efficaciores reddendo.

5. Pro

5. Pro nobis orare. Etiam cum non oramus, nec quidquam boni agimus; imo etiam cùm actualiter peccamus, ut nobis impetrent gratias ad resipiscendum.

6. Suos Clientes pœna medicinali corripere. v. g. per morbos, infortunia &c. imò etiam subinde ijs mortem inferendo, ne malitia mutet intellectum, ut referunt variæ historiæ.

7. Suorum Clientum animas in Purgatorio consolari easque plenè purgatas inde ad cœlum deducere, ut colligitur ex Lazaro. Lucæ 16.

Probabile est singulis hominibus Dæmonem tentatorem esse assignatum, non quidem à Deo, sed a Lucifero Dei operum imitatore. Ita sentiunt Magister, Alens. Albert. quos sequuntur Ban. Granad. Malder. Tan. Amic. & alii pro hac sententia citantes Nys. Orig Cass. &c eam probat Maldonat. ex antiquissima traditione non solùm Christianorum, sed etiam Iudæorum ut, ipso referente, testatur Rabbi Moses. V. Suar. de his fusè & doctè tractantem.

Finis Primæ Partis de Deo, Vno Trino, & Angelis.

Ad majorem Dei Gloriam, & B. Virginis Mariæ sine macula Conceptæ.

SYNO-

SYNOPSIS SYNOPSEOS SEU INDEX COMPENDIO

Exhibens omnes assertiones, probationes & obiectionum solutiones; quæ fusius explicantur in hac Synopsi Cursus Theologici.

PROOEMIUM

THEOLOGIÆ natura, Principia, obiectum,

Numerus paginam indicat.

que sit necessarium illud ita attingere ad illationem ex determinatione præmissarum. 6.7
Subinde est supernaturalis entitativè; cùm nempe est immediatè excitativus affectuum supernaturalium, aut formaliter continet actum fidei divinæ. 7
Sufficit quod ex parte unius tendentiæ excedat naturæ vires ut sit totaliter supernaturalis, cùm sit entitativè indivisibilis. 8
Substantialis supernaturalitas actuum nostrorum oritur à supernaturali principio earum effectivo non ab obiectivo. 8
Hinc ex præmissis naturalibus inferri potest conclusio supernaturalis, & contra. 8
Opinio Theologica potest esse supernaturalis in substantia, modò sit vera: imò juxta nonnullos etiam sit falsa, quod communius rejicitur, & meritò. 9
Assensus ex una de fide, & altera scientiæ infusæ est vere Theologicus, secus ex duabus scientiæ infusæ, defectu obscuritatis. 9
HABITUS Theologiæ completè sumptus est partim supernaturalis, partim naturalis in substantia: unde potest habitus naturalis cum supernaturali attingere actum entitativè supernaturalem, ad quem etiam concurrunt species naturales. 10
Hinc non est simpliciter Theologus, uti nec simpliciter prudens, qui habet solos habitus supernaturales Theologiæ, ac prudentiæ sine naturalibus ad illorum exercitium expeditum concurrentibus. 10.
Ab his enim partialiter oritur denominatio Theologi, aut prudentis simpliciter. 10
Habitus Theologiæ quatenus supernaturalis non differt ab habitu fidei, qui potest habitus naturales secum concurrentes elevare extra latitudinem eorum obiecti, ad supernaturalitatem actûs attingendam, & cum illis esse discursivus. 11
Theologia habitualis differt à fide essentialiter, non realiter adæquatè. 11
Philosophus recenter conversus non est Theologus defectu specierum Theologicè ordinatarum. 11
Non datur Theologiæ habitus supernaturalis in substantia, & naturalis in modo, qui non sit infusus: sed acquisitus; non dans posse, sed facilè posse. 12
Habitualis prudentia supernaturalis non differt ab habitu fidei, illius actus sunt practici assensus Theologici circa particularia, refertur ad virtutes morales ratione adiunctorum, à Theologia differt solùm connotato, seu tanquam inclusum ab includente. 12
THEOLOGIÆ obiectum principale est DEUS secundùm se; complexum est omnis veritas ad Deum pertinens, deducibilis ex revelatis. 13
Obiectum formale quo est connexio cum revelatis, seu veritas præmissarum & consequentiæ; formale sub quo deducibilitas ex revelatis. 13
Hinc Theologia formaliter differt à fide quoad obiectum materiale, & formale. 13

CA-

CAPUT PRIMUM.

DEI Existentia, Essentia, Attributa.

§. I.

Existentia DEI ut à nobis cognoscibilis, pag. 14.

Dari potest in adultis inculpabilis ignorantia Dei negativa, seu incogitantia; quia ejus notitia infertur ex creaturis, illatione rudibus valde obscura: non tamen positiva, qua inculpabiliter judicetur Deum non esse; quia statim occurrunt rationes dubitandi de ejus reali existentia, quibus tale judicium redditur temerarium & culpabile. 19.20

Existentia Dei est indemonstrabilis à priori, defectu causæ etiam virtualis, eo quòd *esse*, sit de primo conceptu Dei, cujus proinde aseitas non est radix, sed modus. 20

Est demonstrabilis a posteriori per creaturas non distributivè, sed collectivè sumptas, ut sic enim, & non aliter habent connexionem cum aliqua causa prima & improducta nobis evidentem: quia, ut sic, non possunt esse productæ ab aliqua re producta, nisi aliqua causarit seipsam, saltem mediate, quod manifeste repugnat. 20.21

Valet argumentum à sensu distributivò ad collectivum in prædicatis non importantibus quantitatem. 21

Creaturarum possibilitas, essentialis contingentia, & dependentia ab alio indeterminate, infert necessariam existentiam causæ primæ improductæ & quidem hujus determinate à qua accipiunt posse esse, & ipsum esse, potius quam non esse. 21

Demonstrationes divinæ existentiæ non sunt evidentes metaphysice, sed solùm phisice; Sicut omnes scientiæ fundatæ in experientia sensuum. 22

§. II.

Dei essentia, attributa in genere. pag.22.

Essentia Dei complete sumpta est aggregatum omnium perfectionum simpliciter simplicium. 22

Continet formaliter seu in perfectione ejusdem definitionis omnes creaturarum perfectiones, putas, id est, quarum una quæque enti ut sic, melior est ipsa quam non ipsa: mixtas vero imperfectionibus virtualiter, æquivalenter & eminenter. 23

Sumpta incomplete est constitutum ex prædicatis nostro modo concipiendi primis & substantialibus, recte explicatur hac definitione: *Deus est substantia spiritualis, intellectualis à se.* 23.24

Ista explicatio est Damasceni, Cyril. aliorumque PP. docentium Justitiam, sapientiam, &c. inesse naturæ tamquam accidentia, eamque exigit analogia ad creaturas. 24

Prædicata Dei substantialia sunt ens substantia spiritus, à se existens: hæc enim juxta nostrum modum concipiendi Deum constituunt. 24

Attributa sunt perfectiones, quæ non sunt de primo conceptu Dei. 24

Attributa negativa sumpta formaliter non sunt perfectiones, secus si sumantur fundamentaliter. 25

Actus intelligendi & volendi necessarius, est attributum; secus liber qua talis, cùm ut sic non sit perfectio simpliciter, nec intrinseca. 25

Attributa non distinguuntur physice, aut modaliter; neque formaliter ex natura rei. Primum fides docet, secundùm CC. PP. & ratio vehementer suadent. 25

Concil. Rhemense, & Flor. docent essentiam à personis sola ratione differre. 25

Dyonis. Nys. Aug. aliique PP. agnoscunt in Deo summam simplicitatem repugnantem omni duplicitati, ac diversitati à parte rei. 25

Deus non esset omnino simplex ut docet Lateran. sed compositus ex pluribus ad ejus constitutionem concurrentibus, si attributa essent distincta ex natura rei. 26

Anselm. infert in Deo negationem pluralitatis ex negatione compositionis, Bernardus ex negatione pluralitatis negationem compositionis; quia compositio est plurium simul positio ad faciendum quid unum. 26

Personæ in Deo non componunt nec efficiunt ejus simplicitati; quia inter se non faciunt quid unum. 26

Si attributa distinguerentur, natura non actuaretur se ipsa; in ea esset res & res, non esset omnino simplex, non enim æque ac singula attributa, in ea distinguerentur & multiplicarentur entia sine necessitate. 27

Sufficit diversitas connotatorum ad verificationem contradictoriorum de eodem sine contradictione. 27

Nam secunda persona verè est filius & non est filius, nempe diverso respectu, Patris sc. & Spiritus sancti. 28

Diversitas illa facit ut non sit affirmatio, & negatio ejusdem de eodem idem præstat diversitas acceptionis, distributivæ v. g. & collectivæ. Item diversitas conceptuum, & modi connotandi, ut patet in actione & passione. 28

Ratio est quòd attributa formaliter, ut substantia istis diversitatibus, non sint idem realiter adæquate. 28

Connotatio fit via causalitatis, tendentiæ & æquivalentiæ, invehit distinctionem realem inadæquatam, sufficientem ad salvanda contradictoria. 29

Alia est terminorum Deo extrinsecorum, alia intrinsecorum, hæc est efficacior priori; ad vitationem contradictoriorum. 30

Vis intellectiva & appetitiva in Deo connotant diversa objecta: intelligere enim in Deo latius patet quam amare, siquidem peccata intelligit, non amat. Unde intelligere in Deo & amare non sunt omnino idem realiter. 30

Connotatio intrinseca plerumque tollit contradictionem in notionalibus. 30. 31

Pater est tota essentia sed non totaliter: unde licet pater generet, essentia non generat, quia hæc est etiam realiter Filius & Spiritus sanctus, qui non generant: generat tamen ut est in Patre. 31

Essentia ut Paternitas sunt idem realiter inadæquate, essentia & tres personæ simul, idem realiter adæquate: unde essentia est una essentia & tres personæ; & similiter personæ sunt tres personæ & una essentia. 32

Unde voces *una & tres* affirmantur & negantur de essentia & Personis, absque contradictione; si ad ly *una & tres* subintelligatur modò *essentia*, modò *persona*. 32

Idem dicendum de his prædicatis *communicabile*, *& incommunicabile* & similibus, quæ affirmantur de essentia, & negantur de Personis vel contra. 32

Generare, spirare &c. faciunt ut subjecta sumantur notionaliter, id est sic ut involvant notionem, seu relationem Patris, aut Filii &c. & consequenter sine contradictione prædicatis contradictoriis subjiciantur. 32

Voluntas, Justitia, bonitas &c. significant perfectiones Dei ut sunt

§. III.

Dei Attributa in particulari, pag. 39.

Immen-

Immensitas est perfectio æquivalens omnibus ubicationis possibilibus, per quam Deus est effusus in infinitum extra cœlos, seu ubique & extra omnia. 39

Immutabilitas Deo essentialis fundatur in ejus actualitate infinita: hinc generatio in divinis non est mutatio, seu transitus à non esse ad esse. 40

Æternitas Dei est duratio ejus vitæ carens principio, fine, & omni successione. 40

Boëtiana æternitatis definitio non est formalis, sed causalis & per quasi subiectum. 40

Est in Deo unicum nunc semper stans, quo hodie non plus duravit quàm à mille annis. 40

Tempus & duratio Angeli principio & fine carens, si daretur, haberet successionem partium, adeoque non esset æternitas stricte, quæ est solius Dei. 40. 41

Deum esse unicum fides docet, & ratio demonstrat; si enim essent plures Dii omnipotentia & libertas unius everteret omnipotentiam & libertatem alterius. 41

Easdem perfectiones everteret essentialis conformitas voluntatum. 41

Si duo essent dii, ambo essent insufficientes aut superflui: si enim sufficeret primus, secundus esset superfluus, & contra. 42

Divinæ perfectiones relativæ possunt realiter multiplicari, quia fundantur in oppositione producentis & producti: secus absolutæ. 42

Enti divino absoluto non potest convenire distinctio ratione limitationis, cum sit infinitum, neque ratione productionis, cum sit ens à se. 43

Demonstratio unitatis Dei convincit non protervos; non tamen sensu perverso obstinatos. 43

CAPUT SECUNDUM.

Dei Visio, ejus principia, obiectum directum & indirectum.

§. I.

Possibilitas & existentia visionis Dei. pag. 44.

Visio Dei communicari potest, & de facto communicatur intellectui creato angelico & humano. Est de fide ex script. CC. & PP. 44

Deus etiam ut clare visibilis est intra obiectum naturale intellectus creati, quod est verum: alioqui enim non posset ab eo ullo modo naturaliter attingi, uti nec sonus à visu; non est tamen intra vires ejus naturales. 44

Est itaque proportio inter Deum & intellectum creatum, non quidem in ratione entis, sed in ratione potentiæ & obiecti: cum habeat vim naturalem ad ejus cognitionem abstractivam elevabilem ad intuitivum. 45

Creata Dei visio non attingit ejus infinitatem exercite, sed solum signate, adeoque finite. 45

Excedit tamen visiones perfectiores ac perfectiores in infinitum, sed solùm indivisibiliter; eas enim solùm continet per eminentiam, non per æquivalentiam formalem; qualiter visio increata, continet creatas possibiles in infinitum perfectiores. 45

Crescente obiecto crescit ejus visio cum certa proportione, quando est adæquata ejus cognoscibilitati: secus quando est infinite inadæquata ut in præsenti: unde hic calculatio in infinitum nihil conficit. 46

Juxta

§. II.

Lumen Gloriæ, supernaturalitas visionis & inæqualitas. pag. 59.

Modus

Intellectus creatus est instrumentum naturæ creatæ, cui visio non potest esse naturalis, lumen verò instrumentum Dei, cui visio sui est maximè naturalis, hinc visio est naturalis lumini, non intellectui etiam infinito. 69

Neque substantiæ supernaturali, quam veriùs est repugnare: quia, cùm per se subsistat non potest inesse alteri supra naturam; neque esse supra omnem naturam creatam & creabilem, qualis deberet esse ad supernaturalitatem, in quo non fit petitio principii, cùm non assumatur sine probatione. 69.70

Æque repugnat substantia creata naturaliter connexa cum gratia ac naturaliter videns Deum, utrique enim visio esset connaturalis. 70

Substantia intellectualis creata est perfectior accidente supernaturali. 70. 71

Implicentia substantiæ creatæ supernaturalis, est obscura; communissimo tamen PP. ac DD. consensu firma. 71

Beati inæqualiter vident Deum, est de fide ex scripturis, CC & PP 71

Christus in parabola de operariis solum, vult subinde fervorem charitatis compensare diuturnitatem operis. 71

Intellectus perfectior cum æquali lumine non causat visionem Dei formaliter perfectiorem: quia vis intellectus creati non proportionatur visioni Dei, nisi præcisè in quantum subest elevationi 72

Alioqui contra Trid. vis naturæ posset aliquid in ordine ad salutem, nempe aliquod incrementum fidei, spei &c. quod repugnat Floren. definienti perfectionem visionis esse ex meritis. 72

Potest tamen intellectus perfectior causare visionem Dei perfectiorem materialiter & entitativè, quo sensu intelligendus est S. Thom. cùm videtur adversari. 72

Intellectus quantumvis perfectus, non potest elicere visionem supra intensionem suæ elevationis. 73

Oculus perfectior cum æquali lumine est proportionatus visioni corporeæ perfectiori: secus intellectus in præsenti casu. 73

Voluntas quia libera potest elicere actus remissiores habitu supernaturali, non intensiores. 73

Dionys. aliique PP. visionem proportionant intellectui ut illustrato lumine gloriæ. 73

§. III.

Visio Dei adæquata, inadæquata, & creaturarum in Verbo. pag. 74.

VISIO Dei comprehensiva est, quæ adæquatur extensivè & intensivè ejus intelligibilitati intrinsecæ. sicut nihil ejus lateat videntem, inquit Augustin. cui consentit S. Thomas, cum aliis PP. & patet exemplo comprehensionis corporalis, v. g. qua aliquid comprehenditur manu. 74

Comprehensio non debet adæquari intelligibilitati extrinsecæ, proportionatæ perfectioni cognoscentis. 74.75

Deus non potest comprehendi ab intellectu creato etiam de potentia absoluta. Est definitum à Concil. Lateran. traditum à PP. August. Beda, &c. 75

Cognitio creaturæ, non potest adæquari divinæ cognoscibilitati, nisi adæquetur divini cognitioni, quod repugnat. 75

Deus

Visio

Ver.

Verbum, cum earum existentia, nullam habet connexionem necessariam, uti nec decreta libera extrinsece completa, secundum id, quod dicunt Deò intrinsecum: nihil enim Deo intrinsecum potest esse necessariò connexum cum contingente, adeoque nec movere intellectum, etiam divinum, ad ejus cognitionem, ut medium in quo 89

Facta ex Aug. videntur in Verbo secundùm esse essentiæ, vel causaliter. 90

Causa operans cum sui mutatione, effectum manifestat, ut medium in quo, secus operans sine sui mutatione, ut Deus 90

Creaturæ ut existentes videntur in Verbo causaliter. Hoc solùm volunt Aug. aliique PP. Dei essentiam appellantes speculum voluntarium; hoc est Beatis repræsentans, quæ vult. 90

BEATI vident in Verbo causaliter 1. mysteria fidei, 2. res naturales in cœlum elementa &c. 3. omnia ad ipsos specialiter pertinentia, ut preces ad eos fusas; horum enim notitia, est ipsis connaturaliter debita. 90.91

Habetur autem hæc notitia partim per visionem, partim per scientiam infusam. Se extendit etiam ad aliqua futura contingentia, quorum respectu est intuitiva latè, non tamen ad Diem judicii, quia, teste Christo Matth. 24. *de Die illa nemo scit*. 91

CAPUT TERTIUM,
Scientia Dei,
§. I.
Divisio Scientiæ Dei, ejusque terminatio ad creaturas ut illius obiectum & effectum. pag 92.

SCIENTIA Dei alia visionis, alia simplicis intelligentiæ; hæc est rerum ut possibilium, ita ut existentium. 92

Scientia probationis superaddit Dei complacentiam in faciendis, aut factis. 92

Necessaria est de obiecto necessario, libera de libero. Practica est operabilium, speculativa pure scibilium. 92

Deus seipsum comprehendit comprehensione infinita, reflexionibus infinitis virtualibus completa. 92

Cognoscit creaturas ut existentes cognitione propria, ad illas immediate & formaliter terminata, ut sic enim habent intelligibilitatem propriam, uti & esse proprium, secundùm quod terminant Dei actionem & complacentiam. 93

Hier. cùm videtur dissentire, solùm vult Deum non providere rebus minimis eodem affectu, quo hominibus. 93

Deus etiam cognoscit creaturas ut possibiles immediate secundùm esse proprium, quod haberent si producerentur, has cognoscendo ut possibiles, & cognoscendo ut existentes, idem omninò cognoscit, sed non eodem modo: similiter nos cognoscimus res secundùm esse proprium, cùm habemus proprias earum species, sive interim existant, sive non, ut præterita à nobis visa. 93. 94

Deus ex Aug. non respicit extra se exemplar faciendorum. Ejus cognitio à nullo obiecto proprie specificatur aut determinatur; cùm se ipsa sit summe determinata ad repræsentationem omnis intelligibilis, eo modo, quo est intelligibile. 94

Divina essentia non potest se ipsa supplere intelligibilitatem termina-

sentit Romeus generalis Prædicatorum. 102

Augustinus, dum videtur contrarius, loquitur vel de scientia Dei sumpta entitative, vel de simplici intelligentia tum secundum se, tum ut habet rationem scientiæ approbationis. 102

Eodem sensu explicandi sunt alii PP. qui nomen visionis tribuunt simplici intelligentiæ ob summam ejus certitudinem & claritatem. 103

Scientia rerum causa est libera in causando non in essendo, terminatur ad rem ut existentem, quatenus est causa, non ut est cognitio, non enim causat repræsentando rem ut factam; sed ut factibilem, licet rem pro instanti, quo fit, utroque modo repræsentet. 103

Hinc intuitio non est causa conservationis rerum, sed, repræsentatio quasi abstractiva modi illas conservandi, ut patet in arte Artificem dirigente. 104

Scientia Dei operativa iuxtà S. Th. determinatur per voluntatem ad attingendam rerum existentiam. 104

§. II.
Scientia Dei circa contingentia absolutè futura, pag. 104.

CONTINGENS strictè est quod procedit à libero arbitrio, latè quod à causâ impedibili. 104

Futurum improprie idem est quod nunc determinatum ad existentiam aliquando habendam, proprie idem est quod erit. Unde futurio proprie est existentia in sequutura temporis differentia, connotando negationem existentiæ in præsenti. 105

Deus ex script. & PP futura contingentia cognoscit infallibiliter, non in essentia, & idea; ista enim nullam habent connexionem cum eorum Futuritione. 105

Ob eandem rationem, neque in decretis sive intrinsece, sive extrinsece completis, non prædeterminantibus, aut prædefinitivis, spectatis secundùm id, quod dicunt Deo intrinsecum; secus in prædeterminantibus & prædefinitivis ob contrariam rationem. 105

Illa infallibiliter cognoscit in decreto concurrendi in actu 1. supposita prævisione conditionata determinationis creaturæ ex hypothesi istius concursus. 105

Deus non videt futura contingentia in suis causis, etiam supercomprehensis, utpote ad illa indifferentibus. 106

S. Thom. solùm vult in causis cognosci effectus, possibiles, & contingentes latè, cum dicat, effectus nempe contingentes stricte, nullam habere determinationem, nec cognoscibilitatem certam in causis contingentibus ad opposita indifferentibus. 107

Ex quibus patet S. D. non agnovisse prædeterminationem physicam; qua supposita, possent contingentia certò cognosci in suis causis, quod constanter negat. 107

Hoc argumentum proposuit Bagotius Parisiis coram Reverendissimo P. Turco, illud approbante, confirmante, eoque reiiciente præmotionem physicam ut à mente S. Thom. alienam. 108

Ita testantur Gualtrucius, & ipsemet Bagotius, cujus testimonium confirmat relationem similium à Turco Valentiæ Cidi dictorum contra prædeterminationem Thomisticam. 108

Quæ testimonia infirmare nititur Franc. Jans. sed frustra, quia :illustrium

lustrium DD. testimoniis solùm opponit domestica nullius externi testimonio roborata. 109

Quod signum est externos Yerba Turci aliter intellexisse, quam domestici, qui pro suo in prædeterminationem affectu, sæpè eam vident ubi non est, & non advertunt ejus negationem ubi est. 110

P. Henao qui primus Turci dictum typis vulgavit, absque sufficienti fundamento à P. Henrico dicitur fuisse deceptus. 111

Professores Dominicani morali necessitate adiguntur ad prædeterminationem physicam per severa suorum superiorum præcepta. 111

P. Jansen. nos purgat à mendacii calumnia sæpiùs nobis impacta, dum testimonia de Turci dicto adducta fatetur fuisse verè data. 111

Futura contingentia non videntur in reali coexistentia in æternitate; cùm enim non existant ab æterno, Deo non possunt coexistere ab æterno. 112

Coexistunt quidem æternitati toti realiter, sed non toti virtualiter, adeoque ei non coexistunt omni tempore; sicut res hic præsens toti immensitati non est ei ubique præsens. 112

Deus, ex Aug. Greg. aliisque PP. quantum est de se, est præsens omnibus præteritis & futuris; non tamen hæc illi coexistunt ab æterno cum non sint ab æterno. 113

Dei æternitas, quæ est tota simul, facit ut Deus sit ex parte sua ab æterno omnibus præsens in singulorum propria temporis differentia: non tamen ut omnia sint quovis tempore ipsi realiter præsentia, ad hoc enim deberent omnia durare quovis tempore. 113

S. Thom. cum variis PP. solùm docet omnia ab æterno esse Deo præsentia objectivè & ex eorum reali præsentia in æternitate infert ea subiici divinæ intuitioni. 114

Deus cognoscit res ut futuras & præteritas respectu temporis, non respectu suæ æternitatis spectatæ, secundùm se, & absque ulla suæ cognitionis variatione. 114

Præsentia futurorum in æternitate facit, ut faciliùs intelligatur, quod divina eorum cognitio sit intuitiva ab æterno, quatenus facit, ut illa repræsentet non solùm ut existentia, sed etiam ut sibi præsentia. 114

Intellectio divina est instar oculi aperti respectu omnium cognoscibilium, quorum est præscientia, scientia, & memoria per idem ex parte sua, sed per ordinem ad diversa tempora. 115

Determinatur ad futurorum repræsentationem per eorum existentiam in sua temporis differentia tanquam per conditionem ex parte objecti requisitam, non tamquam per motivum, cum nullo indigeat, quippe, quæ scipsa est summè determinata. 115

Intellectus noster cognoscit intitivè præterita quorum habet species proprias: similiter cognosceret futura si haberet species eorum existentiæ in secutura temporis differentia repræsentativas. 116

Præscientia Dei non nocet libertati creaturæ, cùm ex mente PP. sit natura posterior ejus determinatione, nec tam sit præscientia futurorum, quam scientia præsentium. 116

Juxta Boetium non magis officit libertati creaturarum quàm, nostra visio libertati nostrarum actionum: solùm enim inducit necessitatem consequentem voluntatis creatæ determinationem; adeoque dependentem a creatura, quæ potest tollere Dei præscientiam indirectè, &

negative faciendo ut nunquam fuerit: licet non directe & positive, faciendo ut cùm fuerit, desinat fuisse. 116. 117

Unde hoc antecedens, *Deus prævidit*, est præteritum dependens à futuro, ut à conditione, sicut actus fidei de futuris cùm sit essentialiter verus, dependet à futura eorum existentia. 117

Hinc non est absolute necessarium, sed indirecte in libertate creaturæ, quæ nunc potest facere, ut ab æterno non fuerit præscientia de suo actu libero, sicut jam potest facere ut nullus eam videat agentem id, quod agit; si nempe illud non agat. 117

Hinc erravit Cicero, dum Deo negavit futurorum præscientiam ut homini servaret libertatem. 118

Contingentia prius ratione cognoscuntur ut possibilia, quàm ut futura; non tamen priùs ut futura, quàm ut existentia in sequutura temporis differentia: quia in illis est prioritas rationis, non in his, sed identitas & simultas. 118

Determinatur ad futuritionem, non per Dei decretum, sed formaliter per suam existentiam in sequutura temporis differentia, efficienter verò per suam causam, tunc, pro suo libitu, sic operantem. 118

Determinatio ad esse præsenti, determinat ad fore pro tempore priori, sicut ad fuisse pro posteriori: est enim impossibile rem nunc esse in præsenti, quin fuerat futura pro toto tempore anteriori, & præterita pro toto posteriori. 119

Deus cognoscit determinate veritatem, aut falsitatem propositionum de futuro contingenti. 119

Non tamen antecedenter ad omne Dei decretum: cùm pro eo signo earum objectum sit indifferens ad fore, vel non fore. 119. 120

Propositio enuntians determinationem, de indifferenti signate, est falsa; at verò enuncians, de indifferenti exercitè, neque est falsa neque vera. 120

Divina cognitio non repræsentat Dei decreta ut futura, cùm in priori signo, quo Deus solùm intelligitur liberè potens decernere, neque sint, neque non sint futura. 121

§. III
Scientia contingentium conditionatè futurorum & ideæ divinæ. pag. 121.

FUTURA conditionata ex se habentia necessariam connexionem cum hypothesi cognoscuntur per scientiam simplicis intelligentiæ in ipsâ hypothesi, quæ verò solùm per accidens, ex solâ Dei voluntate, cum illa connectuntur, per scientiam visionis in actuali Dei decreto. 121

Unde hic solùm agitur de conditionatis sub conditione absolutè indifferenti, in sensu enuntiativo, non in illativo. 122

Deus certam habet scientiam contingentium conditionatè futurorum, non (ut olim voluerunt quidam Thomistæ) probabilem tantùm, probabilitate sc. tenente se ex parte solius objecti; non ex parte actûs divini, cui repugnat probabilitatis & incertitudinis imperfectio. 122

Deus enim 2. reg. 23. de Ceilitis & Mat. 11. de Tyriis & Corozaitis ejusmodi conditionata revelavit ut infallibiliter futura 123

Quod constat ex Aug. Ench. 9. Semipelagianos convincente Deum non moveri meritis conditionatè prævisis; quia, alioqui Tyrii quorum cu-

conversionem ex Mat. 11. conditionate prævidit, fuissent salvandi, & de Corep. & gra. c. 8. asserente hanc conditionatorum scientiam non posse, nisi perversissimè & insanissime Deo negari. 123

Cùm enim Deus essentialiter cognoscat omne cognoscibile, & istiusmodi conditionata habeant cognoscibilitatem objectivam, non potest juxta Aug. Deo negari eorum cognitio sine insania divinitati injuriosa. 121

Absolute futura priùs ratione noscuntur ut conditionate futura; hæc enim cognoscibilitas non tollitur per futuritionem absolutam, nec ullam infert cognitionis divinæ imperfectionem. 125

Augustinus non reprehendit in Semipelagianis scientiam conditionatam, sed ejus abusum, in discretione parvulorum & nationum quibus volebant conferri gratiam Baptismi & Evangelii propter merita conditionatè prævisa: pro quibus solis usi sunt scientia conditionata, non pro concordia gratiæ cum libero arbitrio. 125. 126

Aug. de Prædest. SS. c. 14. reiicit scientiam conditionatam ex mente Semipelagianorum æquivalenter absolutam in ordine ad decernendum pœnas & præmia. Hoc patet ex ejus scopo, ex verbis allatis, & aliis in fine cap. Ubi non indicat incertitudinem prescientiæ Dei, sed periculorum & tentationum. 126. 127

Eodem sensu Prosp. Damascen. Fulg. damnant præscientiam Semipelagianam, quorum locutiones ac censuræ graves, quibus videntur damnare scientiam conditionatorum omnibus explicandæ sunt, cùm jam omnes illam admittant. 127

Hæc scientia non fundatur in Dei decreto, nec ullum præsupponit nisi conditionatum ex parte actus, quo causa supponitur in actu primo completa, ita cum omnibus Jesuitis alii plusquam ducenti apud Henao in scientia media historice propugnata. 128

Hoc supponunt Scrip. sup. n. 119. ac nominatim increpatio Corozaitarum, Mat. 11. quæ fuisset vana, si scientia conversionis Tyriorum fuisset fundata in decreto illius prædeterminativo, quale certò non habebatur de conversione Corozaitarum. 128

Idem supponunt Aug. aliique PP. 1. quia nullam faciunt mentionem decreti conditionati absoluti ex parte actus, quod tamen eos multùm juvisset ad refellendos Semipelagianos, ostendendo eorum merita conditionata præsupponere gratiam decreti gratuiti. 129

2. Quia illud positive excludunt, cùm admittant scientiam conditionatorum, priorem decretis, qua nempe Deus potuit dirigi in decernenda creatione Diaboli, & Adami, quos prævidebat lapsuros, & in decernenda vocatione congrua &c. 129

Alioqui enim variæ eorum quæstiones v. g. quibus quærunt, cur Deus voluerit creare Adamum, quem præviderat lapsurum, & similes facerent hunc sensum ridiculum, cur Deus voluit, quod voluit, seu cùm voluerit lapsurum. 129

DECRETA prædeterminantia existentiam conditionalium everteret eorum libertatem à necessitate antecedente, & multiplicarentur in infinitum absque ulla necessitate, & utilitate. 130

Cùm res, his seclusis, sint, vel non sint conditionate cognoscibiles, & transeant à mera possibilitate ad esse conditionatum per conditionatam Dei & creaturæ actionem, hanc transitum causare potest

homo, qui non est, nec unquam erit, & consequenter facere ut Deus noverit, quod alioqui non nosset, idque independenter ab omni Dei decreto, quod de facto sit. 131

Quia iste transitus non est nunc aliquid quoad rem, sed solùm quoad denominationem; ac proinde non requirit causam quæ sit aliquid nunc, sed solùm, quæ esset si. 131

Sufficit tamen istud esse conditionatum ad divinam intellectionem extrinsece determinandum ad ejus repræsentationem. 131

Futurum sub conditione habet esse plusquam mere possibile à causa non quidem habente esse plusquam mere possibile, sed supposita existere. 131

Divina libertas est prima radix contingentiæ etiam conditionatæ per decretum conditionatum ex parte actus, ut cujus conditionata creaturis libera; sunt mediate in Dei potestate. 132

Aug. prærequirit futuris decretum eorum futuritioni proportionatum, id est absolutum absolutis, conditionatum conditionatis. Determinans necessariis, indifferens liberis. 133

SCIENTIA conditionalium fundatur in conditionata eorum existentia, ejus infallibilitas in infinita perfectione intelligendi ipsi essentiali. 133. 134

Frustra igitur hic quæritur determinativum infallibilitatis extrinsecum, cùm ex suis intrinsecis eam habeat intellectio divina essentialiter vera. 134

Potest haberi contradictorium scientiæ & veritatis conditionatæ, quæ nunc est absolute, per solam mutationem conditionatam, quia licet scientia & veritas propositionis de objecto conditionato, jam sit tota, quoad denominationem, non est tamen tota quoad rem, cum ex parte includat esse conditionatum, quo proinde mutato mutatur tota denominatio, v. g. Veritas in falsitatem. 134. 135

Scientia conditionatorum non suspenditur à conditione, sed est absoluta ex parte actus; secus decretum, quod cum sit conditionatum ex parte actûs, suspenditur per conditionem, sub qua respicit suum objectum. 135

Scientia visionis alterius mundi; quæ esset, si daretur alter mundus dici potest conditionata ex parte actûs. 135

Deus cognoscit suâ decreta conditionata; cum futuris conditionatis illa supponentibus. Et quidem priùs ratione ut conditionata, quàm ut absoluta. 135

Scientia conditionata non officit libertati creaturæ, cum enim sit posterior ejus determinatione in statu conditionato, est in ejus potestate, ut fuerit, vel non fuerit. 135

Scientia conditionata est immediate Deo libera, quatenus terminatur ad Dei decreta, non se extendit ad contingentia sub conditione indeterminata, neque ad futura sub conditione disparata, quæ quidem Deo sunt nota; non tamen ut conditionata, sed ut contingenter coexistentia: attingit futura sub conditione impossibili. 136. 137

RECTE dicitur media: quia mediat inter scientiam simplicis intelligentiæ merè possibilium, quæ est necessaria, & scientiam visionis existentium, quæ est libera; Non magis potest argui novitatis, quàm prædeterminatio physica, ei coeva. Plura huc spectantia V. apud Suar. Ruiz. Henao. 137. 138

Scien-

Scientia Dei est invariabilis, potuit tamen, ut est visio, plura cognoscere intuitive quam de facto cognoscat 138

DATUR in Deo Idea juxta quam operatur ad extra; omnia enim facit ex prævia cognitione, & intentione suum opus assimilandi alicui ex suis perfectionibus. 139

Idea divina formalis est cognitio modi, quo res facienda est, objectiva, juxta Dionys. Aug. & alios PP. est ipsa Dei essentia, quatenus à creaturis est varie participabilis: ut sic enim est Deo ratio cognoscendi omnes creaturas ut à se factibiles. 139

Quamvis sit realiter indivisibilis est tamen virtualiter multiplex, modo explicato de distinctione attributorum sup. n. 31. Hinc à Patribus exprimi solet in plurali. 140

CAPUT QUARTUM.

Voluntas Dei.

§. I.

Volitiones Dei liberæ. pag. 140.

DATUR in Deo voluntas, quæ non habet rationem potentiæ, cujus imperfectio repugnat Deo, sed actus purissimi summe actuati. Qualiter in Deo est intellectus, cum hoc tamen discrimine, quod intellectus sit essentialiter cognitio omnes cognoscibilis, voluntas verò, quia est libera, non sit volitio omnis volibilis. 140

In actu purissimo intelligendi & volendi sua est vita, & juxta varios tota essentia Dei. 141

DEUS amat se necessariò, etiam quoad exercitium, quia Deum, infinitè amare suam infinitam bonitatem est perfectio simpliciter. 141

Iste Dei amor non solùm habet rationem gaudii sed etiam benevolentiæ propriæ amori ut distincto à simplici gaudio. 141

Alia a se non amat necessariò secundùm esse existentiæ, in iis tamen ut possibilibus necessariam habet complacentiam. 141

DATUR in Deo volitio libera, est de fide ex scripturis & PP. & demonstratur ratione. 1. quia Deus operatur ad extra modo perfectissimo. 2. quia est sibi sufficientissimus. 3. quia libertas est perfectio simpliciter. 141 142

Omnis volitio Dei est æterna; & consequenter necessaria saltem ex suppositione. 142

Bonitas Dei necessariò ipsum movet ad amorem sui, & bonorum cum ejus essentia, aut aliquâ ejus perfectione necessariam connexionem habentium, quam non habent creaturæ secundùm esse existentiæ. 142

Deus alia à se vult volitione eadem quoad intrinseca, qua amat se non eadem quoad intrinseca, quæ proinde non est necessaria quoad extrinseca quorum respectu est contingens latè id est indifferens ex parte antecedentium; non strictè id est importans modum operandi fortuitum. 142

Deus est determinatus ad optimum quoad modum operandi ex perfectissima cognitione & intentione, non quoad substantiam operis, ne quidem moraliter; etiam enim hæc determinatio repugnat libertati divinæ infinitè perfectæ. 143

Potestas ad bonum & malum importat imperfectionem peccabilitatis Deo repugnantem, nullam potestas ad bonum, & minus bonum, quæ proinde Deo convenit. 143

Major convenentia non est ratio, sed mera congruentia actorum

Dei, adeoque non plenè satisfacit quæstioni cur Deus ita egerit. 143

Libertas creaturæ est extensive major libertate Dei secundùm quid, nempe quatenus se extendit ad peccata; non tamen absolute. 143. 144

VOLITIO Dei libera non est præcise actus intrinsecus divinæ voluntatis, necessarius in essendo, & liber in terminando. 144

Alioqui enim volitio creandi hunc mundum esset adæquatè necessaria in essendo, quia esset adæquatè identificata Deo, & simul libera in essendo; quia, qua talis, potuit non esse. 144

Deinde adequatè identificaretur nolitioni sibi oppositæ, & consequenter posset existere sine suo effectu formali, quæ & similia his annexa manifestè repugnant. 144

Si terminatio divinæ volitionis ad esse hujus mundi superaddat aliquid actui divino, stat conclusio nostra, si nihil, urget implicantia allata. 145

Defectus conditionis potest impedire positionem formæ in subjecto; non tamen ejus effectum formalem quando debitè inexistit subjecto Capaci. 145

VOLITIO libera non superaddit Deo aliquid ab eo realiter distinctum; hoc enim repugnat ejus simplicitati, & immutabilitati. 145 146

Neque solam indifferentiam judicii, aut formalem respectum rationis; primum enim non sufficit, secundum superfluit; cum ante istum fictitium rationis respectum habeatur Deus liberè volens. 146

Neque perfectionem extensivam Deo intrinsecam, quæ potuerit non esse: quia repugnat aliquid Deo identificatum potuisse non esse. 146

Alioquin enim Deus esset mutabilis, & secundùm aliquid sibi identificatum, posset esse, & non esse. 146

Quando pluraliter se realiter distincta identificantur uni tertio realiter indivisibili, (ut est divina essentia, cui identificantur; personalitates) non possunt ab invicem separari quoad existentiam; secus quando uni tertio realiter divisibili, ut est homo, cui corpus & anima identificantur realiter inadæquatè. 146. 147

DEI volitio constituitur formaliter libera per terminum extrinsecum, ut illius existentem in aliqua temporis differentia. 147

Quia ut libera potest non esse, non secundùm aliquid Deo intrinsecum, ergo secundùm aliquid Deo extrinsecum, quo est formaliter libera. 147

NON est in Deo libertas per modum potentiæ, ad diversos actus producendos, sed per modum actus indifferentis ad diversa objecta ad quæ determinat se efficienter per suam efficaciam intrinsecam; formaliter verò per eorum productionem, quæ est terminus immediatè complens positivam volitionem liberam. 147. 148

VOLITIO Dei libera, ut sic non est aliquid simplex sed aliquid complexè significabile dicens in recto actum divinæ voluntatis necessarium in essendo, & liberum in terminando, seu efficiendo, in obliquo autem ipsum terminum. 148

Non potest haberi per formam intrinsecam, quæ nec sit physica, nec modalis, sed moralis, quia talis forma est fictitia. 148

Eget complemento extrinseco, quia potest non esse secundùm aliquid sui. 148

Non est adæquatè vitalis, quoad rem, sed solùm secundùm id, quòd

[illegible]

ANTECEDENS est illa quam Deus habet ex seipso, independenter ab alio eam motive vel occasionaliter causante. Consequens est illa, quam habet occasione libertatis creaturæ. 159

Efficax est illa, qua vult omninò aliquid fieri, inefficax est illa, qua vult, seu desiderat aliquid fieri, quantum est de se. 159

Absoluta est, qua absolutè aliquid vult fieri. Conditionata, qua solùm conditionate aliquid vult 159

DATUR in Deo voluntas antecedens & inefficax vult enim Deus, 1. Tim. 2. omnes salvos fieri, non efficaciter & absolute, cum multi non salventur, &c. Hoc videtur nunc fere certum ex decreto Innoc. X. de morte Christi pro omnium salute seriò oblata. 160

Est communis PP. & præcipue Augustini, cujus verba non continent objectionem Pelagianorum, ut vult Jansenius, sed ipsissimam Augustini & Ecclesiæ doctrinam, ut constat ex Anselmo & Prosp. idem ex Augustini mente docentibus. 160. 161

Unde cum Aug. ly *omnes* explicat universaliter accommodè, vel universaliter pro generibus singulorum, solùm vult ostendere quomodo verba Apostoli 1. Tim. 2. possint verificari de voluntate efficaci omnes salvandi. 161

Ac proinde nostrum sensum non rejicit, sed varias adfert explicationes adversus Pelag. & Semipelag. istis Apostoli verbis abutentes contra gratiam & prædestinationem. 162

DEUS non potest aliquid velle quantum est de se, id est absolute & efficaciter, quin illud obtineat. 162

Potest hoc sensu, id est seriò, dando media sufficientia, sicut per eum non stet, quominus obtineatur effectus dependens à libertate creata. 162

Hujusmodi voluntas non est imperfecta, id est includens aliquid Deo repugnans, sed hoc sensu, quod non sit absoluta, nec efficax omnis medii Deo possibilis. 162

Hoc sensu voluntatem antecedentem in Deo admittit S. Thomas, quam vocat velleitatem, seu voluntatem secundùm quid. 162. 163

Deus aliter vult salutem viatorum etiam reproborum, quàm damnatorum, illis enim providet media & non his. 163

VOLUNTAS Dei antecedens est semper efficax alicujus quo completur in esse volitionis liberæ, v. g. auxilii proximè aut remotè sufficientis, quo constituitur volitio libera salutis omnium. 163. 164

Hinc nulla volitio libera est purè inefficax, quamvis sit conditionata ex parte objecti principalis; eo ipso enim quo est absoluta ex parte actus debet inferre absolutam existentiam termini, quo compleatur, & constituatur formaliter libera. 164

Ratio est quod absolutum divinæ libertatis exercitium debeat compleri per aliquid vi illius absolutè existens. 164

Quod non requiritur ad scientiam conditionatam, quia non est libera formaliter sicut volitio efficax, sed solùm denominativè, sicut Dei complacentia de futuris conditionatis, ad quam ideo nulla requiritur mutatio absoluta. 164. 165

Dei volitio beneplaciti semper est efficax respectu alicujus termini, & alicujus finis, saltem ultimate intenti qui est gloria Dei resultans ex præmiatione bonorum, & punitione malorum. 165

DATUR decretum concurrendi in actu 1. quo Deus causas, 2. com-

2. complet in actu 1. eis exhibendo suam potentiam paratam, & liberis quidem ad utrumlibet, sic ut non noceas libertati. 165. 166

Non est formaliter conditionatum sic ut faciat hunc sensum, concurram cum causa 2. si agat: alioqui enim (cùm actio creaturæ & Dei concursus sint idem realiter) esset nugatorium, & faceret hunc sensum, concurram si concurram sed est absolutum cum determinatione ad individuum sub disjunctione, adeoque, in ordine ad libertatem non lædendam æquivalenter conditionatam. 166

Completur in esse liberi per specialem voluntatis creatæ, productionem. 166

† Officeret libertati, si esset determinatum ad unum etiam conditionate prævisum, quia poneretur aliquid determinans in statu absoluto, non suppositum in statu conditionato. 166

Non datur decretum concurrendi in actu 2. 1. quia esset superfluum. 2. quia est impossibile: ad illud enim Deus non potest determinari, nisi ex prævisione actionis creaturæ, quod repugnat. 167

Hinc Deus non potest velle determinatè, quidquid potest facere ex determinatione aliena. 167

Secluso decreto concurrendi in actu 2. Deus non concurrit cœno modo, quia ei prælucet scientia media. 167

Ejusmodi tamen decretum non noceret libertati, quia esset purè concomitans; noceret Bannezii decretum physicè prædeterminans, cui (ut demonstrat Josephus de vita Dominicanus) repugnat ratio, & Doctor Angelicus, qui docet Deum contingentibus contingentes causas adaptasse, quod repugnat fieri per physicam prædeterminationem uni necessariò adstrictam. 167. 168

Prædefinitio est volitio efficax actûs boni à creatura ponendi antecedens absolutam ejus prævisionem. 168. 169

Si inferat physicam prædeterminationem, aut immediatè ipsum actum, evertit ejus libertatem. 169

Si verò immediatè solùm inferat medium de se indifferens, quo per scientiam mediam prævisus est actus infallibiliter obtinendus, non nocet libertati. 169

I. quia non est absolutè antecedens, sed posterior actu in statu conditionato, & consequenter est aliquo modo in potestate voluntatis creatæ. 2. quia non influit in actum per se, sed per medium ex se indifferens. 166

Et ideo non immutat modum operandi voluntatis ex sua determinatione propria, cum media influentia in determinationem voluntatis, non aliter influant quam si abesset prædefinitio. 169. 170

Quæ quidem non potest frustrari, & ideò actus prædefinitus est necessarius, sed solùm ex suppositione consequente, libertati nihil officiente; quia licet sit necessariò connexa cum actu, & antecedens secundùm quid nempè in statu absoluto; est tamen simpliciter consequens. 170

Unde quamvis non sit in potestate hominis ut sit, est tamen in ejus potestate ut non sit saltem per tale medium, quod sufficit ut libertati (cujus exercitum in statu conditionato supponit) nocere non possit. 170. 171

Cui non noceret etiam concepta ante usum scientiæ mediæ; Quia non

§. III.

Providentia , prædestinatio , & reprobatio.

pag 175.

doquidem constituat actum 1. proximum liberum essentialiter indifferentem ad utrumlibet. 177

Neque dici potest causa 2. ut completa habere infallibilitatem ab ipsa providentia. 1. quia hæc non movet seipsa immediatè voluntatem ex se indifferentem. 2. quia alioqui ipsa providentia esset sibi medium infallibile, & per fallibile moveret infallibiliter, quod repugnat. 178

Deus debet scire utrum medium de se indifferens habiturum sit effectum, priùs quàm efficaciter decernat hunc per illud consequi: alioqui enim procederet cœco modo, & exponeret se frustrationi, quod tamen de medio ex se fallibili præscire nequit seclusa scientia media. 179

Hanc proinde meritò valde commendant Malder. Daniel à S. Joseph & alii volentes esse perutilem, imò necessariam ad providentiæ & gratiæ mysteria, modo claro & intelligibili explicanda. 180. 181

Prædestinatio est præscientia & volitio gratiæ ac gloriæ per media convenientia quibusdam conferendæ. 181. 182

Principaliùs dicit actum voluntatis determinantis dationem gratiæ ad gloriam producentis, prærequirit scientiam præcipuè conditionatam. 182

Sumpta completè est volitio gratiæ & gloriæ; incompletè verò solius gratiæ, vel, ut communiùs, solius gloriæ. 182

DEUS omnibus quovis tempore & loco providet auxilia sufficientia ad vitanda peccata: de justis est de fide ex Trid. & Innocent. X. de aliis indubitatum, quia ad demerendum requiritur libertas à necessitate. 182

Hoc docet Aug. etiam in natura lapsa dum ait: si resisti non potest sine peccato ceditur: quæ verba Calvin. & Jansenius perperam restringunt ad statum naturæ integræ. 183

Deus adultis omnibus, etiam infidelibus, providet auxilia saltem remote sufficientia ad conversionem, quamdiu sunt in statu moraliter operandi: quia ex Scrip. & PP. vult omnes salvare, & omnes ad se invitat: alioqui enim impœnitentes essent excusabiles. 183

Est apertè S. Thomæ docentis quod, si quid in silvis sequeretur ductum luminis naturalis, Deus, vel per internam inspirationem ei revelaret ea, quæ sunt credenda, vel aliquem fidei prædicatorem ad eum dirigeret. 184

Scripturæ & PP. dum subinde videntur contrarium tradere, solùm volunt quibusdam obduratis conversionem esse impossibilem impossibilitate consequente eisque negati gratiarum abundantiam non sufficientiam. 184

Aug. docet inobedientiam qua Pharao non paruit Deo præcipienti dimissionem Israelitis, ei non fuisse imputatam ad culpam ex hypothesi infidelitatis ipsi voluntariæ & culpabilis. 184. 185

Alibi docet quibusdam deesse auxilium ad facilè perseverandum, quod habuit Adamus, quo si caruisset, perseverare non potuisset, quia aliud non habuit. 185

Alibi contendit quibusdam deesse gratiam proximè sufficientem, immò subinde omnem gratiam, ut injustis in statu ebrietatis & amentiæ. 185

Deus ex Trid. eos à quibus deseritur, non deserit absolutè, sed so-

lùm

ritum : potest tamen suo libero consensu eam reddere efficacem in actu 2. seu efficientem , quod non est illam mereri , sed ea gratis data libere uti . 191

Consensus conditionate prævisas non potest per modum meriti , aut alterius motivi primò determinare Deum ad dationem gratiæ effectum habituræ : cum enim respectu cujusvis hominis , secundùm varias circumstantias , pro quovis instanti prævideantur infiniti consensus boni & dissensus mali conditionatè futuri , Deus pro quovis instanti moveretur ad gratiam cuilibet homini dandam in præmium actûs boni conditionatè prævisi , & simul negandam in pœnam actûs mali similiter pro eodem instanti conditionatè prævisi . 192

PRÆDESTINATIO ad gloriam potuit , salva hominis libertate , fieri ante prævisa ejus merita , potuit enim Deus humani gratis decernere gloriam ut præmium , & deinde vi istius decreti ei decernere auxilia de se indifferentia ; efficacia tamen ad liberè merendum ipsam gloriæ collationem . 191. 192

Cujusmodi decreto , quamvis efficaci & antecedenti omne homini meritum ac determinationem , nullo modo mutaretur modus operandi ejus voluntatis , adeoque non læderetur ejus libertas 192

Sic autem Deus volitione gratuita vellet dationem gloriæ non gratuitam , sed meritis debitam , in quo nihil est contradictionis . 192

POTUIT Deus ante merita absolutè prævisa eligere hanc seriem creaturarum , & gratiarum , in qua conditionatè prævisi sunt hi propter sua merita salvandi , illi damnandi ; atque ita unico actu peragere totum prædestinationis & reprobationis negotium 193

In hoc enim prædestinationis modo ; nulla apparet repugnantia , sed solùm ratio meriti minùs proprii , seu minùs propriè exercentis vim ad motionem meriti . 193

Prædestinatio ad gloriam virtualiter facta est ante merita : Deus enim volendo homini independenter à meritis seriem gratiarum , quas prævidet futuras efficaces finalis perseverantiæ , & consequenter gloriæ , virtualiter ei vult ipsam gloriam . 193

Hæc virtualis prædestinatio ad gloriam ante merita , non differt à formali nisi quoad affectum , aut modum affectûs ex parte Dei . 194

Certum est prædestinationis executionem , seu ipsam gloriæ collationem fieri ex meritis , quorum est merces , & corona justitiæ . 194

Formalem electionem ad gloriam factam esse ante prævisa merita tenent è nostris Suar. Bell. Tol. cum Thomistis , variis Scotistis , & aliis , sed non omnes eodem modo : negant Alensis , Albert. Bonav. è nostris Vasq. Les. Becan. Lugo , Palavic. Petavius , Augustinum concedens sententiæ affirmanti , quo concesso eam meo judicio , debuisset sequi . 194. 195

Tertia sententia de aliquorum electione ante merita , & aliorum post merita , caret solido fundamento . 195

Duæ primæ sententiæ sunt æque probabiles . Videtur tamen verius & fidelium pietati conformius factam esse post merita absolute prævisa . 195

1. Quia scripturæ significant posse homines sibi procurare electionem per bona opera , eaque adferunt tamquam causam præparationis seu electionis ad gloriam . 195

2. Quia

Sic

homo, qui non est, nec unquam erit, & consequenter facere ut Deus noverit, quod alioqui non nosset, idque independenter ab omni Dei decreto, quod de facto sit. 131

Quia iste transitus non est nunc aliquid quoad rem, sed solùm quoad denominationem; ac proinde non requirit causam quæ sit aliquid nunc, sed solùm, quæ esset si. 131

Sufficit tamen istud esse conditionatum ad divinam intellectionem extrinsece determinandum ad ejus repræsentationem. 131

Futurum sub conditione habet esse plusquam mere possibile à causa non quidem habente esse plusquam mere possibile, sed supposita existere. 131

Divina libertas est prima radix contingentiæ etiam conditionatæ per decretum conditionatum ex parte actus, ut cujus conditionata creaturis libera; sunt mediate in Dei potestate. 132

Aug. prærequirit futuris decretum eorum futuritioni proportionatum, id est absolutum absolutis, conditionatum conditionatis. Determinans necessariis, indifferens liberis. 133

SCIENTIA conditionalium fundatur in conditionata eorum existentia, ejus infallibilitas in infinita perfectione intelligendi ipsi essentiali. 133. 134

Frustra igitur hic quæritur determinativum infallibilitatis extrinsecum, cùm ex suis intrinsecis eam habeat intellectio divina essentialiter vera. 134

Potest haberi contradictorium scientiæ & veritatis conditionatæ, quæ nunc est absolute, per solam mutationem conditionatam, quia licet scientia & veritas propositionis de objecto conditionato, jam sit tota, quoad denominationem, non est tamen tota quoad rem, cum ex parte includat esse conditionatum, quo proinde mutato mutatur tota denominatio, v. g. Veritas in falsitatem. 134. 135

Scientia conditionatorum non suspenditur à conditione, sed est absoluta ex parte actus; secus decretum, quod cum sit conditionatum ex parte actûs, suspenditur per conditionem, sub qua respicit suum objectum. 135

Scientia visionis alterius mundi; quæ esset, si daretur alter mundus dici potest conditionata ex parte actûs. 135

Deus cognoscit sua decreta conditionata, cum futuris conditionatis illa supponentibus. Et quidem priùs ratione ut conditionata, quàm ut absoluta. 135

Scientia conditionata non officit libertati creaturæ, cum enim sit posterior ejus determinatione in statu conditionato, est in ejus potestate, ut fuerit, vel non fuerit. 135

Scientia conditionata est immediate Deo libera, quatenus terminatur ad Dei decreta, non se extendit ad contingentia sub conditione indeterminata, neque ad futura sub conditione disparata, quæ quidem Deo sunt nota; non tamen ut conditionata, sed ut contingenter coexistentia: attingit futura sub conditione impossibili. 136. 137

RECTE dicitur media: quia mediat inter scientiam simplicis intelligentiæ merè possibilium, quæ est necessaria, & scientiam visionis existentium, quæ est libera; Non magis potest argui novitatis, quàm prædeterminatio physica, ei coeva. Plura huc spectantia V. apud Suar. Ruiz. Henao. 137. 138

Scien-

Scientia Dei est invariabilis, potuit tamen, ut est visio, plura cognoscere intuitive quam de facto cognoscat 138

DATUR in Deo Idea juxta quam operatur ad extra; omnia enim facit ex prævia cognitione, & intentione suum opus assimilandi alicui ex suis perfectionibus. 139

Idea divina formalis est cognitio modi, quo res facienda est, objectiva, juxta Dionys. Aug. & alios PP. est ipsa Dei essentia, quatenus à creaturis est varie participabilis: ut sic enim est Deo ratio cognoscendi omnes creaturas ut à se factibiles. 139

Quamvis sit realiter indivisibilis est tamen virtualiter multiplex, modo explicato de distinctione attributorum sup. n. 31. Hinc à Patribus exprimi solet in plurali. 140

CAPUT QUARTUM.

Voluntas Dei.

§. I.

Volitiones Dei liberæ. pag. 140.

DATUR in Deo voluntas, quæ non habet rationem potentiæ, cujus imperfectio repugnat Deo, sed actus purissimi summe actuati. Qualiter in Deo est intellectus, cum hoc tamen discrimine, quod intellectus sit essentialiter cognitio omnes cognoscibilis, voluntas verò, quia est libera, non sit volitio omnis volibilis. 140

In actu purissimo intelligendi & volendi sua est vita, & juxta varios tota essentia Dei. 141

DEUS amat se necessariò, etiam quoad exercitium, quia Deum, infinitè amare suam infinitam bonitatem est perfectio simpliciter. 141

Iste Dei amor non solùm habet rationem gaudii sed etiam benevolentiæ propriæ amori ut distincto à simplici gaudio. 141

Alia à se non amat necessariò secundùm esse existentiæ, in iis tamen ut possibilibus necessariam habet complacentiam. 141

DATUR in Deo volitio libera, est de fide ex scripturis & PP. & demonstratur ratione. 1. quia Deus operatur ad extra modo perfectissimo. 2. quia est sibi sufficientissimus. 3. quia libertas est perfectio simpliciter. 141 142

Omnis volitio Dei est æterna; & consequenter necessaria, saltem ex suppositione. 142

Bonitas Dei necessariò ipsum movet ad amorem sui, & bonorum cum ejus essentia, aut aliquá ejus perfectione necessariam connexionem habentium, quam non habent creaturæ secundùm esse existentiæ. 142

Deus alia à se vult volitione eadem quoad intrinseca, qua amat se non eadem quoad intrinseca, quæ proinde non est necessaria quoad extrinseca quorum respectu est contingens latè id est indifferens ex parte antecedentium; non strictè id est importans modum operandi fortuitum. 142

Deus est determinatus ad optimum quoad modum operandi ex perfectissima cognitione & intentione, non quoad substantiam operis, ne quidem moraliter; etiam enim hæc determinatio repugnat libertati divinæ infinitè perfectæ. 143

Potestas ad bonum & malum importat imperfectionem peccabilitatis Deo repugnantem, nullam potestas ad bonum, & minus bonum, quæ proinde Deo convenit. 143

Major convenentia non est ratio, sed mera congruentia actorum Dei

Dei, adeoque non plenè satisfacit quæstioni cur Deus ita egerit. 143

Libertas creaturæ est extensive major libertate Dei secundùm quid, nempe quatenus se extendit ad peccata; non tamen absolute. 143. 144

VOLITIO Dei libera non est præcisè actus intrinsecus divinæ voluntatis, necessarius in essendo, & liber in terminando. 144

Alioqui enim volitio creandi hunc mundum esset adæquatè necessaria in essendo, quia esset adæquatè identificata Deo, & simul libera in essendo; quia, qua talis, potuit non esse. 144

Deinde adequatè identificaretur nolitioni sibi oppositæ, & consequenter posset existere sine suo effectu formali, quæ & similia his annexa manifestè repugnant. 144

Si terminatio divinæ volitionis ad esse hujus mundi superaddat aliquid actui divino, stat conclusio nostra, si nihil, urget implicantia allata. 145

Defectus conditionis potest impedire positionem formæ in subjecto; non tamen ejus effectum formalem quando debitè inexistit subjecte Capaci. 145

VOLITIO libera non superaddit Deo aliquid ab eo realiter distinctum; hoc enim repugnat ejus simplicitati, & immutabilitati. 145 146

Neque solam indifferentiam judicii, aut formalem respectum rationis; primum enim non sufficit, secundum superfluit; cum ante istum fictitium rationis respectum habeatur Deus liberè volens. 146

Neque perfectionem extensivam Deo intrinsecam, quæ potuerit non esse: quia repugnat aliquid Deo identificatum potuisse non esse. 146

Alioquin enim Deus esset mutabilis, & secundùm aliquid sibi identificatum, posset esse, & non esse. 146

Quando plura inter se realiter distincta identificantur uni tertio realiter indivisibili, (ut est divina essentia, cui identificantur; personalitates) non posunt ab invicem separari quoad existentiam; secus quando uni tertio realiter divisibili, ut est homo, cui corpus & anima identificantur realiter inadæquatè. 146. 147

DEI volitio constituitur formaliter libera per terminum extrinsecum, ut illius existentem in aliqua temporis differentia. 147

Quia ut libera potest non esse, non secundùm aliquid Deo intrinsecum, ergo secundùm aliquid Deo extrinsecum, quo est formaliter libera. 147

NON est in Deo libertas per modum potentiæ, ad diversos actus producendos, sed per modum actus indifferentis ad diversa objecta ad quæ determinat se efficienter per suam efficaciam intrinsecam; formaliter verò per eorum productionem, quæ est terminus immediatè complens positivam volitionem liberam. 147. 148

VOLITIO Dei libera, ut sic non est aliquid simplex sed aliquid complexè significabile dicens in recto actum divinæ voluntatis necessarium in essendo, & liberum in terminando, seu efficiendo, in obliquo autem ipsum terminum. 148

Non potest haberi per formam intrinsecam, quæ nec sit physica, nec modalis, sed moralis, quia talis forma est fictitia. 148

Eget complemento extrinseco, quia potest non esse secundùm aliquid sui. 148

Non est adæquatè vitalis, quoad rem, sed solùm secundùm id, quòd

quòd dicit principaliter, & in recto, quod sufficit ut dicatur vitalis simpliciter. 149
Volitio Dei libera, & operatio Dei libera sunt idem materialiter, non formaliter & quoad significata in recto quod sufficit, ut illa Deo conveniat ab æterno, non hæc. 149
Volitio libera est natura prior suo objecto seu termino, si sumatur inadæquatè secundùm id, quod dicit Deo intrinsecum, secus si adæquatè. 149
Sic enim solùm est prior suo objecto mediato id est re producta; non ejus productione, qua immediate completur in esse volitionis liberæ. 150
Deus operatur quia vult in sensu formali, & negativo id est non ex determinatione alterius, non verò in sensu reali & positivo indicante volitionem antecedentem formaliter liberam. 150
Dei operatio est, quia Deus vult, in sensu formali, secundùm nostrum modum concipiendi; at verò in sensu materiali Deus ideo liberè vult quia est ejus operatio. 150
Hæc propositio, *Deus facit quod vult*, non habet in nostra sententia, hunc sensum *facit quod facit*, sed hunc, *quod facit*, *facit* ex propria determinatione. 150
Voluntas Dei ut libera, & potentia exequutiva eorum, quæ facit ex immediata determinatione propria, sunt idem formaliter; secus eorum, quæ facit ex immediata determinatione creaturæ. 150
Scientia Dei completur in esse visionis per existentiam sui objecti, non illam inferendo ut volitio, sed supponendo, unde est illa posterior secundùm rationem. 151
Datur in Deo libertas contradictionis, seu quoad exercitium, qua sc. potest habere se negativè circa aliquid volibile. 1. quia ista libertas est perfectio simpliciter. 2. quia potest Deus nihil velle producere extra se, cum sibi sufficiat quo casu nihil esset, quo posset compleri nolitio positiva. 151
Siquidem nolitio positiva non potest compleri per negationem existentiæ rerum, quia hæc negatio non potest esse vi nolitionis positivæ, cum sufficienter habeatur, etiam ut suo modo dependens à Deo, per negationem volitionis rerum, non esse autem non potest complete nolitionem positivam, nisi existat vi illius, ergo &c. 152
Plus requiritur ad positivam nolitionem rerum quàm ad negationem volitionis rerum, cùm ergo hæc habeatur per non esse rerum, illa non potest haberi per solum non esse rerum, sed ad eam requiritur aliquid positivum, vi ejus existens. 152
Non esse rerum est à negatione volitionis ut à causa sibi proportionata, cum enim sit effectus negativus solum exigit causam negativam. 153
Undè negatio existentiæ mundi præcisè tollit volitionem in mundi, non ponit ejus volitionem. 153
Deus habet se negativè circa varia volibilia sub conditione, circa quæ, solum habet volitiones conditionatas ex parte actûs, cùm tamen possit habere absolutas ex parte actûs. Ergo circa illa exercet libertatem contradictionis. 153
Nullum volibile finitum absolutè necessitat voluntatem creatam ad ejus prosecutionem, ergo à fortiori, nec increatam. 153

Non est perfectio voluntatis, sed imperfectio libertatis necessitati disjunctive ad contingentia volenda, vel positive nolenda. 153
Deus habet se negativè circa peccata absolutè futura, hoc sensu, quod illa neque velit esse, cùm ei repugnet velle peccatum, neque efficaciter nolit esse; alioqui non essent futura: non tamen habet se mere negative; quia vult illa permittere libertati creatæ. 154
Potest Deus quædam volibilia neque velle, neque nolle efficaciter in se ipsis immediatè, sed solùm in medio; sic vellet non esse alterum mundum si vellet terminum suspensivum suæ voluntatis circa existentiam alterius mundi, quod est habere se negative secundùm quid, non absolute. 154
Deo repugnat suspensio intellectûs ab omni actu circa contingentia; quia ei repugnat ignorantia; non suspensio voluntatis quia hæc est libera, & solùm expers potentialitatis quoad intrinseca. 155
In Deo non est major perfectio exercitium libertatis per nolitionem; quàm per omissionem volitionis, perfectius est tamen posse utroque modo illam exercere. 155
Hinc negatio efficacis volitionis & nolitionis contingentium non est in Deo carentia perfectionis; ut foret carentia complacentiæ in illis ut possibilibus adæquate Deo intrinsecæ. 155
Actus Divinæ voluntatis non completur in esse nolitionis efficacis per negationem existentiæ objecti præcise, sed per illius negationem ex expositiva Divinæ Voluntatis efficacia procedentem. 155. 156
Deo repugnat positiva nolitio omnis rei creabilis; non tamen omnis rei præter terminum istius nolitionis completivum. 156
Non volitio & nolitio positiva in Deo non sunt idem formaliter. 156
Est perfectio simpliciter actu intelligere omne intelligibile; secus velle efficaciter omne volibile; unde illud necessariò convenit Deo; non hoc. 156
Deus circa contingentia est indifferens ad volitionem, nolitionem & ad utriusque actûs omissionem per totam æternitatem. 156. 157
Non tamen ad omissionem usque ad certum tempus, & ad inceptionem volitionis vel nolitionis, alioqui res cujus volitio fuisset suspensa usque ad certum tempus, fuisset ab æterno futura & non futura. 157
Terminatio divinæ immensitatis ad creata potest incipere in tempore, quia est adæquatè Deo extrinseca; secus terminatio Divinæ Voluntatis ad contingentia. 157
VOLITIO qua Deus ordinat unum ad aliud completur in esse volitionis liberæ per specialem productionem objecti sic ordinati, 157
Volitio Dei secundùm se non habet realiter & propriè causam, nec rationem motivam, habet prout terminatur ad extrinseca. 158
DEUS necessariò amat se & sibi complacet in creaturis ut possibilibus sine malitia morali, cujus necessariam habet displicentiam. 158
Habet affectum approbationis necessarium ex hypothesi, erga creaturas ut existentes. 158

§. II.

Voluntas Dei antecedens, decretum concurrendi, & prædefinitio. pag. 159.

VOLUNTAS beneplaciti est illa, qua Deus propriè; vult aliquid, signi est illa, qua non vult propriè, sed significat se velle. 159

ANTE-

2. complet in actu 1. eis exhibendo suam potentiam paratam, & liberis quidem ad utrumlibet, sic ut non noceat libertati. 165. 166

Non est formaliter conditionatum sic ut faciat hunc sensum, concurram cum causa 2. si agat: alioqui cum (cùm actio creaturæ & Dei concursus sint idem realiter) esset nugatorium, & faceret hunc sensum, concurram si concurram sed est absolutum cum determinatione ad individuum sub disjunctione, adeoque, in ordine ad libertatem non lædendam æquivalenter conditionatam. 166

Completur in esse liberi per specialem voluntatis creatæ, productionem. 166

✠ Officeret libertati, si esset determinatum ad unum etiam conditionate prævisum, quia poneretur aliquid determinans in statu absoluto, non suppositum in statu conditionato. 166

Non datur decretum concurrendi in actu 2. 1. quia esset superfluum. 2. quia est impossibile: ad illud enim Deus non potest determinari, nisi ex prævisione actionis creaturæ, quod repugnat. 167

Hinc Deus non potest velle determinatè, quidquid potest facere ex determinatione aliena. 167

Secluso decreto concurrendi in actu 2. Deus non concurrit cœno modo, quia ei prælucet scientia media. 167

Ejusmodi tamen decretum non noceret libertati, quia esset purè concomitans; noceret Bannezii decretum physicè prædeterminans, cui (ut demonstrat Josephus de vita Dominicanus) repugnat ratio, & Doctor Angelicus, qui docet Deum contingentibus contingentes causas adaptasse, quod repugnat fieri per physicam prædeterminationem uni necessariò adstrictam. 167. 168

Prædefinitio est volitio efficax actûs boni à creatura ponendi antecedens absolutam ejus prævisionem. 168. 169

Si inferat physicam prædeterminationem, aut immediatè ipsum actum, evertit ejus libertatem. 169

Si verò immediatè solùm inferat medium de se indifferens, quo per scientiam mediam prævisus est actus infallibiliter obtinendus, non nocet libertati. 169

I. quia non est absolutè antecedens, sed posterior actu in statu conditionato, & consequenter est aliquo modo in potestate voluntatis creatæ. 2. quia non influit in actum per se, sed per medium ex se indifferens. 166

Et ideo non immutat modum operandi voluntatis ex sua determinatione propria, cum media influentia in determinationem voluntatis, non aliter influant quam si abesset prædefinitio. 169. 170

Quæ quidem non potest frustrari, & ideò actus prædefinitus est necessarius, sed solùm ex suppositione consequente, libertati nihil officiente; quia licet sit necessariò connexa cum actu, & antecedens secundùm quid nempè in statu absoluto; est tamen simpliciter consequens. 170

Unde quamvis non sit in potestate hominis ut sit, est tamen in ejus potestate ut non sit saltem per tale medium, quod sufficit ut libertati (cujus exercitum in statu conditionato supponit) nocere non possit. 170. 171

Cui non noceret etiam concepta ante usum scientiæ mediæ; Quia non

§. III.

Providentia, prædestinatio, & reprobatio.

pag 175.

doquidem conſtituat actum 1. proximum liberum eſſentialiter indifferentem ad utrumlibet. 177

Neque dici poteſt cauſa 2. ut completa habere infallibilitatem ab ipſa providentia. 1. quia hæc non movet ſeipſa immediatè voluntatem ex ſe indifferentem. 2. quia alioqui ipſa providentia eſſet ſibi medium infallibile, & per fallibile moveret infallibiliter, quod repugnat. 178

Deus debet ſcire utrum medium de ſe indifferens habiturum ſit effectum, priùs quàm efficaciter decernat hunc per illud conſequi: alioqui enim procederet cœco modo, & exponeret ſe fruſtrationi, quod tamen de medio ex ſe fallibili præſcire nequit ſecluſa ſcientia media. 179

Hanc proinde meritò valde commendant Malder. Daniel à S. Joſeph & alii volentes eſſe perutilem, imò neceſſariam ad providentiæ & gratiæ myſteria, modo claro & intelligibili explicanda. 180. 181

Prædeſtinatio eſt præſcientia & volitio gratiæ ac gloriæ per media convenientia quibuſdam conferendæ. 181. 182

Principaliùs dicit actum voluntatis determinantis dationem gratiæ ad gloriam producentis, prærequirit ſcientiam præcipuè conditionatam. 182

Sumpta completè eſt volitio gratiæ & gloriæ; incompletè verò ſolius gratiæ, vel, ut communiùs, ſolius gloriæ. 182

DEUS omnibus quovis tempore & loco providet auxilia ſufficientia ad vitanda peccata: de juſtis eſt de fide ex Trid. & Innocent. X. de aliis indubitatum, quia ad demerendum requiritur libertas à neceſſitate. 182

Hoc docet Aug. etiam in natura lapſa dum ait: ſi reſiſti non poteſt ſine peccato ceditur: quæ verba Calvin. & Janſenius perperam reſtringunt ad ſtatum naturæ integræ. 183

Deus adultis omnibus, etiam infidelibus, providet auxilia ſaltem remote ſufficientia ad converſionem, quamdiu ſunt in ſtatu moraliter operandi: quia ex Scrip. & PP. vult omnes ſalvare, & omnes ad ſe invitat: alioqui enim impœnitentes eſſent excuſabiles. 183

Eſt apertè S. Thomæ docentis quod, ſi quid in ſilvis ſequeretur ductum luminis naturalis, Deus, vel per internam inſpirationem ei revelaret ea, quæ ſunt credenda, vel aliquem fidei prædicatorem ad eum dirigeret. 184

Scripturæ & PP. dum ſubinde videntur contrarium tradere, ſolùm volunt quibuſdam obduratis converſionem eſſe impoſſibilem impoſſibilitate conſequente eiſque negati gratiarum abundantiam non ſufficientiam. 184

Aug. docet inobedientiam qua Pharao non paruit Deo præcipienti dimiſſionem Iſraelitis, ei non fuiſſe imputatam ad culpam ex hypotheſi infidelitatis ipſi voluntariæ & culpabilis. 184. 185

Alibi docet quibuſdam deeſſe auxilium ad facilè perſeverandum, quod habuit Adamus, quo ſi caruiſſet, perſeverare non potuiſſet, quia aliud non habuit. 185

Alibi contendit quibuſdam deeſſe gratiam proximè ſufficientem, immò ſubinde omnem gratiam, ut injuſtis in ſtatu ebrietatis & amentiæ. 185

Deus ex Trid. eos à quibus deſeritur, non deſerit abſolutè, ſed ſolùm

ritum: potest tamen suo libero consensu eam reddere efficacem in actu 2. seu efficientem, quod non est illam mereri, sed ea gratis data libere uti. 191

Consensus conditionate prævisas non potest per modum meriti, aut alterius motivi primò determinare Deum ad dationem gratiæ effectum habituræ: cum enim respectu cujusvis hominis, secundùm varias circumstantias, pro quovis instanti prævideantur infiniti consensus boni & dissensus mali conditionatè futuri, Deus pro quovis instanti moveretur ad gratiam cuilibet homini dandam in præmium actûs boni conditionatè prævisi, & simul negandam in pœnam actûs mali similiter pro eodem instanti conditionatè prævisi. 191

PRÆDESTINATIO ad gloriam potuit, salva hominis libertate, fieri ante prævisa ejus merita, potuit enim Deus humani gratis decernere gloriam ut præmium, & deinde vi istius decreti ei decernere auxilia de se indifferentia; efficacia tamen ad liberè merendum ipsam gloriæ collationem. 191. 192

Cujusmodi decreto, quamvis efficaci & antecedenti omne homini meritum ac determinationem, nullo modo mutaretur modus operandi ejus voluntatis, adeoque non læderetur ejus libertas 192

Sic autem Deus volitione gratuita vellet dationem gloriæ non gratuitam, sed meritis debitam, in quo nihil est contradictionis. 192

POTUIT Deus ante merita absolutè prævisa eligere hanc seriem creaturarum, & gratiarum, in qua conditionatè prævisi sunt hi propter sua merita salvandi, illi damnandi; atque ita unico actu peragere totum prædestinationis & reprobationis negotium 193

In hoc enim prædestinationis modo; nulla apparet repugnantia, sed solùm ratio meriti minùs proprii, seu minùs propriè exercentis vim ad motionem meriti. 193

Prædestinatio ad gloriam virtualiter facta est ante merita: Deus enim volendo homini independenter à meritis seriem gratiarum, quas prævidet futuras efficaces finalis perseverantiæ, & consequenter gloriæ, virtualiter ei vult ipsam gloriam. 193

Hæc virtualis prædestinatio ad gloriam ante merita, non differt à formali nisi quoad affectum, aut modum affectûs ex parte Dei. 194

Certum est prædestinationis executionem, seu ipsam gloriæ collationem fieri ex meritis, quorum est merces, & corona justitiæ. 194

Formalem electionem ad gloriam factam esse ante prævisa merita tenent è nostris Suar. Bell. Tol. cum Thomistis, variis Scotistis, & aliis, sed non omnes eodem modo: negant Alensis, Albert. Bonav. è nostris Vasq. Les. Becan. Lugo, Palavic. Petavius, Augustinum concedens sententiæ affirmanti, quo concesso eam meo judicio, debuisset sequi. 194. 195

Tertia sententia de aliquorum electione ante merita, & aliorum post merita, caret solido fundamento. 195

Duæ primæ sententiæ sunt æque probabiles. Videtur tamen verius & fidelium pietati conformius factam esse post merita absolute prævisa. 195

1. Quia scripturæ significant posse homines sibi procurare electionem per bona opera, eaque adferunt tamquam causam præparationis seu electionis ad gloriam. 195

2. Quia

2. Quia Hil. August. aliique PP. sæpè dicunt electionem fieri ex meritis, quod nunquam retractavit August. nec repugnat ejus doctrinæ de electione ad gratiam ante merita, circa quam solùm fatetur se erraffe ante Episcopatum consentiunt, Prosper & Damasc. prævisionem meritorum electioni ad gloriam manifestè prærequirentes. 196

3. Quia prædestinatio & reprobatio, etiam negativa ante merita, repugnat seriæ voluntati divinæ omnes salvandi, tollit sollicitudinem bonorum operum & salutis, quia quidquid egerit sic prædestinatus salvabitur, & contra non prædestinatus damnabitur, non est conformis divinæ bonitati & dationi gloriæ ex meritis. 197

4. Quia sic prædestinatus non posset offendere Deum usque ad dissolutionem amicitiæ, qua illi vult absolute summum bonum adeoque nec mortaliter peccare, quod est hæreticum. 198

Hæc difficultas locum non habet in prædestinatione post merita, quia est natura posterior præmissione remissionis omnium mortalium, & extinctionis odii propter illa concepti, ac proinde non pugnat cum tali odio, quamvis sit ab æterno, quia præsupponit ejus desitionem absolutè prævisam. 198

Apostolus Rom. 9. solùm vult Jacob in suis posteris prælatum esse Esau, id est ejus posteritati, in ordine ad bona temporalia & quædam spiritualia v. g. legis Sacerdotii Messiæ ex ejus stirpe &c. Non in ordine ad salutem: cùm probabiliter sit salvus, ut docent Estius, Cornel. & alii. 199

Neque enim ibi Apost. agit de electione ad gloriam, sed de electione ad justificationem, non ex operibus legis, aut naturæ, sed ex gratuito Dei beneplacito. 199

Dicta Apostoli Rom. 9. allegorice, verificantur de electione ad gloriam virtuali, seu in radice, in qua gratia est vita æterna. 199 200

Gratuito electis ad gratiam, & virtualiter ad gloriam mala hujus vitæ cedunt in bonum, si perseverent, & quidem juxta August. etiam peccata. 200

Electi ad gratiam sunt juxta Apost. simpliciter electi secundùm propositum, id est, gratuitum Dei beneplacitum. 200

CUM Aug. dicit electionem ad gloriam non esse ex operibus; solum excludit opera naturæ & gratiæ prævisa sub conditione. 201

Approbata est à Leone, Gelas. &c. Doctrina Aug. de prædestinatione, non ad gloriam, sed ad gratiam ut patet ex Cœlestino in Epist. ad Episcopos galliæ, ubi diserte ait suam approbationem non extendi ad quæstiones difficiliores à PP. tractatas. 201

De sua doctrina, solùm ut tangit prædestinationem ad gratiam, dicit Aug. ei non posse contradici sine errore; alioqui enim ipse erraret, & sibi contradiceret, cum nostram sententiam alibi sentiat probabilem, & S. Th. rationabilem. 201

Eodem sensu explicandi sunt alii PP. cum S. Th. qui electioni mediorum solum prærequirit intentionem finis efficacem vel inefficacem, non determinatè efficacem, nisi finis ultimi in omnibus generaliter intenti, nempe gloriæ Dei. 202

Qui vult efficaciter media priùs quam finem, ordinatè vult, quando media sunt principium meriti, & finis præmium meriti, ut in casu præsenti. 202

Sic

Sic Deum velle homini gratiam priùs quàm gloriam conformius est ejus feriæ voluntati omnes salvandi; & dationi gloriæ ut mercedis, quo modo reipsa dari gloriam est de fide. 202

Volitio efficax mediorum potest causari à volitione inefficaci finis, saltem alicujus quando plures intenduntur. 202

Deus semper intendit efficaciter finem ultimum generalem suarum operationum, nempe gloriæ suæ manifestationem, quam quovis eventu assequitur. 203

Argumentum contra prædestinationem post merita petitum ab inordinatione nimis probat, adeoque nihil, cum probet talem prædestinationem esse Deo (cui repugnat omnis inordinatio) impossibilem quod àperte falsum est. 203

Deus cuipiam ante merita volens gratias efficaces ei vult salutem in earum efficacia virtualiter contentam: non formaliter & in se. 203

Illas vult qua efficaces specificativè, non reduplicativè, sive ex prævio affectu efficaci salutis; vi cujus alias esset voliturus, si hæ non essent efficaces. 203

Efficacia enim non est ratio illas volendi adæquata & prævolita, nec habet rationem objecti formalis, sed materialis. 203

Illas tamen vult affectu speciali erga salutem, sed formaliter inefficaci id est affectu, qui est specialis benevolentia, adeoque ex speciali benevolentia intransitivè, non transitivè. 204

Deus ex æquali amore sui, & ex æquali voluntate omnes salvandi vult hominibus bona gratiæ, inæqualia, etiam juxta adversarios. 204

Volitio gloriæ ante merita non est major benevolentia quàm volitio illius post merita, cùm non sit volitio majoris boni. 205

Electio ad gloriam est opus justitiæ & misericordiæ, in parvulis, ex meritis Christi per Baptismum applicatis. 205

Electio ad gratiam formaliter sanctificantem fit ex merito congruo. 205

Est quidam ordo rationis inter Dei decreta ad prædestinationem pertinentia, quorum postremo, prævisis omnium meritis & demeritis in termino viæ, his gloriam, aliis pœnam decernit. 205

Hinc electio ad gloriam est in potestate hominis Dei gratia instructi. 206

Reprobatio strictè est præscientia injustitiæ finalis quorumdam, & volitio pœnæ æternæ illis infligendæ. 206

Late insuper dicit volitionem permittendi peccatum, quæ dicitur reprobatio negativa; destinatio ad pœnam positiva. 206

Effectus reprobationis est pœna æterna & permissio peccati, quæ non est volita ex affectu etiam inefficaci pœnæ, sicut gratia ex affectu gloriæ, unde reprobi dicuntur præsciti, quia Deus eorum demerita non vult, sed præscit. 206

Non datur ex parte reprobi causa reprobationis latè, prout dicit primam negationem gratiæ congruæ, datur reprobationis strictè, sc. injustitia finalis. 207

Sententia quorumdam Catholicorum docens prædestinationem ad pœnas ante prævisionem peccati à Scot. Cathar. & aliis censetur crudelis, horribilis &c. multum tamen differt ab horrendo Calvini decreto de impul-

impulsu reprobi in peccatum ut damnetur. 207

Mitior est sententia Thomistarum volentium ante prævisa demerita neminem destinari ad pœnas; aliquos tamen positivè excludi à gloria. 207

Quæ tamen exclusio est nonnihil dura, cùm sit virtualiter destinatio ad pœnas, posito quod non detur medium inter fœlicitatem, & infœlicitatem æternam. 207

Deus ex scripturis Sap. 1. Ezech. 33. nulli vult mortem æternam voluntate antecedente; sed solùm consequente ut docent cc. & PP. Aug. Prosp. Fulg. & alii dicentes: *iniquum esse peccati expertem damnari*: quibus consentit S. Thomas 1. p. q. 19 a. 6. ad 1. 208

Voluntas antecedens aliquos damnandi non stat cum seria voluntate omnes salvandi, neque cum amicitia, qua reprobus justus est verè Dei amicus: quia velle reprobo antecedenter, & absolutè malum æternum est ipsum odisse, quod non stat cum amicitia. 209

Deus finaliter impio voluntate consequente decernit pœnas ad manifestationem suæ gloriæ, eo fine Rom. 9. Pharaonem excitavit permissivè: non positive ad malum impellendo. 209

Originale ex Aug. est causa remota reprobationis aliquorum indeterminate; non hujus potiùs quàm illius in particulari. 210

Liber vitæ strictè est notitia Dei de salvandis. Ex usu passim recepto non datur liber mortis respectu reproborum, quia non sunt digni memoria Dei. 200

Voluntas libera in Deo, immediate èfficax sui objecti, & potentia executiva distinguuntur ratione, non tamen virtualiter strictè. 211

Voluntas tamen & potentia sunt duo attributa; cum in Deo detur voluntas nullius rei effectiva, quæ proinde non est formaliter potentia, ut qua vult seipsum & entia quatenus possibilia; & potentia, quæ non est formaliter voluntas, ut quâ concurrit in actu 2. ex determinatione creaturæ liberæ. 211, 212

CAPUT QUINTUM.

Sanctissima Trinitas.

§. I.

Natura, & cognoscibilitas hujus Mysterii, processiones Personarum, earumque principium formale pag. 213.

ALTISSIMUM est SS. Trinitatis mysterium circa illud varie errarunt Hæretici docentes, 1. unicam esse in Deo personam, 2. primam solam esse Deum, 3. Spiritum S. non esse Deum, 4. non procedere à filio, 5. esse tres Deos. 213

Contra quos Conc. Lateran. definit essentiam unam esse tres personas inter se realiter distinctas. 213

Hoc Mysterium est supra, non tamen contra rationem naturalem, cùm verum vero non possit esse contrarium. 214

In eo tres personæ realiter distinctæ sunt idem uni tertio, sed infinito ac pluribus communicabili, & quidem solùm inadæquate; quod proinde non repugnat. Pater enim identificatur Deo, sed non omni ei, quod est realiter Deus, cùm non identificetur Filio, qui est Deus. 214

Hinc Deus est terminus capax distributionis non exprimibilis his

terminis, *omnis Deus*, sed his, *quidquid est Deus*, cujus distributionis defectu varii sillogysmi in hac materia sunt vitiosi, quia nempe in antecedente non dicitur quidquid est Deus. 214.215

Mysterium Trinit. non est naturaliter cognoscibile certò & evidenter, hoc docent Script. & PP. 215

Creaturæ ducunt in notitiam Dei ut unius, non ut Trini; quia cum Deo ut Trino nullam habent connexionem, seu habitudinem essentialem saltem nobis notam. 215

Non potest demonstrari etiam à fideli, nec veniri in ejus cognitionem ab infidelibus, nisi per fidelium instructionem, quam supponit Athan. cùm ex Apost. dicit Philosophos & Arianos esse inexcusabiles. 215.216

DANTUR processiones ad intra. Est de fide ex Concil. Lateran. Script. & PP. hoc exigit vera ratio Patris in 1. persona, & Filii in 2.& Spiritus in 3. 216

Pater producit verbum non ut intelligat, sed quia intelligit ut ipsi verbo suam notitiam communicet. 216

Filius est ab alio personaliter, à se essentialiter, adeòque ens à se simpliciter, quia nempe sibi identificat naturam essentialiter improductam & à se. 216

Deus est ens primum ratione essentiæ, Pater est origine prior Filio, hic certo sensu prior Patre scilicet formaliter ut Patre paternitate velut prædicamentali essentialiter præsupponente suum terminum. 216

Ens à se latiùs pàtet quàm ens improductum simpliciter, cùm personæ productæ sint ens à se. 217

Persona producta non causatur nec pendet à principio producente: quia ab eo non accipit esse contingens & defectibile, ac proinde eo non indiget, à se enim necessariò existit procedendo sicut principium producendo. 217

Unde sicut productum non potest esse sine producente, ita nec producens sine producto. 217

Causari & dependere sumuntur impropriè, quandò à Græcis tribuuntur Personis productis. 217

Solus Pater, ita exigente essentia, est primum principium ad intra, tres Personæ ad extra, unde primum principium ad extra est essentiale, ad intra notionale. 218

Principium quod & terminus totalis hic distinguuntur realiter inadæquate, principium quo & terminus formalis realiter adæquatè. 218

Pater est essentiator communicativè filius eodem sensu essentiatus, dicitur primogenitus ratione generationis æternæ simul & temporalis, vi cujus habet fratres. 218

Ex pluralitate personarum rectè infertur processio, & contra, in Deo enim non potest esse pluralitas ex limitatione, sed ex sola oppositione, quæ haberi nequit sine processione, neque hæc sine reali distinctione & pluralitate. 218

DEUS habet ex se originem negativè, ut est non ab alio, & positivè hoc sensu quod prima personalitas emanet, à natura, aliæ producantur. 219

In creatis non repugnat idem instrumentaliter producere se ipsum secunda productione; repugnat principaliter & prima productione. 219

In

§. II.

Relationes Divinæ & Personæ in communi.

pag. 234.

tionum quæ distinguuntur ab essentia ratione, virtualiter & realiter inadæquatè. 234. 235

Contradictoria verificantur de essentia, & personis præcipuè propter distinctionem realem inadæquatam. 235

Aug. solùm vult in omni relatione dari fundamentum à relativo re, aut ratione distinctum, & de Deo non dici eodem modo esse, & Patrem esse. 235

Relationes non includuntur formaliter in essentia, alioqui includerentur in singulis personis, nec contra essentia in relationibus, alioqui essentia produceretur & relatio esset idem quod persona. 236

Essentia ex mente PP. includitur in concreto propriorum seu Personarum & de illis dicitur materialiter, seu identice. 236

Relationes divinæ sunt ens à se identice, & etiam formaliter si à se sumatur transcendentaliter. Earum respectu Deitas non est transcendens, ut vult Suarez. 236

Sunt perfectiones etiam formaliter & secundum se: cùm juxta PP. ut sic sint proprietates Dei, quibus nihil deest. 237

Essentia continet eminenter perfectiones Personarum, & hæ mutuas etiam formaliter per circuminsessionem, seu mutuam inexistentiam, ratione identitatis naturæ. 237

Sunt igitur in Deo tres perfectiones relativæ, quæ possunt dici simpliciter simplices, cùm nihil habeant imperfectionis admixtæ. 237

Relationes inter se oppositæ distinguuntur realiter, aliæ non; alioqui esset quaternitas rerum in Deo; sunt enim quatuor relationes sed solùm tres realiter distinctæ. 237. 238

Pàternitas & Filiatio identificantur Spirationi activæ realiter inadæquate, quo non obstante opponuntur, adeoque distinguntur rèaliter inter se. 238

Res non multiplicatur pro multiplicitate relationum, quia rès sumitur materialiter, relatio formaliter. 238

Argumentum à commutata proportione, hic à Duran. objectum, valet in quantitativis, non in aliis. 238. 239

Productioni activæ uni realiter, respondent passivæ realiter duæ. 239

Paternitas & Filiatio essentialiter identificantur spirationi activæ, qua mediante opponuntur passivæ, & ideò ab ea distinguuntur realiter; tum etiam quia generatio activa est communicatio spirationis activæ & passiva ejus receptio. 239

Persona est individuum naturæ intellectualis completæ. 240

Tres sunt in Deo personæ, quæ constituuntur rationibus relativis, quia, ut patet ex CC. & PP. illis distinguuntur, & consequenter iisdem constituuntur, cum quilibet eo constituatur in se, quo distinguitur ab alio. Dein ex sola oppositione hic habetur multiplicatio. 240

Frustrà pro constitutione personarum fingerentur rationes absolutæ in suo supposito exigentes relativas. 240

Hæc constitutio locutionibus PP. & CC. conformis non potest sine temeritate negari. Est realis ex parte constituentium, non ex parte modi constituendi. 241

Scripturæ & PP. solùm volunt filiationem Verbi non posse à nobis perfectè cognosci & exprimi, cùm subinde ajunt nomen Filii Dei esse ignotum. 241

Etiam

Etiam recte dicuntur constitui originibus, cùm hæ à relationibus solùm distinguantur modo concipiendi. 241

PP. Personarum distinctionem sæpe originibus tribuunt: sæpius tamen relationibus; idque conformius Script. & CC. adeoque his potiùs quàm illis dicendæ sunt constitui. 241. 242

Cùm præsertim Origenes a nobis concipiantur ut quid transiens, relationes verò ut quid permanens; quod videtur esse de ratione constitutivi entis permanentis. 242

Constituuntur autem relationibus sumptis incomplete instar transcendentalium: quia Paternitas ut est constitutiva Patris est prior origine Filio, ejus generatione passiva, imò & activa, cùm ex nostro modo concipiendi, fundato in creatis, prius sit principium esse constitutum, quàm producere. 242

Igitur Paternitas ut constituens Patrem non est instar prædicamentalis, sic enim est posterior Filio, ex cujus generatione resultat, sed instar transcendentalis, prioris suo termino. 243

Paternitas in divinis varie sumitur prout varie respicit Filium. 1. pro relatione summe determinati ad habendum Filium in fieri, 2. pro relatione habentis filium in fieri, 3. pro relatione habentis filium in facto esse, præsupposita ejus generatione. 243

Acceptio secunda secunda & tertia locum habet in Personis procedentibus, non prima. Paternitas sumpta incomplete est prior generatione & persona Filii; sumpta verò complete est posterior: unde Paternitas & Filiatio sub diversa consideratione, sunt & non sunt simul natura. 243

Constituens hic essentialiter præsupponit essentiam, cum qua constituit, & cui identificatur, ac proinde constituens hic non est prius constitum, nisi sumatur in actu signato & secundùm se pro forma apta referre. 244

Pater etiam constituitur innascibilitate sumpta positive & fundamentaliter. 244

Relatio essentialis & transcendentalis constituit id quod refert; non accidentalis & prædicamentalis. 244

Relatio increata refert relativum ad relativum, alioqui enim non referret ad distinctum. 245

Spiratio activa non constituit formaliter primam & secundam personam, sed solùm materialiter sicut essentia. 245

DANTUR in Deo tres subsistentiæ relativæ, patet ex PP. & CC. agnoscentibus in Deo tres personas, tres subsistentias, tria propria. 245

PP. quidem sumunt subsistentiam concrete, sed ex multiplicatione concreti substantivi sequitur multiplicatio formæ. 245

Ex tribus enim Personis recte inferuntur tres personalitates, quæ cum natura constituunt tres substantias completas incommunicabiles, ac proinde sunt tres subsistentiæ. 245. 246

Dantur etiam tres existentiæ relativæ. Cùm tres personæ ex PP sint tres res, tres entitates actuales, adeoque tres existentiæ; cùm existentia non sit aliud, quam entitas actualis. 246

Quandò PP. dicunt quòd in Deo sit unicum esse substantiale loquuntur de existentia absoluta & communi, cujus existentiæ relativæ sunt velut modi. 246

Sunt in Deo tres æternitates, tres veritates, tres bonitates transcendentales, imò tres æterni, etiam substantive, sed cum hoc addito æternitate relativa, tres veri boni &c. 246

Nomen essentiæ accipitur pro radice proprietatum, ideò hic non possunt dici tres essentiæ, sunt tria individua, Divinitatis, sed ejusdem, atque ideò non sunt tres Dii. 246.147

Non datur in Deo subsistentia absoluta & communis; hanc enim non agnoscunt CC. & PP. sed solùm tres subsistentias relativas, quas licet plerumque PP. sumant concretè constat tamen eos non admittere subsistentiam absolutam: ex qua exsurgeret subsistens absolutum; imò & persona absoluta. 247

Datur tamen subsistentia absoluta latè, id est forma dans esse independenter ab alio, hoc enim est commune tribus personis. Hoc sensu Aug. aliique PP. dicunt naturam divinam per se subsistere. 248

Agatho Papa ait trium subsistentiarum unam esse substantiam, non contra. 248

Subsistentia impropriè sumitur pro essentia. Hypostasis ex usu CC. pridem in Ecclesia recepto, significat suppositum. Essentia solùm eminenter continet subsistentiam. 248

Deus est concretum ex divinitate & personalitate sumpta confusè. 248 249

Persona in Deo non est quid commune communitate rei, ut essentia; sed solùm communitate rationis, ut universalia. 249

§. III.

Persona in Particulari. pag. 249

Notio est ratio personam notificans ac distinguens; sunt quinque notiones, innascibilitas sc. Paternitas, spiratio activa, filiatio & processio. Sunt quatuor relationes, & tres proprietates. 249

Inspirabilitas in Filio, & impotentia producendi ad intra in Spiritu S. non sunt specialis notio, quia nullam important excellentiam specialem. 249

PATER est principium sine principio; impropriè fons Deitatis; quia producit alias personas eisque naturam communicat: Filius est à principio, non principiatus. 249

Personalitas prima virtualiter emanat ab essentia. Prima Persona in divinis est propriissimè Pater respectu Verbi, impropriè respectu creaturarum. 250

VERBUM solùm usurpatur notionaliter à Script. & PP. Dicitur propriè Verbum quia est terminus productus locutione, qua solus Pater loquitur soli Filio. Unde loquitur Verbum, ipsi Verbo, & per Verbum. 250. 251

Verbum sumitur impropriè pro imperia efficaci operationis ad extra, quandò tribuitur Trinitati. Cum eadem improprietate Anselm. dicere confundit cum intelligere; quæ tamen strictè loquendo multùm differunt; illud enim importat ordinem ad Verbum prolatum, hoc ad objectum cognitum. 251. 252

Admitti potest Verbum propriè dictum esse à Verbo impropriè dicto sc. ab intellectione completa, æquivalenti Verbo creato. 252

Verbum & Filius in Divinis idem significant, sed diversimodè. 252. 253

Ver-

Verbum procedit ex cognitione essentiæ & omnium personarum, cùm ex PP. sit adæquatum Divinæ scientiæ, & procedat ex cognitione comprehensiva Patris, quæ haberi nequit sine cognitione aliarum personarum. 253. 254

Verbum est infinitum in ratione Verbi, ac proinde adæquatum cognitioni Patris illud dicentis. 254

Dictio Verbi non est Patri libera, sed absolutè necessaria, adeoque omnium, quæ Pater novit. 254

Spiritus S. est objectum purè terminativum cognitionis, ex qua Verbum procedit, quod proinde non procedit à Spiritu S. sicut neque ex rebus possibilibus, licet procedat ex earum cognitione. Unde Pater non accipit Beatitudinem à personis. 254 255

Procedit ex cognitione Personarum ut intuitiva, seu illas repræsentet in seipsis ut exercite existentes, & ut sibi coexistentes, non quidem in priori originis, quo ipsa intelligitur esse in Patre, sed in omni instanti realis durationis, quod sufficit ad visionem, quæ solùm præsupponit existentiam sui objecti, quando ab illo causatur, aut completur in esse visionis liberæ, quorum neutrum convenit Divinæ intellectioni respectu personarum: quæ tamen potest etiam dici abstractiva latè. 255. 256. 257

Procedit ex cognitione possibilium; hæc enim includitur in comprehensione Dei, ex qua procedit ut ars factibilium. 257

Possibilia cognoscuntur in eodem signo, quo essentia, hæc directè, illa indirectè priusquam Verbum intelligatur esse productum; non priùs quàm sit & intelligatur esse ens à se. 258

Verbum non esset quale nunc est, si res non essent possibiles; secus si non essent existentes, de quibus intelligendi sunt Anselm. & D Th. 258

Non procedit ex cognitione creaturarum ut existentium, cùm enim productio Verbi sit necessaria, debet procedere ex cognitione necessaria, quæ est prior visione rerum ut existentium. 259

Hinc Pater non dicit Filio creaturas ut existentes formaliter, sed solùm radicaliter, ei sc. communicando scientiam, quæ fit earum visio, eo ipso, quo sunt determinatæ ad futuritionem, quæ est posterior Verbo. 259

De hac locutione mediata & radicali intelligendi sunt August. aliique PP. dum subinde asserunt Patrem mediante Verbo dicere creaturas ut existentes. 260

Verbum est solius Patris ut dicentis; at verò ut objecti dicti, est etiam essentiæ, personarum, & rerum possibilium. 260

EX Scripturis & PP. filio proprium est esse imaginem solius Patris: quia solus filius à solo Patre procedit ut ejus similitudo, formaliter vi suæ processionis, quod ex August. ad rationem imaginis requiritur & sufficit. 260

Spiritus S. (qui subinde à PP. impropriè loquentibus dicitur, imago filii) procedit à Patre & Filio, est de fide ex CC. Ephes. Calced. Later. Flor. & aliis ita definientibus. 261

Scripturæ idem docent virtualiter & implicite Joan. 15. 26. cum dicunt Spiritum S. mitti à Filio, ab eo accipere &c. Ut declarant pp. Athan. Damasc. & alii tum latini Ambr. Aug. tum græci Basil. Chrysost. hanc veritatem indubitanter tradentes. 261

Ratio

Ratio est quòd Pater, priùs quàm spiret, communicet Filio potentiam Spirativam; cùm ei omnia communicet excepta (inquit Naz.) causalitate, id est potentia generandi. 262

Damasc. ait Spiritum S. esse per Filium, non ex Filio. Quia ly ex videtur denotare principium sine principio. 262

In Symb. Nicæn. additum est *filioque* ab Eccl. Romana ita exigente nova hæresi, antequam, ista particula Patribus visa non fuerat necessaria. 263

Similiter à pp. C. Constin. additum est (qui ex Patre procedit) occasione hæresis Macedonii cujus sectatores dicebant Spiritum S. esse facturam solius Filii. 263

Spiritus S. non distingueretur realiter à Filio si ab eo non procederet; ei enim non opponeretur, in divinis autem sola oppositio realiter distinguit. Ut passim docent CC. & PP. 263 264

Unde in ea hypothesi Spiritus S. non magis distingueretur à Filio quàm nunc spiratio activa à Patre & Filio, inter quæ defectu oppositionis nulla est distinctio realis. 264

Tunc itaque non esset idem Filius, qui nunc est, imò nec Filius defectu spirationis activæ, essentialis Filio, in sententia ad filiationem requirente fœcunditatem. Neque esset idem Pater, qui nunc, quia non esset eadem generatio, quæ nunc sumpta active est essentialiter communicatio virtutis spirandi, & sumpta passive illius receptio. 264

Hinc hypothesis in hac quæstione non est de eodem Filio & Spiritu Sancto qui nunc est, alioqui enim quæstio esset nugatoria & sui destructiva. 265

Si procederet à solo Filio, Patri opponeretur mediate, tanquam principio sui principii, & ideò ab eo distingueretur. 265

Anselm. videtur quidem sentire quod in ea hypothesi Spiritus S. sufficiente distingueretur à Filio per diversitatem emanationum Filii nempe per intellectum & Spiritus S. per voluntatem. Verum non loquitur definitivè, sed solùm disputativè. Vnde dubia est ejus mens, cùm etiam nobis faveat. 265. 266

Athanas. aliique PP. refundunt distinctionem Spir. S. à Filio in diversitatem processionis ut in rationem radicalem & remotam, non ut in formalem & proximam, quæ est oppositio, quo etiam sensu potest explicari Anselm. 266. 267

Filius & Spiritus S. procederent per principia virtualiter diversa ut nunc, at processionibus, non realiter ut nunc, sed solùm ratione & virtualiter diversis, quæ conflarent unicam productionem totalem unici termini totalis, qui simul esset Filius & Spir. S. 267

Quia eo casu inter Filium & Spiritum S. non esset oppositio producentis, & producti, quæ sola realiter distinguit in divinis, ubi non est relativa oppositio duorum ab eodem principio procedentium distinctionem realem invehens. 267. 268

Vnde in divinis non est, nec foret (ut quidam volunt) fraternitas saltem proprie dicta, quamvis Spiritus S. à Filio non procederet, quia etiam eo casu, solus Filius esset genitus; fraternitas autem fundatur in generatione duorum aut plurium ab eodem. 268

SPIR. S. qui nunc est per se procedit à Patre & Filio qua talibus, quia essentialiter procedit à spiratione activa per se identificata pater-

nitati

nitati & filiationi, hoc enim ipsi convenit ad intra, adeoque essentialiter, cum omnia Deo intrinseca sint ipsi essentialia. 268

Ideo enim (inquit Concil. Tolet. 11.) dicitur Spiritus Patris & Filii. 269

Totum principium formale productionis, Spiritus S. reperitur in Patre seorsim ; sed non cum conditione requisita ex parte suppositi, quatenus ex intrinseca determinatione essentiæ exigit identificari Paternitati & filiationi. 269

Spiritus Sanctus spectatus non ut hic, sed præcisè ut est persona procedens per voluntatem, non exigit per se à duabus personis procedere. 270

Pater & Filius ex Augustino & CC. Lugdunensi & Florentino, sunt unum principium Spiritus S, sicut sunt unus Deus, quia in iis est unica virtus spirativa, sicut in 3. personis unica Divinitas. 270

Sunt tamen duo Spirantes adjective; quia adjectiva multiplicantur pro multiplicitate suppositorum. 270

Spirator rationem suppositi importat materialiter & confusè ; virtutem verò spirativam seu spirationem activam formaliter & distinctè, à qua proinde est unus, sicut unus est Deus ab unitate divinitatis. 271

Substantiva enim ex usu passim recepto unitatem accipiunt à suo formali significato; unde particulæ demonstrativæ & numerales ut *hic unus*, &c. solùm determinant eorum formale. 271

Spiritus Sanctus est duorum conspirantium, sed una & eadem virtute spirativa, & ideò unici Spiratoris substantivè. Conspirator per se denotat pluralitatem, ac proinde non potest hic ita commodè sumi substantivè. 272

Spirator supponit in recto pro aliquo Patri & Filio communi secundùm rationem nempe pro supposito abstrahendo à Patre & Filio, licet in obliquo importet spirationem, quæ est communis secundùm rem. Similiter Deus. 272

Principium Spiritus S. sumptum pro supposito virtutis Spirativæ convenit Patri & Filio seorsim, secus prout dicit conditionem ex parte suppositi à virtute Spirativa exigente identificari paternitati & filiationi. 272

Spiritus S. procedit à Patre immediatè & mediatè ; non priùs tamen à Patre, quàm à Filio : quia actus spirandi, præcisè ut est in Patre, non est completus ; non enim infert processionem Spiritus S. nisi priùs intelligatur esse in Filio. 273

Pater & Filius amant se Spiritu S. si amor sumatur notionaliter per termino dilectione producto, secus si essentialiter pro dilectione tribus personis communi. 273

Donum propriissimè convenit Spiritui S. quia procedit ex amore, quod est principium doni gratuiti. 274

Sunt tres personæ unius essentiæ, & ideò inter se æquales. Ratio primi principii ad intra Patri nullam tribuit præeminentiam, quia in divinis non est perfectius necessario producere, quam necessariò produci ad intra. 274

Relatio æqualitatis & similitudinis inter personas divinas dici potest rationis & realis, modò non dicatur aliquid superaddere personis, quibus convenit ordo originis, absque propriè dicta prioritate naturæ. 275

Cir-

Circuminsessio est mutua personarum in se invicem inexistentia, fundata in identitate naturæ. Juxta illud Joan. 14. ego in Patre & Pater in me est. 275

Missio ex Scripturis & PP. convenit personis Divinis; activa producentibus passiva productis. Dicit ordinem ad aliquem effectum temporalem personæ missæ specialiter convenientem. 248

CAPUT SEXTUM.

ANGELI.

§. I.

Angelorum natura, ubi, & motus. pag. 276.

ANGELUS est substantia creata, spiritualis, completa, & intellectualis, homine superior. 276

Dari Angelos est de fide ex Psal. 8. *Minuisti eum paulò minùs ab Angelis*, & ex PP. ac nominatim Aug. qui Angelos l. 11. de Civ. cæteris creaturis præfert, quibus alibi animam rationalem æquat, sed solùm quoad gradum intellectualitatis, capacitatis gratiæ &c. non absolutè. 276

EORUM existentia solo lumine naturali potest probabiliter cognosci; non tamen evidenter demonstrari, ne quidem à posteriori, quia effectus energumenorum tribui possunt Deo vel animabus separatis. 276

Sunt omninò incorporei, est omnium Catholicorum contra Cajet. ita docet C. latera, non definit, unde non est de fide ut quidam volunt: non potest tamen sine temeritate negari: cùm nullum sit fundamentum illis corpus subtile affingendi, contra Dionys. aliosque PP. 276. 277

De hoc tamen videntur aliquando dubitasse August. & Bern. non VI. Synod. quæ approbat Angelos posse pingi; non tamen hanc ejus rationem, quia sunt corporei. 277

Dæmones delectantur corporeis non sensibiliter, sed intelligibiliter quatenus sunt offensæ Dei. 277

Filii Dei qui Gen. 6. dicuntur capti amore mulierum non sunt veri Angeli, ut voluit Cassianus, sed Filii Enos cultores veri Dei. 277

Dæmon Tob. 6. pellitur virtute fumi non naturali, sed supernaturali, & religatur, non vinculo corporeo, sed efficaci imperio. 277

Non componuntur ex actu & potentia spirituali ut voluit Alen. cùm nullum sit indicium talis compositionis. 278

Sunt simpliciter incorruptibiles cùm nihil sit quod naturaliter exigat eorum corruptionem; sunt tamen absolute annihilabiles. 278

Maximus est eorum numerus, probabiliter major numero entium materialium ut colligunt S Thom. & alii ex Danielis 7. Dionys. aliisque Patribus. Qui sunt valde inæquales dignitate & officio probabiliter differunt specie, alii solo numero. 278

Arles materiam sumit pro differentia individuali cuilibet rei identificata, cùm dicit esse principium distinctionis numericæ. 278. 279

Adver-

358

Angeli

Angeli ratione suæ limitationis non possunt esse nullibi, uti nec esse & nunquam esse. Quod tamen Lugo & Palavicino putant non posse efficaciter probari. 283

Non sunt in loco interminabili, id est sic ut loco non claudantur, sed in terminato, quo, si sit adæquatus, ita clauduntur ut non possint naturaliter simul esse extra illum: alioqui enim essent immensi quod creaturæ repugnat. 284

Non sunt in loco circumscriptivè, neque per inclusionem propriè dictam, sicut corpora, quæ aerem, quo ambiuntur dividunt; sed definitivè per intimam penetrationem Greg. & Damasc. sumunt circumscriptionem pro terminatione, cùm dicunt Spiritus loco circumscribi. 284

Non possunt naturaliter esse in locis dissitis & non in medio, etiam intra sphæram suæ extendibilitatis, quia sic velut à se ipso dividi, naturaliter repugnat limitationi entis creati; non supernaturaliter. 284

Sunt virtualiter divisibiles & coextendibiles spatio divisibili, sicut anima rationalis: non tamen majori ac majori in infinitum, etiam secundùm unam dimensionem tantum: unde quod potest esse in uno æqualium etiam potest in alio, non valet in spiritibus quorum limitationi repugnat simul applicare suam virtutem locis quantum libet dissitis. Possunt per lineam gyrativam intra suam sphæram extendi in infinitum. 284. 285

Possunt intra suam sphæram esse in pluribus locis interruptè per operationem, quod Damasc. solùm negat de locis adæquatis 286

Possunt esse in loco minori ac minori in infinitum, imò, & in puncto, cùm sint realiter indivisibiles, nec sit ulla ratio eis tribuendi terminum parvitatis, sicut magnitudinis, similiter anima rationalis non necessariò occupat locum suæ extendibilitati adæquatum, ut patet in parvulis crescentibus, in quibus augetur ejus extensio 286

Posse esse in loco minori ac minori est perfectio crescens incremento decrescente, quæ convenire non potest Deo, cujus immensitas necessariò occupat omnem locum etiam imaginarium. 286

Possunt esse simul plures ac plures in eodem puncto, quia carent quantitate, qua ab eodem loco excludantur. 286

Angeli non sunt formaliter in loco per suam substantiam, de se indifferentem ad quemlibet locum, neque per operationem transeuntem; quia operatio cujuslibet agentis naturalis præsupponit ejus approximationem, seu præsentiam localem cum passo ad operandum in illud. 287

Prius est quidem Deum creaturam producere, quàm ei coexistere, quia existentia creaturæ est prærequisita ex parte creaturæ ad hoc ut Deus illi formaliter coexistat: non est tamen prius Deum operari in creatura transitivè (ut vult Cajet.) quàm Deum esse præsentem creaturæ, sed contra. 287

Hinc non est priùs Angelum esse in loco, quàm causare formam, qua constituitur præsens loco, seu spatio, cui coexistit, est tamen priùs ei præsentem esse quàm in illud operari. 287

Angeli, juxta Cajet. in empyreo operantur operatione nobis ignota, adeòque gratis asserta. Per locum intelligitur aliquid corporeum, ideò rectè dicitur Angelus esse in corpore, cui intimè coexistit, ut in loco,

loco, non tamen contra Corpus in Angelo. Quantitas determinat ad loci tantitatem, non ad locum. 287

Constituuntur formaliter in loco per ubi modale, quo eorum indifferentia tollitur, & determinantur ad essendum hic potiùs, quàm alibi. 287

Etiam tamen rectè dicuntur esse in loco per operationem sc. cum speciali habitudine ad locum; quam habere non possunt sicut corpora per contactum quantitatis, qua carent, sed solius virtutis, in illo aliquid producendo. 288

Sunt itaque in loco dupliciter sc. per coexistentiam & per operationem, ut indicant Damasc. & Anselm. Hanc duplicem locabilitatem ipsis tribuit S. Thom. variis locis. 288.289

Ubi Angelicum est spirituale & indivisibile ex parte sui subjecti, divisibile tamen ex parte spatii, cujus singulis partibus totam Angeli substantiam intimè sistit. 289

Certum est ex Script. & PP. Angelos posse moveri localiter, & juxta communem motu duplici, continuo sc. priorem locum per partes successivè & sine interruptione deferendo, eademque proportione ulteriorem acquirendo; & etiam discreto, priorem locum totum simul deserendo; & æqualem contiguum totum simul acquirendo: atque ita per mutationes & velut saltationes instantaneas spatium percurrendo. 289

In his enim eorum motibus nulla est naturalis repugnantia, cùm enim careant partibus, inde non sequitur eos secundùm aliquid sui transire ab extremo ad extremum sine medio, aut cum aliqua penetratione. 291

Unde possunt transire ab extremo ad extremum sine medio communicante, id est de termino à quo & ad quem aliquid participante, non tamen sine medio non communicante. 292

Angelus etiam ad punctum redactus, quando movetur est partim in termino à quo, partim in termino ad quem, non partialitate sui, sed partialitate spatii, & ubi fluentis. 290

Angelus alicubi existens non potest se constituere nullibi, &, si per impossibile, à Deo crearetur sine omni ubi, non posset se constituere alicubi, quia esset indifferens, nec esset per quid se determinaret: non enim per voluntatem se sistendi v. g. in loco B quia non esset in loco A quod prærequiritur ad acquirendum locum B. 291

Existens in loco A est determinatus ad locum B contiguum, posito quòd velit se movere. Vnde ubi B dependet in fieri ab ubi A quod non est sed immediatè ante fuit: hinc Angelus in priori naturæ quàm in se producat ubi B non est indifferens ad omnem locum, sed determinatus ad locum B per fuisse in loco A immediatè ante. 291

Sicut non potest existere in locis dissitis & non in medio, etiam intra suam sphæram, ita nec transire ad locum distantem sine medio, cùm utrumque æqualiter repugnet eorum limitationi. 292

Angeli possunt moveri quantalibet velocitate 1 motu discreto, minùs sc. ac minùs quiescendo inter singulas mutationes instantaneas 2. motu continuo, qui, cùm fiat sine ulla medii resistentia, non est cur non possit fieri celeriùs ac celeriùs in infinitum, præsertim intra spatium ipsis adæquatum, quem possunt acquirere in instanti. 292

Major celeritas non est major perfectio, nec major intensio motus, sed

sed minor ejus duratio per certum spatium. 292

Vnde motus celerior non requirit potentiam motivam perfectiorem quando fit sine resistentia medii, & terminus isto motu acquisitus; acquiri potest in instanti, & hic contingit. 293

Potentia ad plus & plus in infinitum simul & semel causandum; idque independenter ab alio, est infinita actu. Verum hoc, ut patet, non convenit potentiæ Angeli ad celeriùs & celeriùs, & ideo non est infinita. 293

Hinc mensura velocitatis Angelorum est juxta S. Thom. Damasc. & alios PP. eorum voluntas, non major perfectio. 293

Possunt in ictu oculi quodlibet spatium percurrere, non tamen infinitum finito tempore. 294

Sunt itaque omnes in velocitate pares, non in virtute motiva mobilium à se distinctorum, eorum enim resistentiam facilius superant, & consequenter ea celeriùs movent perfectiores, quam minus perfecti. 294

Non potest Deus motu continuo successivo eos movere celeriùs, quàm ipsi possint movere seipsos: potest tamen (quod ipsi non possunt) eos simul movere motibus contrariis v. g. sursum & deorsum, item in instanti eos sistere in locis quamtumlibet distantibus. 294

Non possunt rotari circa centrum suæ sphæræ; quia cum careant partibus non possunt remanendo in eodem loco totali secundùm aliquid sui mutare locum ut necessarium est ad rotationem. 294

Non possunt moveri in instanti ultra spatium sibi contiguum suæ sphæræ adæquatum: quia non possunt, etiam instantaneæ, occupare locum majorem maximo sibi adæquato; quod enim repugnat in tempore, etiam repugnat in instanti. 295

Potentia Angelorum motiva distinguitur ab eorum substantia, intellectu & voluntate. Primum infertur à pari, ex materialibus, in quibus (ut patet ex speciebus Eucharisticis) vis activa distingnitur ab eorum substantia; secundum ex diversitate operandi istarum potentiarum. 295

Potentia eorum executiva extendit se ad motum in corporibus & aliis spiritibus producendum. Non ad alius affectus, nisi applicundæ activa passivis; plus enim ex Script. PP. & experientia colligi nequit. 296

Agere in distans repugnat limitationi entis creati, adeoque etiam Angelis movere distans. 296

§. II.

Angelorum intellectio, species, scientia, & locutio.
pag. 296.

ANGELOS intelligere est de fide ex scriptura Beatis tribuente visionem Dei. Ratio est quod sint creaturæ perfectissimæ, adeòque eis convenire debeat modus operandi perfectissimus sc. per intellectum & voluntatem. 296

Intelligunt actu à sua substantia distincto, partim intuitivo objecti existentis ut exercite existentis, partim abstractivo ab exercita objecti existentia. 297

Non

Non egent speciebus ad sui & objectorum sibi intimè præsentium, etiam materialium, intuitionem: cum enim objecta etiam materialia possint seipsis immediatè spiritualem sui visionem terminare, non est cur non possint cum potentia Spirituali motivè eam causare, sicut juxta varios concurrunt ad species intellectui Angelico impressas. 298

Potest enim imperfectius cum concausa perfectiori ad aliquid sit perfectius concurrere, ut accidens mortuum advitalem sui repræsentationem. 298

Gratis & negatoriè dicitur debere priùs objectum materiale immaterializari, cùm hoc aliud non sit, quàm per sui speciem potentiæ uniri. 298

Visus corporeus eget speciebus etiam respectu objecti præsentis, non tamen intellectualis angelicus quia est longè perfectior. 299

Probabilius est etiam non indigere speciebus ad intuitionem absentium intra sphæram suæ visibilitatis existentium, illa enim per intelligibilia intermedia sat conjunguntur intellectui Angelico (cui eorum respectu debetur concursus intuitivus) ad sui visionem in eo motivè causandam. 299

Cùm non appareat cur non æquè possint Angeli immédiatè ab istis objectis ad eorum intuitionem determinari; quàm ad illorum species quomodocumque accipiendas. 299

Certo non egent speciebus ad cognitionem objectorum in alio, ab hoc enim ad illam determinantur. 299

Posset Angelus in seipso cognoscere Deum & creaturas possibiles v. g. sibi similes, dissimiles &c. licet solus esset absque ulla alia creatura. 299

Quæ movent ad sui intuitionem possunt movere ad cognitionem sui abstractivam; unde possunt Angeli etiam per suam substantiam cognoscere se abstractivè; licet per quamlibet cognitionem virtuali reflexione cognoscant se esse. 300

EGENT speciebus ad cognitionem directam objectorum non existentium, & existentium extra sphæram suæ visibilitatis. Repugnat enim limitationi creaturæ naturaliter intueri quantumlibet distans. 300. 301

Angelis sphæram visibilitatis limitatam tribuunt Scot. Bonav. & alij, quam etiam Scripturæ indicant Job. 1. v. 7 Mat. 12. v. 43. significantes eos accedere ad distantia ut illa videant. 301

Hæc autem sphæra eo major est quo perfectiores sunt Angeli, quanta sit determinari non potest. 301

Habent species memorativas à propriis actibus relictas, quibus determinantur ad recordationem, v. g. Dæmones pactorum cum magis, & à se gestorum, de quibus loquuntur in energumenis. 301

Habent etiam abstractivas ab initio suæ creationis à Deo infusas, rerum sc. quas decet eos tunc scire, nec possunt sine speciebus, aliundè, ut apparet, quàm à Deo acceptibilibus. 301

Dicuntur nihilominus connaturales, quia Angelorum perfectioni sunt valde convenientes. 302

Sunt de se indifferentes ad cognitionem abstractivam & intuitivam, ad hunc determinantur per aliquem concursum intentionalem objecti intra sphæram eorum intelligibilitatis positi. 302

Cum objectivus concursus sit valde imperfectus potest objectum, absque ulla infinitudine, simul ac plures ac plures sui visiones concurrere, imò ad infinitas, si infiniti essent Angeli. 302

Species quæ acquiruntur actibus particularibus sunt particulares, id est repræsentativæ unici individui, quæ universalibus universales, id est repræsentativæ plurium vel confuse, vel distinctè pro ratione actuum, quibus gignuntur. 303

Etiam ex infusis aliquæ sunt particulares, aliquæ universales juxta exigentiam intellectus & intelligibilium. 303

NON cognoscunt distinctè omnia quorum habent species; hoc enim excedit vim intelligendi creatam & limitatam: habent tamen semper suarum specierum cognitionem saltem confusam, qua liberè possunt, sicut nos, se applicare ad hæc aut illa attentius consideranda. Unde possunt speciebus universalibus pro libitu uti adæquatè vel inadæquatè. 304

Possunt Angeli idem eodem instanti cognoscere notitia abstractiva & intuitiva, hac posteriùs illa priùs natura. 304

Non possunt naturaliter certò cognoscere futura strictè contingentia, id est à libero arbitrio dependentia, quia istorum certa cognitio ac prædictio ex Scrip. & PP. est infallibile divinitatis argumentum, ac proinde propria soli Deo, cui essentiale est cognoscere omne cognoscibile; secus Angelo, qui indiget determinativo ex parte objecti, quale nullum datur respectu futuri strictè contingentis. 304. 305

Possunt tamen subinde illa probabiliter cognoscere ex indiciis & circumstantiis externis, ex quibus colligunt futuram agentis liberi determinationem. 305

Contingentia latè, id est independentia ab agente libero, possunt cognoscere certò certitudine physica in complexione suarum causarum, ut pluvias tonitrua &c. non tamen certò certitudine Metaphysica, quod indicant Scrip. Sapien. 8. PP Athan. Aug. & alii. 305

Quando causæ sunt multæ & abstrusæ, nec concurrunt, nisi per longum tempus, non possunt in illis hujusmodi contingentia præscire. Dabilis est species repræsentativa futuri liberi. 306

Non possunt naturaliter certò cognoscere secreta cordium est juxta varios de fide ex Scrip. & PP. istorum notitiam, ut signum divinitatis, soli Deo tribuentibus. 306. 307

Ratio est quod creatura libera habeat jus secreti suorum internorum, ne alioqui impediantur ab iis liberè eliciendis, ac proindè Deus non det concursum ad istorum notitiam sine elicientis consensu. 307

Possunt inter se loqui libere, secretò & excitativè ad audientiam, id enim ad societatem moralem eis debetur & à scrip. tribuitur. 307

Loquuntur non per signa sensibilia aut spiritualia, sed per ordinationem suorum actuum ad alterum, volendo ut ipsi innotescant, quo fit ut Deus præbeat concursum specialem ei, ad quem diriguntur, ad eorum notitiam & quidem secretam, quæ non nisi difficulter haberetur per signa.

Hanc ordinationem admittit S. Th. & vocat virtutem excitativam,

qua,

qua, inquit, loquens nihil facit in audiente, excipe nisi sit ita aliis absorbtus, ut debeat excitari impulsu. 308

Unde eorum locutio est formaliter productio actus manifestati, ut substans ordinationi, quâ ad alterum dirigitur, Verbum est actus manifestatus, lingua est virtus illius productiva. 309

Mentiri non possunt sibi invicem loquentes, quia non possunt ostendere judicium, quod non habent, nec judicare esse id, quod sciunt non esse Possunt simul loqui pluribus, dicuntur clamare ae invicem, cùm rem magnam aut magno affectu significant. 309

Superiores, locutione jam explicata, illuminat inferiores de veritatibus supernaturalibus sibi specialiter revelatis. Sic subinde etiam inferior illuminat superiorem Possunt naturaliter cognoscere supernaturalia quoad modum, non quoad substantiam, quia cognoscibilitas proportionatur entitati: unde si hæc sit supernaturalis, etiam illa. 310

Non possunt cessare ab omni cognitione per liberum voluntatis imperium, cum hoc non possit esse fine cognitione, nec habere efficaciam quando non est. Deinde non est à quo reduci possent ad cognitionem. Hinc semper se cognoscunt per experientiam, quâ sciunt se cognoscere. 310

Possunt simul cognoscere plura ut plura, seu plura secundum rationes proprias, cum nos id possimus, nec repugnet S. Th.

Non possunt simul cognoscere distinctè infinita syncategorematicè, ad hoc enim requiritur virtus & attentio infinita. Possunt confusè omnia cognoscere quæ sunt intra suam sphæram, & quorum habent species, hoc enim requiritur ut possint se determinare ad distinctam singulorum cognitionem, nec ullam arguit infinitudinem. 311

Hoc solùm vult Aug. cùm dicit eos posse omnia comprehendere. 311

Possunt discurrere circa illa quæ non cognoscunt evidenter, v. g. ex indiciis externis probabiliter inferendo secreta cordium; non circa illa, quæ cognoscunt evidenter, unico simplici intuitu, fine compositione extremorum prædicati sc. & subjecti prius apprehensorum, quâ utuntur circa invidentia. 312

Non possunt falli in evidentibus, secus in aliis. bonos tamen ab omni errore immunes reddit Beatitudo, cui repugnat omnis malitia. 312

Habent voluntatem juxta S Thomam ab intellectu distinctam, liberam, fine appetitu irascibili & concupiscibili sensitivis, quâ finem ultimum diligunt necessariò, se partim necessariò, partim liberè, Deum etiam naturaliter plusquam seipsos, alias enim eis inesset inordinatio naturalis. 312. 313

§. III.

Angelorum ortus, lapsus, supplicium. pag. 313.

ANGELI non fuerunt ab æterno, sed creati in tempore: est de fide ex Scrip. & C. Latera. C. Firmiter. Ubi dicit Deum simul creasse Spiritus & corpora. 313

Non ante mundum corporeum, sed simul cum cœlo & terra. Hoc videtur certum, non est tamen, ut quidam volunt, de fide, cùm varij PP. apertè dissentiant: unde C Later. in sua definitione per ly *simul*, intellexit *pariter*. 313

Deus ad Tim. 1. dicitur promisisse ab æterno vitam æter. id est decrevisse. Moyses solùm intendit explicare creationem mundi corporei, ideo non meminit Angelorum. 313

Omnes, etiam reprobi, fuerunt 1. instanti suæ creationis sanctificati, ita contra Hug. Alex. Bon. docent S. Th. Suar. Vasq. ex Scrip. Ezech. 28. & PP. Hier. Aug. 313. 314

Diabolus est homicida ab initio moraliter, id est paulò post suam creationem. Cùm PP. dicunt Angelos malos nunquam habuisse charitatem loquuntur de constanti & consummata. Ex Aug. fuerunt priùs in tenebris præcisivè. 314

Gratiam sanctificantem 1. instanti suæ creationis acceperunt, non gratis, sed ut naturæ liberæ convenientius est, propriis meritis non de condigno, quia principium meriti non cadit sub meritum, sed de congruo, per actum amoris Dei, auxilio transeunte, illo 1. instanti elicitum, illis enim, utpote perspicacissimis, mora non fuit necessaria ad deliberandum. PP. solùm excludunt meritum de condigno. 314. 315. 316

Creati sunt juxta Aug. in beatitudine naturali, ipsis connaturaliter debita, non in supernaturali, alioqui non potuissent peccare: hanc ergo meruerunt de condigno propriis actibus illa prioribus, etiam duratione, & ipsis facilibus; ideo enim PP. dicunt eos sine labore eam accepisse. 315

Eorum via fuit plusquam instantanea, quia ex Aug. Beatitudinem acceperunt in præmium perseverantiæ, quæ dicit moram: fuit tamen ex communi PP. ac DD. sensu admodum brevis, quanta præcisè fuerit determinari non potest. 316. 317

Probabilius est, quod contra Scot. Suar. docent S. Thom. Mol. malos, quamvis potuerint intra morulam viæ à peccato cessare, non tamen potuisse per pœnitentiam resurgere, quia gratia non fuit ipsis data. Hoc sensu juxta PP. quod hominibus est mors, hoc Angelis est lapsus. 317

Impeccabilitas non potest esse naturalis vili creaturæ adeoque nec Angelis. Hæc assertio nititur sola authoritate Augustini aliorumque PP. ex Scrip. id colligentium; nulla enim ratio convincit creaturam non posse per sua extrinseca determinari ad bonum honestum tantùm, sicut potest per intrinseca Dei auxilia. 318

Non peccarunt ex ignorantia impropriè dicta, id est defectu consi-

pecca.

peccatum tribueretur Deo; ergo à fortiori, si Deus illum prædetermi-nasset ad actum peccati. 324

DÆMONES sunt ut obstinati in malo, utquamvis physicè possint non peccare, cùm ex Diony. naturalia retineant integra, moraliter tamen non possint: quia sunt gratia destituti, & suis pœnis ad Dei odium vehementissimè impulsi. Aug. eis solùm negat potentiam moral. ad bonum morale. 324

Eorum obstinatio non oritur ex physica inflexibilitate arbitrij, sed ex morali, quam solùm eis tribuunt PP. & probabiliter etiam S. Thomas, ut vult Silv. 324

Sunt semper in eodem peccato actuali, quo primùm peccarunt; probabile est tamen quòd possint alteri actu naturali. 325

PATIUNTUR à verò igne, est hodie Catholica ex Scrip. & PP. ac præcipuè ex Aug. Non patiuntur ab igne eundem dolorem quem anima corpori unita; istius enim doloris objectum est malum perceptum sensu, quo carent. Nec patiuntur per solam alligationem, quæ non potest causare tantos cruciatus, quantos describunt PP. neque per vehementissimam apprehensionem suæ damnationis ab igne excitatam; sic enim in eis non differret pœna sensus à pœna damni. 326. 327

Sed per qualitatem spiritualem doloriferam ab igne, ut Dei instrumento, ijs impressam, qua utuntur, non quidem propriè, quod spiritui repugnat, minùs tamen impropriè, quàm in alijs sententijs. Ita qualitas dolorifera est supernaturalis hoc sensu, quod superet omnem naturæ exigentiam, non quod sit ordinis divini. Disconvenit Angelis seipsa ut fœtor odoratui Dæmones habent complacentiam de malis hominum; non tamen gaudium formale cujus sunt æquè incapaces, ac Beati veræ tristitiæ. 327. 328. 329

Infernus locus pœnalis Damnatorum, horrore plenus est à Beatorum sede remotissimus in ipso terræ centro. Hoc indicant Script. In eo semper aliqui dæmonum fuerunt post eorum peccatum omnes in illum detrudentur post diem judicij. Modo aliqui ex ijs versantur in hoc aere, ubi puniuntur pœna essentiali, licet non accidentali detentionis in carcere infernali, de qua intelligi debent Script. & PP. dum indicant dæmones necdum esse absolutè damnatos. 329.330

Inferni capacitas pro innumera multitudine Damnatorum (sunt enim decuplo, imo & millecuplo plures damnandi quàm salvandi) est valde angusta. Quidam dicunt continere spatium sex leucarum horariarum cum dimidia, secundùm omnem dimensionem; ijdem censent distare à superficie terræ 1237 leucis horarijs. 331

In Angelis, ex Dionys. tres sunt Hierarchiæ, seu sacri principatus. Singulæ dividuntur in 3. Choros seu ordines, fundatos in eorum natura & in diversitate ministeriorum. 332

Angelis convenit missio invisibilis & visibilis; hæc ordinariè convenit solis Angelis inferioribus, illa etiam supremis, quos probabile est etiam subinde mitti visibiliter & propriè Quia ad Hebr. 1. v. 14. omnes dicuntur administratorij Spiritus. 333

Angelos deputari custodiæ hominum est de fide. Singulis hominibus proprium deputari est fidei proximum, ex communi PP. sensu.

FINIS PARTIS PRIMÆ.